REESE LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
Received Mar 27 1893
Accession No. 50698 Class No.



This book is DUE on the last date stamped below

SOUTHERN BRANCH
UNIVERSITY OF CALI
LIBRARY
LOS ANGELES, CA

# M. TULLII CICERONIS

## OPERA.

### VOL. II.

Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

http://www.archive.org/details/delphinclassics21valp

# M. TULLII CICERONIS

## LIBRI RHETORICI

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

75642

VOLUMEN TERTIUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.

50698

At exempla, quoniam testimoniorum similia sunt, item[19] convenit, ut testimonia, ab hominibus probatissimis sumi. Primum omnium exempla ponuntur hic non confirmandi, neque[20] testificandi causa, sed demonstrandi. Non enim, cum dicimus esse exornationem,[1] quæ, verbi causa, constet ex similiter desinentibus verbis, et ponimus[2] hoc exemplum a Crasso, 'quibus possumus, et debemus,'[i] non testimonium[3] collocamus, sed exemplum. Hoc igitur interest inter exemplum et testimonium: exemplo demonstratur id[4] quod dicimus, cujusmodi sit; testimonio, esse illud ita, ut nos dicimus, confirmatur. 6. Præterea oportet testimonium cum re convenire: aliter enim rem non potest confirmare: at id, quod illi faciunt,[5] cum re non convenit. Quid ita?[6] quia pollicentur artem se scribere, et[7] exempla proferunt ab iis plerumque, qui artem[8] nescierunt.[k] Tum quis est, qui possit id, quod de arte scripserit,[9] comprobare, [*p.* 25.] nisi aliquid scribat ex[10] arte? Contraque faciunt, quam polliceri videntur: nam cum scribere artem instituunt, videntur dicere se excogitasse, quod alios docerent:[11] cum

*libris tulerit tuis* a m. sec.' Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—19 Voss. 1. *item ita conv.* Leid. 4. Duisb. ed. Med. *ita conv.* ed. Omnib. *te conv.*—20 G *prob. sumantur.* Tum Erf. *omnia exempla.* A et ed. Omnib. *ponentur.* Denique Leid. 4. et Duisb. *nec conf. nec test.* Erf. *neque conf. nec test.*—1 Erf. *exorn. esse.*—2 L ψ *posuimus.*—3 A G L ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. pro *quibus* habent *quod.* Vulg. *quibus.* In G L *possimus.* Vid. Nott. Varr. Tum *non* ante *testimonium* non habent A L, Tur. Voss. 3. Lejd. 2. 3. 4. edd. Omnib. Lamb. Schutz. et Orell. Vulg. *non test.* Vid. Nott. Varr.—4 G et Erf. *quod exemplo dem.* Pro *id* A habet *illud*, et G *hoc.*—5 '*Præterea oportet test.*] Erf. *Convenit test.* non male.' *Græv.* Tum idem Ms. *al. enim non potest rem conf., quid ita? ut id.* Præterea L *quod fac.*—6 Voss. 1. Leid. 1. *Cur ita:* Voss. 2. *Quid igitur.* Verba *Quid ita* in Erf. desunt. ψ *Quid ita? qui quia poll.*—7 Copula in A G, Erf. et Pith. deest.—8 A *vel qui artem.*—9 A *qui possit, quod de arte scripserint.*—10 Pith. et Voss. 3. *de arte.*—11 A G, Tur. Voss.

NOTÆ

[i] *Quibus possumus et debemus*] Verba ex orat. Crassi ad Quirites, ut videre est lib. 1. de Orat. 'Nolite sinere nos cuiquam servire, nisi vobis universis, quibus et possumus et debemus.'

[k] *Qui artem nescierunt*] Id tamen minime novum est ingeniosos natura duce dicere et scribere ex artis legibus. 'Notatio naturæ et animadversio peperit artem.' Tullius in Orat.



PA 6105 V24 V21
75842

vero scribunt, ostendunt nobis quid alii excogitarint.[12] IV. At hoc ipsum difficile est,[13] inquiunt, eligere de multis. Quid dicitis difficile? utrum laboriosum, an artificiosum? Si [14] laboriosum, non statim præclarum: sunt enim multa laboriosa, quæ si faciatis,[15] non continuo gloriemini: nisi forte etiam, si [16] vestra manu fabulas [i] aut orationes totas transcripsissetis, gloriosum putaretis.[17] Sin autem istud artificiosum, egregium [18] dicitis; videte, ne insueti rerum majorum videamini, si vos parva res, sicuti magna, delectat.[19] Nam isto modo eligere rudis quidem nemo potest,[20] sed sine summo artificio multi. 7. Quisquis enim audierit [1] de arte paulo plus, in elocutione præsertim, omnia videre poterit, quæ ex arte dicuntur; [2] facere nemo poterit, nisi eruditus: ita ut, si de tragœdiis Ennii velis [3] sententias eligere, aut de Pacuvianis periodos, quia plane [4] rudis id facere nemo poterit, cum feceris,[5] te literatissimum [k] putes, ineptus sis; propterea quod id facile faciat quivis [6]

[i] *Poëmata, tragœdias aut comœdias.* [k] *Doctissimum.*

omnes, et ed. Omnib. *doceant:* Leid. 1. *docent:* Leid. 3. *ut aliq. docerent.*—12 A, Leid. 3. et ed. Omnib. *excogitaverunt.*

Cap. IV. 13 ψ et Oliv. *Ad hoc ips.* Al. edd. et Mss. *At hoc ips.* In A, Erf. et Tur. *At* deest. Dein quædam edd. *est diff.*—14 *Si* ante *laboriosum* non est in Erf.—15 G *facitis.*—16 Deest *forte* L ψ, Voss. 1. Leidd. omn. In Voss. 3. *nisi etiam si forte:* Leid. 4. *nisi etsi.* Duisb. *nisi etiam etsi:* Lamb. et al. edd. *nisi forte si:* al. edd. *nisi etiam si.* Vulg. ut Ern.—17 Ed. 1474. *transscripseritis . . . putatis.* Duisb. *transscripsetis,* et Erf. *glor. id putaretis.* Vulg. *transscripsissetis* et *putaretis.*—18 G R et Tur. omittunt *autem.* Tum Ald. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Schutz. *artificium egreg.* A L ψ cum Wetzel. *artificiosum, egr.* In G R, Tur. et Orell. *artificiosum et egregium.* ‘ *Artificium egr.*] Leid. 1. *artificiosum et egr.* Mss. ceteri et edd. pr. *artificiosum egr.* quæ unice vera est lectio.’ *Oud.* Vid. Nott. Varr.—19 ‘ *Insueti rerum maj. videamini*] Leid. 1. a m. pr. *insinuetis cum majores:* Voss. 3. *insinuati r. m.* ed. Med. *vos ins. r. m.* deest verbum Leid. 4.’ *Oud.* Erf. et Crat. margo, *videte ne* (Erf. *neve*) *vos insinuetis vos minores quum majores vid.* Tum A *sed vos parva res,* et Erf. *sicut magna delectarit.*—20 Duisb. non habet *isto modo.* Paulo post Erf. legit *nemo poterit.*—1 ‘ *Audierit*] Sic solus dat Voss. 2. In ceteris Mss. et edd. pr. *audivit.*’ Oud. *audivit* quoque in Erf. et Pith.—2 A G L R, Erf. Duisb. Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *dicentur.* —3 ‘ *Ita ut si, &c.*] Erf. et Cauch. *Ita ut si de trag. velis:* Lamb. ed. *Itaque ut, si, &c.* Al. edd. *ut, si, &c.*’ Græv. Ed. Med. (1474.) *Ita tu, si:* Orell. *Ut, si:* Tur. *Itaque si:* A G L R ψ *Ita ut si;* et sic vulg. Pro *velis,* G exhibet *velles.*—4 Erf. *periodis.* ‘ *Quia plane rudis*] Leid. 1. Voss. 3. ed. Med. *si quia pl. rud.* Voss. 1. *non si,* suprascr. *nonne si.* Voss. 2. Leid. 2. 4. *num si quia pl. rud.* Verissime; ut jam vidit Grævius. Desunt hæc Leid. 3. nisi quod tamen agnoscat *num.*’ Oud. G *si quia:* L et Tur. *non si quia.* Vulg. *quia pl. rud.* Vid. Nott. Varr.—5 Voss. 3. *cum id faceres.*—6 Erf. *quis*

mediocriter literatus: item si, cum ex orationibus aut poëmatis[7] elegeris exempla, quæ certis signis artificii notata sunt,[8] quia rudis id nemo facere possit, artificiosissime te fecisse putes, erres;[9] propterea quod isto signo videmus te nonnihil ejus scire: aliis signis, multa scire intelligemus.[10] Quodsi artificiosum est intelligere, quæ sint[11] ex arte scripta, multo est artificiosius, ipsum scribere ex arte. Qui enim scribit[12] artificiose, ab aliis commode scripta facile intelligere poterit: qui eliget facile,[13] non continuo ipse commode scribit.[14] Et, si est maxime artificiosum; alio tempore utantur ea facultate, non tum, cum parere ipsi, et gignere, et proferre debent.[15] Postremo, in eo vim artificii consumant,[16] ut ipsi ab aliis potius eligendi, quam aliorum boni electores existimentur.[17] Contra ea, quæ ab iis dicuntur, qui dicunt alienis[18] exemplis uti oportere,

*med. lit.*—7 Erf. *item cum ex or.* Duisb. *item si ex or.* G *item si cum aut ex or.* ψ *item si cum ex exornationis.* '*Si cum ex or. &c.*] Deest *cum* Voss. 3. Leid. 4. *poëmatibus* Mss. omnes; bene: *aut ex poëmatibus* ed. Omnib.' *Oud.* '*Aut poëmatibus*] Cauch. et edd. quædam, *aut poëmatis.*' Græv. G L R ψ, Tur. Lamb. et Orell. *aut poëmatibus:* A *aut ex poëmatibus:* Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Wetzel. *aut poëmatis.*—8 Pith. *nota sunt.*—9 L *artificiose,* et A *putas.* '*Putes, erras*] Lamb. et Grut. edd. *putes, erres,* contra Mstorum fidem.' *Græv.* '*Erres*] Voss. 2. 3. edd. pr. *erras:* minus bene: respondet superioribus 'ineptus sis.'' *Oud.* In A G et Tur. *erras.* Vulg. *erres.*—10 G *propt. quia isto:* L *propt. isto:* A *propt. quod ipso.* Dein '*Non nihil hujus rei scire*] Sic reposui ex Erf. Cauch. et Pith. Vulg. *non nihil ejus scire.*' Græv. 'Desunt male *hujus rei* Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. *ejus rei* ed. Omnib.' *Oud.* In A *ejus rei sc.* G R ψ *hujus sc.* Tur. *hujus rei;* et sic Orell. qui eas voces uncis inclusit. L et Lamb. ed. *nonnihil scire.* Grut. Oliv. Lall. et Wetzel. *nonn. ejus scire.* Denique A et Cort. habent *te scire multa:* G *multa intell.* omisso *scire.* Tur. Lamb. et Orell. *multa te scire.* '*Intelligimus*] Sic ed. Med. In Mss. omn. et ed. Omnib. *intelligemus.*' Oud. *Intelligemus* quoque G L ψ, Tur. et edd. ante Ald. cum Wetzel. et Orell. Al. edd. *intelligimus.* Schutz. delevit *quod isto signo . . . intelligimus;* quæ verba Wetzel. uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—11 L *multa intelligere.* Dein '*Quæ sunt*] Voss. 1. 2. Leidd. tres *sint,* bene.' *Oud.* G L R, Erf. Cauch. Pith. Lips. Schutz. et Orell. *sint.* Vulg. *sunt.*—12 Lamb. ed. *enim ipse scribet:* A *enim scribit ipse:* Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. edd. pr. *enim ipse scribit.* In Voss. 1. Leidd. tribus *scribat,* cum ed. Med. Vulg. *enim scribit artif.*—13 Pith. *qui vero eliget:* Voss. 3. *quod autem el.*—14 In L *ipse* deest; et Leid. 3. ac Tur. cum Lamb. legit *comm. scribet.*—15 A *non tum comparere et gign.* Tum Pith. *et facere debent.*—16 Duisb. et Leid. 4. *postr. id ipso jura artif. confirmant.* Deest *ut* in A L, Voss. 3. Leid. 3. ed. Omnib. *et ipsi* Leid. 4. *ipsi ut* ed. Med. Vid. Nott. Varr.—17 Duisb. *boni doctores:* Erf. *existimantur:* vulg. *existimentur.* A *æstimentur.*—18 '*Quæ ab iis dicuntur*] Voss. 3. *ab aliis.*' Oud. Paulo post, 'Leid. 2. caret τῷ *dicunt.* Abest *se* a Leidd. 1. 2. 3. Voss. 3. (in quo suprascr. *non*) et ed. Med.' *Idem.* A G L R ψ, Tur. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-

satis est dictum. Nunc, quæ separatim dici possunt,[19] consideremus.

v. Dicimus ergo, eos omnes, ideo quod alienis utantur,[20] peccare, tum etiam magis delinquere,[1] quod a multis exempla sumant. Sed de eo, quod postea diximus, ante[2] videamus.[l] Si concederem, aliena oportere assumere exempla, vincerem[m] [3] unius oportere:[1] primum, quod contra hoc nulla staret eorum[4] ratio. Liceret[5] enim eligerent, et probarent quemlibet, qui sibi in omnes res suppeditaret

[l] *Sed prius disseramus de eo, quod secundo loco dicendum nobis proposuimus.*
[m] *Convincerem.*

Burm. et Lall. *alienis se.*—19 'Voss. 1. Leid. 1. ed. Omnib. *quæ sep. dici possint:* al. *sep. quæ.*' Oud. 'Legendum, ut habent duo libri Mss. *nunc sep. quæ.*' Lamb. qui legit *possint.*

Cap. v. 20 '*Dic. ergo eos omnes ideo quod*] Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. edd. pr. *Dic. igitur eos tum* (vel *cum*) *ideo quod:* Voss. 2. *Dic. igitur omnes eos tum eo quod:* Leid. 4. *Dic. ergo eos qui.* Mihi placet plerorumque Mss. et edd. pr. lectio.' *Oud.* A L R ψ, Tur. Schutz. et Orell. *Dic. igitur eos tum ideo.* Al. edd. *Dic. ergo eos omnes ideo.* '*Eos omnes ideo quod*] J. Gronov. vult e Mss. quibusdam, quibus ed. 1474. consentit, legi *eos, cum ideo, quod;* sed id durius est: lenius Ms. Lips. *eos, tum quod.* Sed vulgatum bene habet.' *Ern.* Vid. Nott. Varr. '*Ideo quod alienis utantur*] Ita in impressis legitur: in uno Gryph. multo planius, *cum in eo, quod alienis utantur;* quæ eadem lectio in Leonic. libro habetur.' *Brut.* Post *utantur* ed. Med. (1474.) addit *exemplis.*—1 Ed. Med. (1474.) *multo magis;* et pro *delinquere,* Voss. 3. habet *peccare.*—2 G, Leid. 1. 4. Erf. et Duisb. *Et de eo:* ed. Omnib. *Sed et de eo.* Tum in Leid. 4. legitur *dixerimus,* et deest *ante* Voss. 3. In G L et quinque Mss. Oud. *antea.*—3 G R *illos oportere,* et Voss. 3. *sumere exempl.* Erf. *vincerem unius illos oportere:* Pith. Voss. 3. Leid. 3. ed. Med. (1474.) *convincerem un. op.*—4 Deest *quod* Voss. 3. et Lamb. ed. In Voss. 1. *contra hæc.* Abest *hoc* ab A, Tur. et ed. Omnib. Eam Orell. uncis inclusit. Denique Erf. plerique Mss. Oud. et ed. Med. (1474.) *illorum ratio.*—5 '*Liceret*] Ita edd. vulg. Longe commodius et suavius Erf. Duisb. Cauch. et Cratand. aliæque vett. edd.

## NOTÆ

1 *Vincerem unius oportere*] Cujus ponderis sint, quas affert scriptor Herennianus, rationes, æquus lector expendat. Duplex est omnino: primam ex eo repetit, quod magni intersit ejus qui discere velit, utrum unum omnia, an omnia neminem, sed alind alium putet posse consequi. Quid inde? Cum illustrioribus exemplis ac præcipue figuris sic tanquam condimentis perspergenda sit, non infercienda oratio, qui præceptis eloquentiæ voluerit institui, censebit omnia potuisse verborum et sententiarum lumina perfectum oratorem colligere, quorum plurima consulto prætenerit, ornamenta qui nimium affectat, gratiam varietatis amittit. Altera ratio nihilo firmior est, ex qua rhetoricæ inutilitas colligitur. Omnes partes assequi posse oratorem contendimus: quarum omnium exempla suppeditasset, si exigeret argumentorum varietas.

exempla, vel poëtam, vel oratorem, cujus auctoritate nitерentur. Deinde interest magni ejus, qui discere vult, utrum unum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium[6] putet consequi posse. Si enim putabit posse omnia penes unum[7] consistere,[n] ipse quoque ad omnium nitetur facultatem:[o] sin id desperabit, in paucis se exercebit:[8] ipsis enim[9] contentus erit: nec mirum, cum ipse præceptor artis omnia penes unum reperire non potuerit.[10] Allatis igitur exemplis a Catone, a Gracchis,[11] [m] a Lælio, a Scipione, Galba, Porcina, Crasso, Antonio, ceterisque; item sumtis aliis a poëtis et historiarum scriptoribus,[12] necesse erit, eum, qui discet, ab omnibus putare omnia,[13] ab uno pauca vix potuisse sumi. 8. Quare, si unius alicujus esse se[14] similem satis habebit, [omnia][15] quæ omnes habuerint, solum ha-

[n] *Unum scriptorem posse suppeditare omnia exempla.*
[o] *Ipse quoque conabitur omnia suo ingenio fingere.*

*licet.*' Græv. *Licet* quoque A ψ, Leid. 1. 4. et Schutz. Al. edd. et Mss. *Liceret.*—6 Pro *unum omnia*, A R ψ exhibent *omnia ab uno:* L legit *an neminem*, et ψ *an omnia a nemine ab alio putet.* 'Voss. 3. non male, *utrum omnia ab uno, an omnia a nemine, an aliud ab alio putet:* Leid. 4. *utrum omnia omnia, an omnia a nemine, an aliud ab alio putet:* ed. Omnib. *utrum omnia ab uno, an om. neminem, &c.* ed. Med. *vel aliud alium.*' Oudend. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—7 Leid. 4. et Duisb. *putarerit posse:* Erf. *posse omnia per unum cons.* Vox *unum* in A deest.—8 '*Sin id desperabit*] Mss. omnes et edd. pr. *si.* Leid. 4. *desperat:* ed. Med. *desperarerit.* Mss. quinque et ed. Omnib. *si id desperarit;* bene.' *Oudend.* 'Al. *si id desperabit:* al. *sin id desperarit:* Duisb. *sin id desperat.*' Græv. In A G L R *si*, et G L *desperarit.* Vulg. *desperabit.* Præterea G *in paucis exerc.*—9 Edd. nonnullæ ex conj. Lambini, *ipsis etiam:* Lamb. ed. *his enim.*—10 Pith. *omnes penes unum.* Tum A, Voss. 3. et edd. pr. *rep. non poterit.*—11 Voss. 3. *a Platone*, et Pith. *a Gracco.*—12 Leid. 2. *item sumtisque aliis:* ed. Med. *itemque sumtis aliis.* A non habet *sumtis.* Dein 'Erf. *aliis a poëtis, aliis hist. script.* Lege *aliis a poëtis, aliis ab hist. script.*' Græv. cujus conj. Schutz. et Wetzel. in textum receperunt. Voss. 1. *et ab hist. script.* ed. Med. *historiæ.* Vulg. ut Ern.—13 Erf. *put. ab omn. omnia.*—14 '*Si unius a. esse similem*] Voss. 1. *un. al. esse se sim.* a Voss. 2. abest *si.* In Voss. 3. et Leid. 1. *se un. al. esse sim.* Leid. 2. ed. Med. *unius se alic. sim. esse:* Leid. 3. *un. al. se esse sim.* Leid. 4. *un. al. sim. se esse.* Placet mihi Voss. 1. lectio.' *Oud.* '*Si un. al. esse sim.*] Erf. *Quare un. al. esse sim.* Duisb. *Quare se unius al. esse sim.* unde non inepte Lamb. edidit, *Quare si se un. al. esse sim.* quamvis et Duisb. non sit spernendos.' *Græv.* G L ψ, Tur. et Orell. *Quare se un. al. esse sim.* Vulg. *si un.* '*Se sim.*] Plerique libri addunt *se*, quod in vulgatis non est, sed alio alii loco.' *Ern.*—15 '*Omnia* sine dubio spurium est: sed quia omnes libri habent, uncis

NOTÆ

[m] *A Catone, a Gracchis*] Jam monuimus videndum esse Tullii lib. de Clar. Orat.

bere se posse diffidet:[16] ergo inutile est ei, qui discere vult, non putare, unum posse omnia.[17] Igitur nemo in hanc incideret[18] opinionem, si ab uno exempla sumsissent:[19] nunc hoc signi est,[20] ipsos artis scriptores non putasse, unum potuisse in omnibus elocutionis partibus enitere, quoniam neque sua protulerunt, neque unius alicujus, aut denique duorum, sed ab omnibus oratoribus et poëtis exempla sumserunt. Deinde, si quis velit, artem, demonstrare, nihil prodesse ad discendum, non male utatur hoc[1] adjumento, quod unus omnes artis partes consequi nemo potuerit.[2] Quod igitur juvat eorum[3] rationem, qui omnino improbant[4] artem, id, non ridiculum est, ipsum scriptorem artis suo[5] judicio comprobare? Ergo ab uno sumenda fuisse docuimus exempla, si semper aliunde sumerentur. VI. Nunc omnino aliunde, sic intelligemus, sumenda non fuisse.[6] 9. Primum omnium, quod ab artis scriptore affertur exemplum, de ejusdem artificio[7] debet esse; non,[8] ut, si quis purpuram[n] aut aliud quidpiam

modo inclusi.' *Ern.* et sic Wetzel. et Orell. Eam vocem Schutz. delevit.—16 G *habuerunt*, et Erf. *se solum hab. potuisse diff.*—17 ' *Non put., unum posse omnia*] Leid. 4. *putare, neminem omnia posse.*' Oud. Pro *unum*, in ψ legitur *a nemine.* Vid. Nott. Varr.—18 Pro *Igitur*, ψ habet *Ergo*, et Schutz. *Atqui.* Dein R, Grut. Oliv. et Græv.-Burm. *incidet.* ' *Incidet*] Voss. 3. *incidet:* Leid. 3. *inciderit;* bene. In Mss. ceteris et edd. pr. *incideret.*' Oud. ' *Incideret* edidimus, cum Lambino assensi, tum auctoritatem Mstorum secuti: *incidet* legitur in excusis libris: Leonic. tamen *incideret* habet.' *Brut.* *Incideret* quoque A G L ψ, Tur. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. Vid. Nott. Varr. —19 In A *sumsisset;* Pith. *sumpserit.*—20 Quatuor Mss. Oud. *hoc signum est.*—1 ' *Deinde*] Leid. 3. 4. *Denique:* optime. Tum *utetur* Voss. 1. 3.' *Oud.* Schutz. edidit *Denique.* Vid. Nott. Varr. Paulo post ψ et Cauch. *ad dicendum.* In Pith. legitur *non magis utatur.* Pro *utatur hoc*, G exhibet *utitur* sine *hoc.*—2 Duisb. et Leid. 4. *unius omnes artis:* Lamb. *omnes artes.* Tum Leid. 3. 4. edd. pr. *cons. non poterit.*—3 A, Duisb. Voss. 3. Leid. 4. *Quid igitur;* et Lamb. ed. *horum rationem.*—4 Ms. Medic. *prohibent artem:* Duisb. et Leid. 4. *probent artem:* Tur. Leid. 3. et ed. Med. *inprobant;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. ' *Improbant*] Sic Ms. apud Oud. edd. 1474. Med. pr. 1475. recte. Vulg. *improbent.*' Ern. Porro pro *id non* in A legitur *id nonne*, et in G *num.*—5 A non habet *suo.*

CAP. VI. 6 Deest *sic* Voss. 3. Leid. 4. *intelligamus* Voss. 3. al. et ed. Med. (1474.) *intelligimus.* Cauch. *sumenda non fuisse sic intelligemus.*—7 L ψ *profertur exempl.* Tum Voss. 1. 3. Leid. 1. a m. sec. item Leid. 2. 3. ed. Med. (1474.) ac Lamb. *ejus artificii:* Erf. *ejus artificio*, et Tur. *ejusdem artificio*, sine

NOTÆ

[n] *Non, ut, si quis purpuram*] Inania prorsus argumenta. Qui vendit purpuram, aliunde non debet exemplum ostendere; emtor enim aliam non

vendens dicat, Sume a me;[9] sed hujus exemplum aliunde rogabo, tibique[10] ostendam. Si merces ipsi[11] qui venditant, aliunde exemplum quæritent aliud mercis; aut si acervos se dicant[12] tritici habere, et eorum exemplum pugno non habeant,[13] quod ostendant;[p] si Triptolemus,[o]

[p] *Nonne ridiculi videantur?*

præpositione. In A G L R ψ, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *de ejus artificio:* Voss. 1. *de ejusdem artificio;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. '*De ejus artif.*] Olim putavi *ipsius* esse legendum, nunc prætuli *ejusdem* e Ms. Voss.' *Ern.*—8 Deest *non* in G, Duisb. Voss. 3. Leid. 4. ed. Med. (1474.)—9 Voss. 1. Leid. 1. *Sume hoc a me.*—10 '*Tibique*] Rectius Erf. *tibi quod;* et sic C. Stephani, Cratand. et Lambini edd.' *Græv. Tibi quod* etiam A G et Orell. Al. edd. et Mss. *tibique.*—11 '*Si merces ipsi*] Voss. 2. *aut si:* Voss. 1. Leid. 2. 3. 4. ed. Med. *mercem:* bene. *Illi* Leid. 2.' *Oud.* ψ quoque *mercem illi.* Ern. putat melius esse *mercem,* quod et Schutz. in textum recepit. Vid. Nott. Varr.—12 '*Exemplum quæritent aliud m.*] Voss. 1. *exempla quæritant m.* deest quoque *aliud* Leid. 2. 3. 4. edd. pr. et subducta est vox illa in Leid. 1. delenda est omnino. *Quæritant* etiam in Mss. omn. et edd. pr.' *Oud.* A G *quæritant.* A G L ψ Schutz. non habent *aliud* post *quær.* Tur. et Orell. *aliud mercis* omittunt. Ern. ait, 'Post *quæritent* delevi *aliud,* quod est alienum, secutus Mss. et edd. pr. ante Aldum:' sed in ejus textu vox *aliud* retinetur. Vid. Nott. Varr. Tum '*Ut si acervos se dicunt*] Erf. *acervos se se dicunt:* Pith. *ut si acervos se dicunt:* edd. nonnullæ et margo Cratand. *aut si acervos se dicant.*' Græv. '*Ut si acervos*] Ista *ut si* non leguntur in Voss. 1. 3. et Leid. ullo: *aut si* Voss. 2. et edd. pr.' *Oud.* '*Se dicant*] Sic Leid. 3. et ed. Omnib. In ceteris *dicunt.*' Idem. A G ψ, et Wetzel. *aut si acervos:* Orell. e Ms. Tur. *aut in areis acervos.* In G *sese dicunt.* Vulg. *quæritent aliud mercis; aut si acervos se dicant.*—13 G, Pith. Leid. 1. Voss. 2. 3. *sed eorum:* Erf. *eorum,* copula omissa. Leid. 3. *exempla:* ψ *exemplo in pugno.* Denique, A G ψ, Pith. Erf. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *habent.*

## NOTÆ

quærit quam quæ prostat in ædibus mercatoris. At qui artis oratoriæ exempla desiderat, ea non vulgaria, non trita, quæ mediocris rhetor fingat, sed splendida, sed vibrantia, sed ornatissima conquirit. Constat autem præstantissimos oratores exempla commiserationis verbi gratia aut indignationis concitandæ multo illustriora, quam jejunos plerumque rhetores suppeditaturos. Si quis tradat artem pingendi, num continuo Apellis aut Zeuxidis tabellis meliores proponet? Neque vero sitit qui dicendi fontes aperit, immo ex iis haurit quantum satis est ad institutionem operis, et purissimis veterum fluminibus suas, ut ita loquar, irrigat præceptiones. Denique si tironem in arte statuaria formare velit Lysippus, quidni modo brachium Praxitelis, modo Myronis caput, modo Polycleti pectus separatim imitandum proponat? Partes tamen illæ eidem corpori, cujus membra inter se omnia consentire debent, non sunt aptandæ, ut neque in unam orationem eloquentiæ partes omnes, et sententiarum verborumque figuræ, non sunt congerendæ.

[o] *Triptolemus*] Celeo Eleusinis rege natus agriculturæ rationem in Græcia primus invenisse traditur, et a Cerere serpentibus alatis superpositus, ad usum frumenti hominibus indicandum per totum orbem missus.

cum hominibus[14] semen largiretur, ipse ab aliis id hominibus mutuaretur;[15] aut si Prometheus,[p] cum mortalibus ignem dividere vellet, ipse a vicinis,[16] cum testa ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculum[17] videretur? Isti magistri, omnium dicendi præceptores, non videntur[18] sibi ridicule facere, cum id, quod aliis pollicentur, ab aliis quærunt. Si, qui[19] se fontes maximos, penitus absconditos, aperuisse[20] dicat, et hoc, sitiens quam maxime,[1] loquatur, neque habeat, qui sitim sedet,[q][2] non rideatur?[3] Isti cum non modo dominos se fontium, sed se ipsos fontes esse dicant,[4] et omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum, si, cum id polliceantur aliis,[5] arescant ipsi siccitate. Chares[q] a Lysippo[6] statuas facere non isto modo[7] didicit, ut Lysippus[r] caput ostenderet Myronis,[8] brachia

[q] *Unde compescat sitim.*

—14 '*Cum hominibus*] Ut in vetustis exemplaribus scriptum exstat, *hominibus*, edi jussimus. *Omnibus* retinent vulgati.' *Brut.* Edd. quædam *omnibus*, teste Grævio. Vulg. *hominibus.*—15 Leid. 2. *idem hom. semen mut.* Deest *id* Leid. 3. in quo *mutuaret*, uti in Leid. 4. *hom. id ipse mut.* ed. Omnib. *Hominibus* delevit Lamb. Vid. Nott. Varr.—16 A *ipse vicinis*, omissa præpositione. Dein Cauchius conj. legend. *cum testu amb.* Vid. Nott. Varr.—17 '*Non ridiculus*] Erf. *ridiculum:* Duisb. *ridiculus*, sine *non.*' Græv. A, Leid. 3. ed. Omnib. *num ridiculus:* ed. Med. (1474.) *nonne ridiculus:* Leid. 4. caret τῷ *non.* G *num ridiculum:* ψ *non irridiculus.* Vulg. *non ridiculus.* Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *non ridiculum.*—18 Ern. putat verba *omnium dicendi præceptores* spuria esse. Tum in ψ legitur *num videntur.*—19 G L ψ, Voss. 2. 3. Leid. 1. 4. edd. pr. *si quis se.* Vid. Nott. Varr.—20 Ed. Med. (1474.) *absconsos*, et A *aparuisse dicat.*—1 '*Et hoc, sitiens quam max.*] Leid. 3. *et hic sitiens:* ed. Med. (1474.) *et sit. hic:* Voss. 1. Omnib. *Et hæc sit.* Deest pronomen Leid. 4. Tum in Leid. 1. *tum maxime:* Leid. 4. *cum maxime.* Optime.' *Oudend.* Tur. et Orell. *quum maxime.* In G *quam* deest. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—2 ψ et Voss. 3. *quo sitim*, et A, Leid. 4. ed. Omnib. *sedat.*—3 G et Leid. 3. *num rideatur:* Voss. 3. et Lamb. *non irrideatur.*—4 Pith. *isti enim cum, &c.* G *sese fontium*, et mox *esse dicunt.*—5 '*Polliceantur aliis*] Al. *pollicentur aliis.* In Pith. non legitur *aliis.*' Græv. 'Dele vocem *aliis* auctoribus Mss. omn. et edd. pr. *pollicentur* ed. Omnib.' *Oud.* In A quoque *pollicentur.* Vox *aliis* in A L deest. Verba *si quum poll.* usque ad *ii qui sciunt* (cap. 9.) in G desunt.—6 A *cæcitate. Thares:* ψ *Thales.* Erf. *Chares ab Lysippo.*—7 *Modo* non est in A.—

## NOTÆ

[p] *Prometheus*] Iapeti filius, quem ob animadversos siderum motus et detectam fulminum rationem, poëtæ fingunt, admota ad rotam solis facula, cœlestem ignem surripuisse.

[q] *Chares*] Chares Lyndius Lysippi discipulus, insignis statuarius, Solis colossum Rhodi miraculum orbis efformavit anno ante Chr. 215. Plin. xxxiv. 8.

[r] *Lysippus*] Sicyonius floruit Alexandri Magni temporibus, qui ab hoc

Praxitelis,[t] pectus Polycleti:[8 u] sed omnia coram magistrum facientem[9] videbat, ceterorum opera vel sua[10] sponte considerare poterat. VII. 10. Isti credunt, eos, qui hæc velint discere,[11] alia ratione doceri posse[12] commodius. Præterea ne[13] possunt quidem ea, quæ sumuntur ab aliis, exempla, tam esse accommodata ad artem, quam propria;[14] [*p.* 26.] propterea, quod in dicendo leviter unusquisque locus[x] plerumque tangitur, ne ars appareat, in præcipiendo expresse[15] conscripta ponere oportet exempla, ut[16] in artis formam convenire possint, et post in dicendo, ne possit ars[17] eminere et ab omnibus videri, facultate oratoris occultatur.[18] Ergo etiam ut magis ars cognoscatur, suis exemplis melius est uti. Postremo hæc quoque res nos duxit ad hanc rationem,[19] quod nomina

8 Pro *Myronis*, A L ψ *Milonis*. Tum A *Praxiteles:* ψ, Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *Praxitelæ*. Al. edd. et Mss. *Praxitelis*. Porro A *Polycletus:* ψ *Policliti*. Post *Polycleti*, Tur. et Orell. inserunt *ventrem et crura*, omisso artificis nomine; et quod Ern. probavit. Vid. Nott. Varr.—9 'Male Voss. 3. *coram magistro faciente*.' Oud.—10 In ψ et Cauch. *sola sponte*. 'Puto legendum *soli sponte*.' Græv.

CAP. VII. 11 Pith. *qui volunt hæc scire*.—12 Erf. *docere se posse*.—13 A *non poss.* ψ *si poss.* R, plerique Mss. Oud. et edd. pr. *nec poss.* Vulg. *ne poss.*—14 '*Quam propria*] Sic dant soli Voss. 2. 3. A ceteris Mss. et edd. pr. exsulant hæ voces.' *Oud.* desunt etiam in A L ψ.—15 Post *appareat* Lall. posuit τελείαν στιγμήν. Tum in ψ *expressa conscr.*—16 Erf. et Pith. *uti in.*—17 Duisb. *ne poss. em.*—18 ψ *occultantur*. Erf. susp. *occultare*.—19 Erf. *postremo et hæc quoque res duxit nos:* Leid. 4. Pith. et Duisb. *res nos induxit:* ed. Omnib. *res nos ducit:* A *res non ducit*. Vulg. *res nos duxit*. Tum A *orationem*.

## NOTÆ

uno fingi volebat; Olymp. CXIV. ut refert Plinius, id est, anno ante Chr. circiter 324. Ad sexcenta decem opera fecisse proditur, tantæ omnia artis, ut claritatem possent dare vel singula.

[s] *Myronis*] Lycii, qui claruit Olymp. XC. ante Chr. annis circiter 420. Plin. XXXIV. 8.

[t] *Praxitelis*] E magna Græcia in Italia oriundus Praxiteles, statuarius marmore nobilitatus Olymp. CIV. ante Chr. a. 364.

[u] *Polycleti*] Celebris item statuarius Olymp. LXXXVII. annis ante Chr. plus minus 430. inclaruit.

[x] *Leviter unusquisque locus, &c.*] Immo ab eloquentibus viris graviter et copiose, si non unica, pluribus certe quidem orationibus, cum exigit argumentum, unusquisque locus tractatur; qui si ex reliquis orationis partibus secernatur, tum vero ars eminet: quemadmodum ex opere vermiculato si pretiosiores tesserulæ separentur, statim deprehenditur elegantia emblematum, quæ prius oculos fugiebant.

rerum Græca, quæ convertimus,[20] ea remota sunt a consuetudine:[1] quæ enim res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant[2] esse usitata. Ergo hæc asperiora primo videantur necesse est, idque fiet[3] rei, non nostra, difficultate. Reliquum scripturæ[r] consumetur in exemplis. Hæc aliena si posuissemus, factum esset, ut, quod commodius[y] esset[4] in hoc libro, id nostrum non esset; quod asperius et inusitatum,[5] id proprie nobis attribueretur. Ergo hanc quoque incommoditatem fugimus. His de causis, cum artis inventionem Græcorum probassemus,[6] exemplorum rationem secuti non sumus.[7]

Nunc tempus postulat, ut ad elocutionis præcepta transeamus. Bipertita[8] erit igitur nobis elocutionis præceptio. Primum dicemus, quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio[z] debeat esse;[9] deinde ostendemus, quas res semper habere debeat.[10] VIII. 11. Sunt igitur tria genera, quæ genera nos figuras[s a] appellamus,[11] in quibus omnis

[r] *Reliquus liber.* [s] *Formas dicendi.*

—20 '*Quæ convertimus*] Deest *quæ* Leid. 1. 3. Voss. 3. In Leid. 2. *cum conv.* Ed. Med. *quæ vertimus.* In Leid. 1. quoque *vertimus.*' Oud. In ψ *quæ* deest, et L habet *vertimus.* Vid. Nott. Varr.—1 '*A consuetudine*] Becichemii codices scripti adjiciunt *Latina:* quod tamen in nullo nostrorum.' *Grut.* Grævii Ms. *a cons. Romana:* Schutz. et Wetzel. *a cons. Latina.* Al. edd. simpliciter *a cons.*—2 Vox *rerum* non est in A, Voss. 3. et ed. Med. (1474.) Dein pro *poterunt,* ψ habet *putant.*—3 Abest *primo* a Leid. 4. *primum* ed. Med. Tum Voss. 1. a m. pr. *id quod fiet,* et Voss. 3. *fit.*—4 Voss. 1. *al. si subposuissemus.* Margo Cratand. *posuissemus, exemplorum rationem, ut quod commodi esset in hoc libro.*—5 A *usitatum:* L, Erf. Voss. 3. Leid. 2. 3. cum ed. Med. et Lamb. *inusitatius.*—6 Erf. *prob. Græc.* Voss. 1. *Græc. inprobavissemus.*—7 A *sec. nos sumus.*—8 A *Bipartita.*—9 Erf. *quibus in gen. eorum semper omnis orat.* Duisb. *quibus in gen. eorum generum semper omnis orat.* Voss. 3. *oratoris:* Leid. 3. *locutio,* et Leid. 4. *debet.* In Erf. *eloc. adhibeatur.* Duisb. ut conjecit legendum

## NOTÆ

[y] *Factum esset, ut, quod commodius, &c.*] Futilis ratio, nec digna quæ publicæ utilitatis studiosum moveat.

[z] *Oratoria elocutio*] Definitur a Cic. de Inv. l. I. § 9. 'idoneorum verborum et sententiarum ad inventionem accommodatio.' Hæc si defuerit, supervacua sunt quæ ad artem eloquentiæ pertinent reliqua, et similia gladio condito atque intra vaginam suam hærenti, ut aiebat Quintilianus.

[a] *Figuras*] Cic. in Orat. formam et genus dicendi, Plut. et Hermog. *ἰδέαν,* alii characterem appellant. De tribus illis dicendi generibus egregie disserit Cic. in Orat. ad Brut. qui locus consulendus. Ordinem porro

oratio non vitiosa consumitur; unam gravem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam [12] vocamus. Gravis est,[13] quæ constat ex verborum gravium magna et ornata [14] constructione. Mediocris est, quæ constat ex humiliore, neque tamen [15] ex infima et pervulgatissima verborum dignitate. Attenuata est,[16] quæ demissa [17] est usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem.

In gravi figura consumetur oratio,[18] si quæ cujusque rei poterunt ornatissima verba reperiri,[19] sive propria, sive translata, unamquamque in rem [20] accommodabuntur: et, si graves sententiæ, quæ in amplificatione et commiseratione tractantur, eligentur: [1] et, si exornationes sententi-

esse Lambinus in margine, *eloc. debet esse.*—10 Pro *habere debeat,* ed. Omnib. legit *habeat,* et Leid. 4. *habere debebit.*

CAP. VIII. 11 '*Sunt ig. tria gen., quæ gen.*] Sic legitur in tribus Mss.' *Brut.* '*Sunt ig. tria gen., quæ gen. nos figuras appellamus*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med. *Figuræ orationis sunt tres, quas figuras alii genera nominaverunt.* Sed a Voss. 3. abest *figuras,* ut a Voss. 2. secundo loco, *genera,* male.' *Oud. Genera* quoque in secundo loco non habent G L R ψ, Tur. Lamb. Grut. et Oliv. In L *Figuræ orationis sunt quatuor, quas figuras alii genera nominaverunt;* et sic Lall. e Mss. nisi quod pro *quatuor* habet *tres.* Junt. habet *quas genera appell.* Vulg. *Sunt igitur tria gen., quæ nos appell.* Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. totam sententiam legunt ut Ern. Vid. Nott. Varr. —12 '*Extenuatam vocamus*] Voss. 1. Leid. 4. ed. Med. *attenuatam voc.* ut mox. Leid. 3. caret verbo *voc.*' Oud. *Attenuatam* quoque Duisb. Schutz. et Orell.—13 Voss. 3. *Gr. igitur est.*—14 '*Levi et orn.*] Voss. omn. Leid. 2. 3. edd. pr. *magna et orn.* Leid. 1. 4. Voss. 2. a m. sec. *leni et orn.* In Leid. 2. *et adornata.*' Oud. '*Levi et orn.*] Ita Pal. 4. 6. Bruil. nam Pal. 3. *leni.* Vulgo *magna et orn.*' Grut. Mss. et edd. *magna et orn.* teste Græv. In ψ et Tur. *leni et orn.* A L, cum Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *magna et orn.* Vulg. *lævi et orn.*—15 Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Med. *ex humili:* Pith. *ex humiliori, neque ex inf.*—16 A *pervulgatissimorum dign.* '*Dignitate*] Aut Gulielmius, aut sane Wouwerius, contra libros scribendum censebat *indignitate.*' Grut. Tum ψ *Extenuata est.*—17 Erf. *dimissa.*—18 Tur. et edd. ante Lamb. *In gravi cons. or. fig.* Vid. Nott. Varr.—19 Cauch. *ornatissime verba repereris.*—20 Voces *sive translata* absunt ab A R ψ, Tur. Post *translata,* A G R ψ, Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. addiderunt *sive extranea.* '*Sive transl., sive extr.*] Voss. 2. 3. Leid. 1. 4. ed. Omnib. carent vocibus *sive transl.* Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Med. carent vocibus *sive extranea.* Bene, ni fallor.' *Oud.* '*Ad unamq. rem accom.*] Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Med. *ea unamq. in rem acc.* Bene. Vid. Gronov. Voss. etiam 2. et ed. Omnib. *unamq. in rem,* sine *ad.* Leid. 4. *ea ad unamq. in rem:* Voss. 3. *ad unamq. rem ea acc.*' Oud. L *ea unamq. in rem:* A R et edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *unamq. in rem.* Vulg. *ad unamq. rem.* Vid. Nott. Varr.—1 Voss. 2. 3.

## NOTÆ

Cornificii, qui initio elocutionis tractet de charactere, minime probat Vossius, quippe cum character ex varia compositionis ac dignitatis specie resultet, periodorum, troporum, schematumque doctrinam supponat.

arum aut verborum, quæ gravitatem habebunt, de quibus post dicemus,[2] adhibebuntur. 12. In hoc genere figuræ erit hoc exemplum: Nam quis est vestrum, judices, qui satis idoneam possit in eum pœnam excogitare,[3] qui prodere hostibus patriam cogitarit? quod maleficium cum hoc scelere comparari, quod[4] huic maleficio dignum supplicium potest inveniri? In iis qui violassent ingenuam,[5] matremfamilias constuprassent, pulsassent aliquem,[6] aut postremo necassent, maxima supplicia majores consumserunt: huic truculentissimo[7] ac nefario facinori[8] singularem pœnam non reliquerunt?[9] Atque in aliis maleficiis ad singulos,[10] aut ad paucos ex alieno peccato injuria pervenit; hujus sceleris[11] qui sunt affines, uno consilio universis civibus atrocissimas[12] calamitates machinantur. O feros[13] animos! o crudeles cogitationes! o derelictos homines ab humanitate![14] qui id agere ausi sunt, aut cogitare potuerunt,[15] quo pacto hostes, revulsis majorum sepulcris, dejectis mœnibus, ovantes irruerent[16] in civitatem: quo modo Deum templis spoliatis,[17] optimatibus trucidatis, aliis abreptis[18]

---

Leid. 1. 2. *eliguntur.* Vid. Nott. Varr.—2 In ψ *de quibus prædicemus.*—3 Voss. 1. 3. Leid. 3. 4. *pœnam cogitare.*—4 Pith. et ed. Med. *excogitarit.* Al. ap. Oud. *cogitaverit, cogitavit.* Dein Erf. *quod malefactum cum hoc scel. computari,* et ψ *qui huic malef. dign.*—5 '*Ingenuum*] Sic Cauch. Duisb. et Lamb. ac Grut. edd. sed aliæ edd. et Mss. plerique *ingenuam.*' Græv. '*Ingenuum*] Sic Leid. 1. a m. sec. In ceteris Mss. et edd. pr. *ingenuam.*' Oud. *Ingenuam* quoque R ψ, Schutz. Wetzel. et Orell.—6 '*Matr. constuprassent*] Voss. 2. *matr. stuprassent:* Leid. 2. *ctis stup.* In aliis *cum stup.*' Oud. In A *matrem familiam const.* Vulg. *constup.* Dein '*Pulsassent*] Voss. 1. *verberassent;* quod utpote gravius máxime placet. Voss. 2. 3. Leid. 1. a m. pr. *violassent.*' Oud. 'Ms. *aliquem puls.* Erf. *violassent aliquem.*' Græv. In ψ *aut pulsassent.* Vulg. *pulsassent.*—7 '*Majores nostri cons.*] Deest non male *nostri* Voss. 3. Leid. 3. 4. et Voss. 2. a m. pr. *sumserunt* ed. Med.' *Oud.* *Nostri* deest etiam in Erf. ac Tur. et eam delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vulg. *maj. nostri cons.* Tum ψ *huic vero truc.*—8 Pro *facinori,* L ψ habent *sceleri.*—9 'Male interrog. signum add. Ern.' *Orell.* Omnes aliæ edd. ponunt *τελείαν στιγμήν.*—10 Erf. et Lamb. *Atqui;* et mox ψ ac Lamb. *aut ad sing.*—11 Voss. 3. *huic sceleri.*—12 A *omni consilio:* Voss. 3. *uno cons. omnibus civibus.* Tum Leid. 3. *artificiosissimas calum.*—13 A L R, Voss. 1. Leid. 2. edd. pr. *O feroces an.*—14 Al. teste Grævio, *der. ab hum. animos.* Lamb. *der. ab hum. homines.*—15 ψ et Lamb. *qui agere.* *Quid agere* omnes aliæ edd. et Mss. præter Schutz. Wetzel. et Orell. qui sequentes suspicionem Ern. dederunt *qui id agere.* Vid. Nott. Varr. Dein '*Sunt aut cog. potuerunt*] Leid. 3. *aut quid cog.* Leid. 1. 3. Voss. 2. ed. Omnib. *possunt.* Sed in Leid. 4. *sint et possint.*' Oud. In A ψ *possunt.*—16 Erf. *irruant.*—17 Al. ap. Græv. *Deum spol. templ.* Voss. 3. *Deorum templ. expoliatis.* Pro *Deum,* ψ habet *deinde.*—18 '*Abreptis*] Sic Leid. 3. 4. Vulgo *arreptis.*' Oud. Ed. 1474. cum Lamb.

in servitutem, matribusfamilias et ingenuis sub hostilem libidinem subjectis,[19] urbs acerbissimo concidat incendio [conflagrata]:[20] qui se non putant, id, quod voluerint, ad exitum perduxisse, nisi sanctissimæ patriæ miserandum scelerati [1] viderint cinerem. Nequeo verbis consequi, judices, indignitatem rei: sed negligentius id fero, quia vos mei non egetis.[t] [2] Vester enim vos animus amantissimus reipublicæ facile edocet,[3] ut eum, qui fortunas omnium voluerit prodere, præcipitem proturbetis [4] ex ea [5] civitate, quam iste spurcissimorum [u] hostium dominatu nefario voluerit [6] obruere.

IX. 13. In mediocri figura versabitur oratio, si hæc, ut ante dixi,[7] aliquantulum demiserimus, neque tamen ad infimum descenderimus, sic: Quibuscum bellum gerimus, judices,[8] videtis; cum sociis, qui pro nobis pugnare, et imperium nostrum nobiscum simul virtute et industria conservare [9] soliti sunt. Hi cum se, et opes suas, et copiam necessariorum [x] norint; [10] tum vero nihilo minus [11] propter propinquitatem, et omnium rerum societatem, quid in om-

[t] *Non opus est vobis mea exhortatione.* [u] *Crudelissimorum.*
[x] *Sociorum.*

Schutz. Wetzel. et Orell. *abreptis:* aliæ edd. *arreptis.* Vid. Nott. Varr.—19 Lamb. edidit *virginibus matr. fam. ingenuis.* Tum Cratand. margo *sum host. lib. subactis.*—20 A *urbis acerb. conc. incidendo.* Schutz. solus habet *concideret*, et delevit vocem *conflagrata*, quæ sine causa, ait Orell. uncis Ern. inclusit.—1 Leid. 2. *sceleri.*—2 In A *qui vos.* Tum '*Indigetis*] Mss. tamen nostri omnes *egetis.*' Gronov. 'Erf. et Pith. æque ut Gronoviani, *egetis.*' Græv. '*Egetis*] Ita præbent Mss. omnes et edd. pr. non *indigetis*, ut vulgo.' *Oud. Egetis* quoque in A L R, Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. et Mss. *indigetis.*—3 Voss. 2. Leid. 3. *amantissimos.* Pith. *vester enim animus vos amantissimo facile edocet.* In Erf. *facile docet:* Schutz. e conj. *facile ducet.*—4 '*Proturbetis*] Sic Voss. omn. et Leid. 1. 2. al. *perturb.*' Oud. *Proturbetis* etiam L, ed. 1474. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. olim *perturbetis;* et sic A G R ψ. Lamb. ex Aurati conjectura *deturbetis.* Vid. Nott. Varr.—5 A *ex ipsa civ.*—6 '*Quam iste, &c. voluit*] Hoc etiam reposui ex Mss. omnibus et edd. pr. Vulgo *quam ipse voluerit.*' Oud. *Iste* quoque A L R ψ, Tur. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. *ipse.* Schutz. in ed. prima e conj. dedit *spurcissimus hostium.* Vid. Nott. Varr.

CAP. IX. 7 R *diximus.*—8 Lamb. solus *geramus;* et margo Cratand. *judicetis.*—9 A *servare.*—10 Ern. censebat *et copiam* del. vel *et copias* leg. Schutz. delevit. Orell. uncis inclusit, et quærit, 'Fuitne *et inopiam?*' Tum ψ, Erf. Pith. Tur. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. *necessario;* et sic Schutz. et Orell. Al. edd. et Mss. *necessariorum.* Wetzel. in uncis inclusit verba *et copiam necessariorum.* Denique A, Leid. 1. 4. Voss. 2. et edd. pr. cum Wetzel. et Orell. *no-*

nibus rebus[12] populus Romanus posset, scire et existimare poterant.[13] Hi, cum deliberassent[14] nobiscum bellum gerere, quæso, quæ res erat, qua freti[15] bellum suscipere conarentur, cum multo maximam sociorum partem[16] in officio manere intelligerent? cum sibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicam præsto esse viderent? non denique ullam rem, quæ pertineret[17] ad bellum administrandum? Si cum finitimis de finibus[18] bellum gererent; si totum certamen in uno prælio positum putarent: tamen omnibus rebus instructiores ac paratiores[19] venirent; nedum illud[20] imperium orbis terræ, cui imperio omnes gentes, reges, nationes, partim vi, partim voluntate consenserunt,[1] cum aut armis aut liberalitate[2] a populo Romano superati essent,[3] ad se transferre tantulis viribus conarentur. Quæret[4] aliquis: Quid? Fregellani[b] non sua sponte conati sunt?[5] Eo quidem minus isti[6]

*rint:* Schutz. *norant:* al. Mss. et edd. *norunt.*—11 Ms. Cort. delet *nihilo minus*, prob. Ern.—12 Al. teste Grævio, *quod in omn. rebus.* '*Omn. in rebus*] Sic Voss. 3. deest *in* Leid. 4. Al. *in omn. r.*' Oud.—13 '*Pop. Rom. posset*] Erf. *Pop. Rom. possent;* respiciens sensum.' *Græv.* In R *possit.* Tum '*Existimare poterant*] Ita exhibent Mss. omnes et edd. pr. Vulgo *æstimare.*' Oud. A L R, Tur. ed. 1474. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *existimare.* Al. edd. et Mss. *æstimare.* Præterea in ψ *poterunt.* Vid. Nott. Varr.—14 A *deliberarent:* Erf. *deliberavissent.*—15 Duisb. *quæ res orat, qua fiducia freti bell.* In Leid. 4. quoque *qua fiducia freti bell.* Erf. *qua facti bell.*—16 Erf. *max. part. soc.*—17 Deest *esse* ed. Med. *Viderint* Leid. 4. et Duisb. *videretur* Voss. 3. Tum Leid. non habet *rem* post *ullam.* Dein A R, Tur. Leid. 3. 4. et ed. Lamb. *quæ res pertinet:* Duisb. et edd. pr. *quæ pertinet:* G L ψ, Schutz. et Wetzel. *quæ pertineret:* Orell. *quæ res pertineret.* Vulg. *quæ pertineat.* Vid. Gronov. in Nott. Varr. ad c. 9. hujus lib.—18 Voss. 3. *de nostris fin.*—19 Duisb. *put.; cum omn. rebus.* Tum A *instructores et apparatores:* L ψ *et apparitiores:* R *et apparaciores:* Tur. *et paratiores.* '*Ac paratiores*] Mss. omnes et edd. pr. *et apparatiores.* Vere.' *Oud.* Vulg. *ac paratiores.* Vid. Nott. Varr.—20 Erf. *ned. illi imp.*—1 Voss. 3. Crat. Lamb. Schutz. et Orell. *concesserunt:* ed. Med. *consenserint.* A G L R ψ *consenserunt;* et sic vulg.—2 Leid. 3. *quum armis;* et Voss. 3. Leid. 4. ac Duisb. *libertate.*—3 *Essent* omittit Voss. 3.—4 ψ *Quæret igitur al.*—5 '*Quid? Fregellani non sua sponte conati sunt*] Grut. et Cratand. edd. *Quid Freg., non sua sp. con. sunt?* Pith. *Quid? Fregelliani non ne sp. sua con. sunt?* Duisb. *Fregellani non sua sp. con.*' Græv. 'Voss. 1. 2. Leid. 2. *Fragelliani.* In reliquis Mss. *Fregelliani* vel *Fregeliani.*' Oud. Dein ψ et Leid. 3. *num sua sponte.*—6 Erf. Tur. et Lamb.

NOTÆ

[b] *Fregellani*] Hos majestatis damnatos, quod socii populi Romani cum essent, contra remp. iniissent consilia, improviso obsessos ad deditionem compulit prætor Opimius, et eorum urbem evertit Coss. M. Plautio et M.

facile conarentur, quo, illi quemadmodum discessissent, videbant.[y] [7] Nam rerum imperiti, qui uniuscujusque rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt, ii per imprudentiam facillime deducuntur [8] in fraudem :[z] at ii, qui sciunt quid aliis acciderit, facile ex aliorum eventu,[9] suis rationibus possunt providere. [*p.* 27.] Nulla igitur re [10] inducti, nulla spe freti arma sustulerunt? Quis hoc credat,[11] tantam amentiam quenquam tenuisse, ut imperium populi Romani [12] tentare [a] auderet, nullis copiis fretus? Ergo aliquid fuisse necesse [13] est. Quid aliud, nisi id,[14] quod dico,[b] potest esse?

14. In attenuato [15] figuræ genere, quod [16] ad infimum et quotidianum sermonem demissum [17] est, hoc erit exemplum: Nam ut forte hic in balneas [18] venit, cœpit, postquam per-

[y] *Eo minus isti debuerunt conari bellum inferre Romanis, quod viderunt quam infeliciter cessisset defectio Fregellanis.*

[z] *Malum consilium.* [a] *Labefactare.* [b] *Nempe insignem amentiam.*

ed. *eo quidem isti minus :* Cauch. *isti minu isti qui unica fac. con.*—7 ψ, Erf. Pith. Cauch. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *quod illi quemadm.* Ms. ap. Schutz. *qui illi quemadm.* Reliqui Mss. et edd. *quo illi quemadm.* ‘Post *quo* aut addendum, aut intelligendum *magis.*’ Ern. Tum ‘*Descissent*] Leid. 1. *desissent :* Leid. 4. *decidissent :* Voss. 3. *fecissent.*’ Oud. ψ et cod. Aug. *decidissent :* Pith. *destitissent :* Erf. Cauch. Tur. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *descissent :* Lamb. *descivissent :* A G L R et edd. vett. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *discessissent.* Tum Cauch. *videbantur.*—8 A *possent, ii per prudentiam fac. deducerentur.* Al. teste Grævio *facile adducuntur :* Ed. Omnib. *facillime deducerentur.*—9 ‘*Ex aliorum eventis*] Erf. *ex al. eventu :* Pith. *ex al. eventibus.*’ Græv. ‘*Ex al. eventu*] Voss. 2. 3. *ex al. eventibus :* Leid. 1. 4. ed Omnib. *ex al. eventis :* ed. Med. *ex eorum ev.*’ Oud. A, Tur. et Orell. *ex al. eventis :* G R *ex al. eventibus :* ψ *ex al. eventu ;* et sic vulg. Vid. Lang. ad Cic. de Amic. c. 4.—10 Leid. 3. *proinde nulla re ind.*—11 ‘*Quis hoc credat*] Voss. 1. cum edd. pr. *quis hoc crederet.* In ceteris Mss. *credet.* Abest *hoc* a Leid. 3.’ *Oud.* G L R ac Erf. *credet.*—12 Erf. *imperium P. R. tentare.*—13 L, Pith. tres Mss. ap. Græv. ac Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Med. *necessarium.* Mss. tres ap. Gronov. *necessarium.*—14 G *Quid autem al.* Schutz. et Wetzel. de Ern. suspic. *Quod quid al.* Dein G *nisi quod dico :* Lamb. ed. *nisi hoc quod dico.*—15 ‘Leid. 1. *In attenuatæ ;* quod præfero cum Grævio.’ *Oud.* Erf. Schutz. Wetzel. et Orell. quoque *In attenuatæ.* Vulg. *attenuato.* Vid. Nott. Varr.—16 ‘*Quod*] Voss. 1. Leid. 2. ed. Med. *et quod :* in ceteris *id quod ;* nisi quod in Voss. 3. sit *i.* pro *id est*, ut puto.’ *Oud.* In A et Erf. *id quod ;* L *et quod ;*

NOTÆ

Fulvio A. U. C. 629. ante Chr. 125. Liv. in Epit. et Velleius. Ceterum Fregellæ urbs illustris fuit Volscorum in Latio, in cujus ruinis exstructum est castrum *Ceperano.*

fusus est, defricari.[c] [19] x. Deinde, ubi visum est, ut [20] in alveum [c] descenderet, ecce ibi [1] iste de transverso,[d] Heus, inquit, adolescens, pueri tui modo me pulsaverunt;[e] [2] satisfacias oportet. Hic, qui id ætatis ab ignoto præter consuetudinem appellatus esset,[f] erubuit. Iste clarius[g] [3] eadem et alia dicere cœpit.[4] Hic vix tandem inquit, Sine me considerare.[h] [5] Tum vero iste cœpit clamare [6] voce ista, quæ vel facile cuivis rubores elicere[i] posset:[7] Ita petulans es atque acer, ut ne ad solarium [d] quidem idoneus, ut mihi videtur, sed pone scenam,[8] et in ejusmodi locis

[c] *Cœpit abstergi linteis postquam aqua lotus est.*
[d] *De loco obliquo.* [e] *Servi tui me percusserunt.*
[f] *Qui ea ætate præter morem vocatus fuisset in jus ab ignoto.*
[g] *Voce magis clata.* [h] *Permitte me rem examinare.*
[i] *Quemvis pudore suffundere.*

Pith. *id est quod.*—17 A et Erf. *dimissum.*—18 Tur. *ad baln.*—19 '*Perf. est, defricari*] Ed. Omnib. *perf. confricari:* Voss. 2. *perf. est oleo, defricari,* e glossemate. Voss. 3. *defricare.*' Oud. In A *confricari.* Vid. Nott. Varr.

Cap. x. 20 '*Ubi visum est, ut in alv.*] Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *ubi visum est ire;* vere, ut opinor. Tum *quod in alv.* Voss. 2.' *Oud.* L ψ, Schutz. Wetzel. et Orell. *ubi visum est ire.* Al. edd. non habent *ire.*—1 Pro *ibi*, G habet *venit* in marg.—2 A *passurunt:* Voss. 3. Leid. 4. edd. pr. cum Orell. *pulsarunt:* G L R ψ, Tur. Erf. Cauch. *pulsaverunt;* et sic vulg.—3 Voss. 3. et ed. Med. *Ille clarius.*—4 Schutz. vocem *cœpit* delevit: Wetzel. eam uncis inclusit.—5 Erf. omnes Mss. Oud. et ed. Med. *tamen inq.* Tum in A *Sine me considera.*—6 '*Iste cœpit clamare*] Voss. 3. *te cœp.* Abest verbum *cœpit* a Voss. 1. Leid. 1. 2. 4. Verissime. Vid. Græv.' *Oud.* *Cœpit* quoque omittunt L ψ, Schutz. et Orell. Eam Wetzel. uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—7 '*Voce ista quæ vel facile*] Ed. Med. *voce magna ista quæ vel perfacile.* Pro *vel facile*, in Voss. 2. 3. Leid. 3. 4. ed. Omnib. *perfacile.*' Oud. *Perfacile* quoque A R ψ et Tur. Schutz. edidit *quod facile vel*, omissis *ista voce.* Dein '*Rubores elicere*] Ita Lambin. emendat ex Ranconeti conjectura. Vulg. et Mss. *ejicere* habent, a quibus non discedo.' *Brut.* '*Ruborem* ed. Med. *ejicere* vel *eicere* Mss. omnes; sed ed. Omnib. *injicere.* Leid. 3. *potest.*' Oud. A *inicere:* L *eicere.* R *potuisset.* In ed. 1474. *iste clara voce cœpit ista, quæ fac. cuivis ruborem adjicere possent:* quo nil melius reperit Ern. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—8 Duisb. *es aterve:* hinc Schutz. *atque protervus.* '*Acer, ut ne ad solarium quidem idoneus*] *Aterve ad sol.* Leid. 4. *ad solarium* habet cum ed. Omnib. solus Voss. 3. a m. pr. et ed. Med. *solarium* sine præpositione. In ceteris Mss. ab m. pr. *ad salutandum.* *Idoneus* legitur in nullo cod. et edd. pr. præter Leid. 1. in quo *idoneus es.* Vid. Græviun, cui accedo.' *Oud.* Vulg. *atque acer.* '*Ad solarium*] *Ad salutandum* unus Gryph. lib. B. Et paullo post, *pone scenam*, ubi *penes* alii habent, et melius equidem, ni fallor.' *Brut.* R *ad solarium salutandum:* Tur. *ad salatandum.* Dein in A L ψ *idoneus*

## NOTÆ

[c] *Alveum*] Alveus erat lapidea vel structilis fossa balnearum.

[d] *Solarium*] Fori Romani locus, in quo erat solarium, ubi otiosis deambulare mos fuit.

exercitatus sis.[k] [9] Conturbatus [10] est adolescens: nec mirum, cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas [11] versarentur, imperito ejusmodi conviciorum.[l] [12] Ubi enim iste [13] vidisset scurram[m] exhausto rubore, qui se putaret nihil habere, quod de [14] existimatione perderet, ut omnia sine famæ detrimento facere posset? 15. Igitur genera figurarum ex ipsis [15] exemplis intelligi poterunt. Erit enim et attenuata verborum constructio [16] quædam, et item alia in gravitate, alia posita in mediocritate.[17]

Est autem cavendum, ne, dum hæc genera consectamur,[18] in finitima et propinqua vitia veniamus. Nam gravi figuræ, quæ laudanda est, propinqua est ea quæ fugienda est; [19] quæ recte videbitur appellari, si sufflata[n] [20] nominabitur. Nam ut [1] corporis bonam habitudinem tumor imi-

[k] *Adeo protervus es et fervidus, ut, mea quidem sententia, non sis idoneus ad loquendum in foro, quo conveniunt viri honesti, sed sis exercitatus ad clamandum cum abjectis mimis post scenam, aut in similibus locis.*

[l] *Assuetus tantum fuerat objurgationibus pædagogi, nec ejusmodi convicia audierat.*

[m] *Spannionem impudentissimum.* [n] *Inflata.*

deest; et eam omittunt Schutz. et Wetzel. Orell. eam uncis inclusit. In R *idoneus es.* Mox '*Sed pone scenam*] Leid. 1. 2. *penes cenam.* In ceteris Mss. et edd. pr. *penes scenam.* Abest *sed* a Leid. 4.' *Oud.* A R, Tur. *sed penes scenam.* Vid. paulo ante, et Nott. Varr.—9 '*Et in ejusm.*] Exsulat præpositio a Voss. 3.' *Oud.* Tum Pal. *exercite:* Lamb. ed. 1584. et Schutz. *exercitus sis.*—10 Pith. *Ad hæc turbatus est adol.* Cauch. *Ad hæc conturb. est adol.*—11 Leid. 3. *ad aures.*—12 '*Imperito hujusm. convic.*] Sic Mss. omnes et ed. Med. non *ejusmodi;* quod præcessit. *Imperitus* Leid. 1.' *Oud.* Erf. *imperito hujusm. conv.* ψ *imperitus hujusm. vitiorum.*—13 G ψ *Ubi istum:* Schutz. et Wetzel. *Ubi enim ille,* de Ern. suspic.—14 Præpositio in A deest. Tum '*Perderet*] Legend. fortasse est, *deperderet.*' Lamb. In Voss. 3. *proderet.* —15 Leid. 4. Duisb. et Schutz. *ex istis exempl.* Lamb. ed. *ex his exempl.*— 16 '*Erit enim et atten. verb. constructio*] Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. *Erat* cum edd. pr. *Et* deest Mss. quatuor et ed. Omnib. *Constitutio* Voss. 3.' *Oud.* A L ψ, Pith. *Erat enim:* Erf. *Erit,* sine *enim.* A G L R, Tur. non habent *et.* Schutz. edidit *Erit enim et in att.*—17 *Item* non est in A. Dein '*Alia in grav., alia pos. in mediocr.*] Voss. 3. Leid. 2. ed. Med. *al. pos. in mediocr. Tertia quæ plena erat gravitatis.* Haud inepte sane.' *Oud.* L *al. pos. in mediocritate tertia quæ plena gravitatis.*—18 '*Consectamur*] Duisb. Lamb. et aliæ edd. quædam, *consectemur.*' Græv. *Consectemur* quoque A G L R, omnes Mss. Oud. et edd. pr.—19 Erf. et ed. pr. *nam gravis figura ... prop. est ei:* Pith. *nam gravi figuræ ... prop. ea.* In ψ quoque *gravis figura.* Tum Erf. *quæ fug., quæ recte.* Verba *quæ laudanda est ... quæ fug. est,* suspecta Ernestio, delevit Schutz.—20 '*Sufflata*] *Suffulta* legitur in duobus Gryph. B C, et Leonic. exemplari.' *Brut.* 'Mss. omnes et edd. pr. *suffulta:* hoc est, suffarcinata, ut apud Terent. In Voss. 3. additur interpretatio *grossa.*' *Oud.* *Suffulta* etiam in A G L R ψ. Vulg. *sufflata.* Vid. Nott. Varr.—1 '*Nam ut*

tatur sæpe; ita[2] gravis oratio sæpe imperitis videtur ea, quæ turget et inflata est, cum aut novis aut priscis verbis, aut duriter aliunde translatis, aut gravioribus, quam res postulat, aliquid[3] dicitur, hoc modo: Nam qui perduellionibus venditat[4] patriam, non satis supplicii dederit, si præceps in Neptunias[c] depulsus[5] erit lacunas.[o] Pœniteat[6] igitur istum, qui montes belli fabricatus est, campos[7] sustulit pacis.[p] In hoc genus plerique cum declinassent,[8] et ab eo, quo profecti sunt, aberraverunt,[f] et[9] specie gravitatis falluntur, nec prospicere possunt orationis tumorem.[10]
XI. 16. Qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si pervenire eo non potuerunt,[11] errantes perveniunt ad confine

[o] *Qui rebellione prodit patriam, non satis gravem pœnam patietur, si præcipitetur in mare.*
[p] *Qui tumultum belli excitavit, et abstulit tranquillitatem pacis.*

*corp.*] Sic Voss. 3. Leid. 3. cum edd. pr. In reliquis Mss. *Nam ita ut corp.*' Oud. G L R et Erf. quoque habent *Nam ita ut corp.*—2 '*Ita gravis oratio*] Voss. 1. *ea gr. or.* punctis subductis. Leid. 1. *item gr. or.*' Oud.—3 *Aliquid* in A deest.—4 'Pith. *perduellionibus vendit:* Lamb. ed. *perduellibus vendit.*' Græv. Lamb. ed. habet *venditat*, non *vendit*, teste Orellio.—5 '*Depulsus*] Ita Mss. sex cum edd. pr. ut bene restituit Grævius. *Depultus* Leid. 2. cum varia lectione Voss. 1.' *Oud.* *Depulsus* ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *depultus.* Vid. Nott. Varr.—6 Omnes Mss. *Pœnitet;* et sic vulg. In ed. 1474. Schutz. Wetzel. et Orell. *Pœniteat.*—7 Voss. 1. *et campos.*—8 G *In hoc genere.* Dein '*Plerique cum declinant*] Voss. 1. *plerumque:* Leid. 1. *declinarent:* Voss. 1. Leid. 2. 4. ed. Omnib. *declinavissent*: Voss. 2. Leid. 3. ed. Med. ac vulgo *declinassent:* Voss. 3. *derivassent.*' Oud. In G *declamarent;* R ψ, *declinarent:* Erf. Græv.-Burm. et Orell. *declinant.* Al. edd. *declinassent.* Vid. Nott. Varr.—9 '*Et ab eo, quo prof. sunt, aberraverunt*] Deest copula Leid. 2. *sunt* abest Leid. 4. *aberrant* Leid. 3. non male.' *Oud.* In A *ut ab eo:* R *ab eo,* sine copula. Duisb. *quo prof. aberraverunt:* Erf. et Cauch. *quo prof. sunt aberrarunt.* In A *oberraverunt.* Præterea '*Et specie*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. carent copula. Et recte, ut opinor.' *Oud.* Orell. copulam delevit. Vulg. *et specie.*—10 R ψ, Tur. Duisb. Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. ac Crat. et Lamb. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *perspicere.* Al. edd. et Mss. *prospicere.* 'Sed deberet esse *prospicere* ... *tumori,*' ait Orell. 'i. e. cavere sibi a tumore; id quod minime displicet.'

CAP. XI. 11 '*Poterunt*] Al. *potuerunt.*' Græv. 'Voss. 3. ed. Omnib. *potuerunt:* Leid. 3. *poterint:* sed bene Voss. 1. Leid. 1. 2. ed. Med. *potuerint.*' Oud. *Potuerunt* G L R, Tur. cum edd. 1474. 1475. Med. 1498. Junt. Ald.

## NOTÆ

[c] *Neptunias*] Multo duriore, quam ferri possit, metaphora, mare diceretur Neptuniæ lacunæ. Lacunæ fossæ sunt quibus aqua collecta continetur. Neptunus poëtis Deus est maris.

[f] *Aberraverunt*] Nimirum auream mediocritatem tenere, operosius quiddam est quam vulgo putetur. 'In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte:' Horat. in Arte Poët.

genus ejus generis,[12] quod appellamus fluctuans et dissolutum; eo quod sine nervis et articulis fluctuat[13] huc et illuc,[q] nec potest confirmate,[14] neque viriliter sese[15] expedire. Id est hujusmodi:[16] Socii nostri cum[17] belligerare nobiscum vellent, profecto ratiocinati essent etiam atque etiam, quid possent facere, si quidem sua sponte facerent, et[18] non haberent hic adjutores multos, malos homines et audaces.[19] Solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia volunt agere. Non potest hujusmodi sermo tenere attentum auditorem: diffluit[20] enim totus, neque quicquam comprehendens perfectis verbis amplectitur.[1] Qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione commode[2] versari, veniunt ad aridum et[3] exsangue genus orationis, quod non alienum est exile nominari, cujusmodi est hoc: Nam istic ille ad balneas accessit;[4] ad hunc postea dicit, Hic[5] tuus servus me pulsavit. Postea dicit hic illi,[6] Considerabo. Post ille huic[7] convicium fecit, et

[q] *Non cohærens et dissipatum, quia nulla membrorum connexione hinc inde fertur.*

Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. et Mss. *poterunt.*—12 ‘*Ad confine genus ejus generis*] Abest *genus* a Voss. 1. 3. Leidd. omn. et edd. pr. *Ad confiniam* Leid. 1. sed Leid. 4. et ed. Omnib. *ad confinium ejus gen.* recte. Vid. Græv.’ *Oud.* A L, Tur. et plerique Mss. *ad confine genus ejus gen.* et sic vulg. In ψ *genus* deest; et pro *ejus* G R habent *ejusdem.* Schutz. Wetzel. et Orell. *ad confinium ejus generis.* Vid. Nott. Varr.—13 Voces *fluctuans et* absunt ab A G L R ψ, prob. Orell. In iisdem Mss. pro *eo quod,* legitur *quod est.* Tum pro *nervis,* L habet *verbis,* sed in marg. *nervis.* Porro A G L ψ habent *articulis, ut hoc modo apellem fluctuans, eo quod fluctuat:* R *articulis. Et appellamus etiam fluctuans, eo quod.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—14 ‘*Confirmate*] Sic Voss. 3. In reliquis Mss. et edd. pr. *confirmare.*’ Oud. *Confirmare* quoque in A ψ. Vid. Nott. Varr.—15 G R *se exp.*—16 ‘*Hujusmodi*] Ita Leid. 4. cum edd. pr. In ceteris Mss. *ejusmodi.*’ Oud. Vulg. *hujusm.*—17 Tur. *si bellig.*—18 Pith. *si quid sua sp.* et G non habet copulam post *facerent.*—19 ‘*Hic adj. multos et malos hom.*] Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. et edd. pr. *hinc.* Copulam non agnoscunt Mss. aut edd. pr. præter solum Leid. 4. In ed. Omnib. *multos hom., malos:* non male.’ *Oud.* A L ψ, Duisb. *hinc.* Vox *adjutores* in A deest. A G L, Tur. Erf. Pith. Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt copulam ante *malos,* quæ vulgo extat. Dein Lamb. ed. *atque audaces.*—20 Voss. 3. *intentum aud.* Leid. 2. et Pith. *Defluit enim.*—1 ψ *profectis verbis,* et A R *complectitur.*—2 Pith. omittit *commode.*—3 A *aridum, exsangue,* sine copula.—4 ‘*Nam istic ille ad balneas accessit*] *Nam ille istic in balineis accessit ad hunc, postea dixit:* ita legitur in tribus Gryph. libris Mss. non male.’ *Brut.* ‘Deest *ille* Voss. 2. Leid. 1. 3. 4. Al. dant *ille istic,* vel *istic in balneas ille.* In Mss. omn. et edd. pr. est *in balneas;* nisi quod Leid. 1. Voss. 2. habeant *in balneis.*’ Oud. G non habet, *istic,* nec Tur. *ille,* quam vocem Orell. uncis inclusit. A G L R et Tur. *in balneas.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Var.—5 ‘*Postea dixit*] Erf. *postea dicit.*’ Græv. A *dixit, Hec:* G *dixit, Hic.* Vulg. *postea dicit, Hic.*—6 ‘*Dixit hic*]

magis magisque præsentibus multis clamavit. Frivolus hic quidem jam[8] et illiberalis est sermo. Non enim adeptus[9] est id, quod habet attenuata figura, puris verbis et electis compositam[10] orationem. Omne[11] genus orationis, et grave, et mediocre, et attenuatum, dignitate afficiunt[12] exornationes, de quibus post loquemur: quæ si raræ disponentur,[13] [g] distinctam,[r] sicuti coloribus; si crebræ[14] collocabuntur, oblitam reddent[15] orationem. Sed[16] figuram in dicendo commutari[17] [h] oportet, ut gravem mediocris, mediocrem excipiat[18] attenuata. Deinde identidem commutentur, ut facile[19] satietas varietate[20] vitetur.

XII. 17. Quoniam, quibus in generibus elocutio versari debeat, dictum est, videamus nunc, quas res debeat habere elocutio commoda et perfecta. Quæ maxime admodum oratori[1] accommodata est, tres res in se[2] debet habere;

[r] *Convenientem.*

Erf. *dicit hic.*' Græv. In A *dicit hec.* Vulg. *dicit hic.*—7 '*Post ille conv. fecit*] Ed. Med. *posteu.* In nullo nec Ms. nec ed. est *huic*; quod bene delevit Grævius.' *Oud.* A G L ψ, Tur. omittunt *huic*, quod Orell. uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—8 A *hec quidem.* In A G ψ *jam* non legitur.—9 Cauch. Ms. non habet *adeptus.*—10 A *lectis*, et ψ *continatam orationem.*—11 *Omne* in A deest, spatio relicto.—12 '*Et grave, et mediocre, et attenuatum dignitate afficiunt*] Margo Cratand. *et gravem et mediocrem, et attentam dignitatem efficiunt.* In Erf. et Cauch. est *dignitate efficiunt:* sed alii stant a vulgatis.' *Græv.* In A *et gravem, et mediocrem, et attenuatam dignitatem.* ' Voss. 2. 3. Leid. 1. 3. 4. *dignitatem:* in quo *gravem et mediocrem et adtenuatam.* In Leid. 1. etiam *gravem et mediocrem et adtenuatam.*' Oud. In G ψ *efficiunt.* Vulg. ut Ern.—13 '*Si raræ*] Edd. non nullæ *si rara.*' Græv. Leid. 2. *raro.* Leid. 1. *disponantur:* G *disponuntur.*—14 Voss. 3. Leid. 2. *crebro.*—15 G R ψ, Tur. sex Mss. Oud. et edd. pr. *obliquam:* Voss. 2. *oblicam.* Dein vulg. *reddunt:* Tur. ed. 1474. Lamb. Ern. Schutz. Wetzel. et Orell. *reddent.* Vid. Nott. Varr.—16 A *Si fig.*—17 A G ψ et Tur. *commutare.*—18 Al. *recipiat*, teste Grævio.—19 Vox *facile* spuria videbatur Ernestio.—20 Leid. 4. et Duisb. non habent *varietate.*

CAP. XII. 1 '*Maxime admodum oratori accom.*] Sic Leid. 4. Deest *admodum* Leid. 3. ut edidit Lambinus. *Max. adm. oratoris* Voss. 1. Leid. 1. ed. Med. *max. ad commodum oratoris* Voss. 2. 3. Leid. 2. ed. Omnib. Offendit librarios conjunctio vocum *maxime admodum.* Sed synonymis aliquando non abstinuerunt etiam brevissimi scriptores.' *Oud.* Tur. *ad modum oratoris:* ψ et ed. Cratand. *ad commodum oratoris:* Junt. et Schutzius *ad officium oratoris:* Wetzel. *maxime oratori.* Orell. h. l. ut corruptum de-

NOTÆ

[g] *Quæ si raræ disponentur*] Quod in tabella colores, illud idem efficiunt in oratione exornationes. Hæ si raræ fuerint, convenientem et distinctam quasi coloribus, reddent orationem; si frequentiores, opimam et quasi adipatam.

[h] *Figuram in dicendo commutari*] Id videre est in orationibus Ciceronis, quarum aliæ licet alio sint charac-

elegantiam, compositionem, dignitatem. Elegantia est, quæ facit, ut unumquodque pure et aperte[3] dici videatur: hæc distribuitur in Latinitatem et explanationem. Latinitas est, quæ sermonem purum conservat, ab omni vitio remotum. Vitia in sermone, quo minus is Latinus sit,[4] duo possunt esse; solœcismus et barbarismus. Solœcismus[i] est, cum in verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur.[5] Barbarismus[k] est, cum verbum aliquod vitiose effertur. Hæc[6] qua ratione vitare possimus, in arte grammatica dilucide dicemus.[7] Explanatio est, quæ

notavit. Vulg. ut Ern.—2 A ψ omittunt *in se.*—3 '*Ut unum quodque pure et aperte*] Sic scripsi auctoritate Mss. et edd. pr. pro *unum quidque.* Addit *verbum* ed. Omnib. *pure et perfecte* Leid. 2.' *Oud.* L R ψ *unumquidque*; et sic vulg. Erf. *unusquisque:* A G, Tur. ed. 1474. et seqq. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *unumquodque.* Tum G *pure etiam aperte.*—4 Voces *in sermone* ab Erf. absunt. Dein Voss. 3. *quo minus sermo illatinus sit.* In A *is* deest.—5 '*Cum verb. plur. cons. &c.*] Mss. sex et ed. Med. *cum in verb. pl.* Verissime, sive ubi plura verba sunt posita. Leid. 4. *cum verbis, &c. accommodabitur.*' Oud. R non habet *in* ante *verbis*, et sic vulg. Præpositionem retinent A G L ψ, Tur. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. Dein A *accommodat.* Vid. Nott. Varr.—6 Voss. 3. et ed. Omnib. *profertur.* Tum G *Hoc qua ratione.*—7 '*Dilucide discemus*] Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. 4. et ed. Omnib. *dil. dicemus*; quod est reponendum.' *Oud.* G L R ψ, Tur. *discemus*; et sic vulg. A *dil. dicemus.* '*Dil. dicemus*] Pro vulgato *discemus*, e Mss. et edd. vett. 1474. 1475. Med. 1498. Junt. Ald. post quam receptum est *discemus*, ut in Victor. Verbo *discemus* non aptum est *dilucide*; et fortasse propterea librarius Ms. Lips. omi-

## NOTÆ

tere scriptæ, omnes tamen pro variis partibus triplex dicendi genus expressum habent. Exordia plerumque mediocri, narrationes attenuato, perorationes gravi figura constant.

[i] *Solœcismus*] Est oratio vitiosa, ut si quis dixerit, 'virtus est ab omnibus sequendus;' nomen habet a civibus urbis Solorum, quæ urbs in Cilicia a Solone conditore appellata est. Scilicet hujus incolæ, licet Attici, ab Atticæ linguæ venustate ita deflexerant, ut sermonem Atticum Solicæ linguæ vitiis inquinarent. Hinc Solœcismus ad significandam orationis pravitatem abiit in proverbium. Ingeniose nescio quis apud Eustath. in Iliad. A. solœcismum interpretatur *σόου λόγου αἰκισμὸν*, *sanæ orationis depravationem.*

[k] *Barbarismus*] Definitur a Quintil. I. 5. vitium quod fit in singulis verbis, ut si quis Afrum aut Hispanum orationi Latinæ nomen inserat: item si quis in verbo literam vel syllabam adjiciat, mutet, detrahat. Nomen accepit a peregrinis in Græciam profectis, qui, cum Græce loqui conarentur, atque voces absurdas, ut aiunt, *βαρ, βαρ*, sæpe pronuntiarent, barbari vocati sunt. Unde vitium posteri barbarismum dixerunt. Barbarismum cum Gellius v. 20. dixit se non invenisse apud Græcos scriptores idoneos, vel Poëticam Aristotelis, qui eo vocabulo sæpius usus est, non legerat, vel memoria lapsus est.

reddit apertam et dilucidam orationem. Ea comparatur duabus rebus,[8] usitatis verbis, et propriis. Usitata sunt ea quæ versantur in sermone et[9] consuetudine quotidiana; propria, quæ ejus rei verba sunt, aut esse possunt, qua de loquemur.[10]

18. Compositio est verborum constructio, quæ facit omnes partes orationis æquabiliter perpolitas.[11] Ea conservabitur,[12] si fugiemus crebras vocalium concursiones, quæ vastam atque hiantem orationem reddunt, ut hoc est: Baccæ æneæ[s] [13] [l] amœnissimæ impendebant: et si vitabimus ejusdem literæ nimiam assiduitatem: cui vitio versus hic erit exemplo: (nam hic nihil[14] prohibet, in vitiis, alienis exemplis[15] uti:) [*p.* 28.]

O Tite,[m] tute, Tati,[16] tibi tanta tyranne tulisti,[t]

et hic[17] ejusdem poëtæ:

Quicquam quisquam cuiquam quod conveniat, neget:[18]

[s] *Fructus arborum ex ære.*
[t] *O Tite Tati tyranne, tu ipse tibi tam gravia attulisti.*

sit.' *Ern.* quem Wetzel. et Orell. sequuntur. Schutz. *dicemus*, omisso *dilacide*, quod uncis Wetzel. inclusit.—8 Pro *duabus rebus*, in Voss. 3. legitur *duobus modis*; et sic margo Cratandri.—9 A et Erf. *serm.*, *cons.* sine copula.—10 A *aut poss.* omisso *esse*. Tum Voss. 3. Leid. 2. 3. *de qua loquemur, vel loquimur.*—11 ' *Comp. est verb. constr.*] Ultimæ voces *verb. constr.* exsulant a Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med. Contra seqq. *quæ facit omn. part. oration.* desunt Leid. 1. 4. Voss. 2. ed. Omnib. Alterum abundat.' *Oud. Verborum constructio* in L quoque desunt; et *quæ . . . orationis* in A G ψ, Tur. Crat. et Schutz. Dein ' *Æquabiliter perpolitas*] Leid. 4. *non nisi æq. perpolita:* Leid. 3. *æqualiter perpolita:* Voss. 2. item et ed. Omnib. *perpolita.*' Oud. *Perpolita* etiam A G ψ, Tur. Crat. et Schutz. Vid. Nott. Varr.—12 ψ *conservabimus.*—13 ψ, Erf. Voss. 1. ed. Omnib. *ut hæc est:* A *ut hec est.* Dein ' *Baccæ æneæ am. inpendebant*] Voss. 1. Leid. 2. *bacæ:* Leid. 4. *bacæ* cum ed. Omnib. *Bacchæ* ed. Med. *æreæ* Voss. 2. *inpediebant* Voss. 1.' *Oud.* In A *Bacchæ areæ.* Vid. Nott. Delph. et Varr.—14 Duo codd. teste Orellio, *hoc erit exemplo*; et Duisb. *nam hoc nihil.*—15 A *exempli.* Duisb. non habet *exemplis.* Vid. Merul. ad Enn. p. 235.—16 'Erf. *O Tite, Tati tute:* Duisb. *O Tite, tute tibi.*' Græv. Deest *Tati* Leid. 4. Voss. 2.—17 Pith. et Duisb. *et hoc.*—18 ' *Quidquam quisquam cuiquam quod conveniat*] Erf. et Pith. *Quidq. quisquam quemquam quisque conveniet:* Duisb. *Quicq. quisquam quisque conveniat.*' Græv. ' Cum ed. Omnib. Voss. 1. Leid. 2. 4. *Quidq. quisquam quemque quisque:* Voss. 2. *Quidq. quisq. quemquam quemque:* Voss. 3. *quisquam quisque quemque quisquam* Leid. 1. *quidq. quisq. quemquam quis:* ed. Med. *quidq. quisq. quemquam.*' Oud. ' *Conveniat, neget*] Leid. 2. 3. ed. Med. *conveniet:* Leid. 4. *negetis.*' Idem. G non habet *cuiquam quod*;

NOTÆ

[1] *Baccæ æneæ*] Legunt nonnulli *baccæ Eoæ*, id est, uniones orientales.

[m] *O Tite*] Versus Ennianus ex Annal. l. 1. Titus Tatius Sabinorum rex,

et, si ejusdem verbi assiduitatem nimiam[19] fugiemus; ea est hujusmodi:[20] Nam cujus rationis ratio non extet, ei rationi ratio non est fidem habere:[u][1] et, si non[2] utemur continenter similiter cadentibus verbis, hoc modo:

Flentes,[n] plorantes, lacrymantes, obtestantes:[3]

et, si verborum transjectionem[4] vitabimus,[x] nisi quæ erit concinna, qua de re posterius loquemur; quo in vitio est Lucilius[5][o] assiduus, ut hoc est in priore libro:[6]

Has res ad te scriptas, Luci, misimus, Æli.[7]

Item fugere oportet longam verborum continuationem, quæ et[8] auditoris aures, et oratoris spiritum lædit. His vitiis in compositione vitatis, reliquum operis[9] consumendum est in dignitate.

XIII. Dignitas[p] est, quæ reddit ornatam orationem, va-

[u] *Nam aliquid sine ratione credere non oportet.*
[x] *Separando quæ sunt conjungenda.*

pro quibus verbis in A legitur, *quemquam quemque quisque*, et in ψ *quemquam quisque*. Vulg. ut Ern.—19 G *Et, ejusd.* Tum A *assid. fug.* omisso *nimiam.*—20 '*Ea est hujusm.*] Voss. 2. *hujusm.* Leid. 2. 3. 4. *ejusm.* ed. Med. *quæ est ejusm.* Voss. 3. *ea est ejusm.*' Oud. Verba *ea est* non sunt in A et Erf.—1 Voss. 3. et Pith. *fid. adhibere.*—2 A omittit *si non.*—3 A *lacr., commiserantes, obtestantes.*—4 Pith. *trajectionem:* A *transjectione.*—5 '*Lucilius*] Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. *Cecilius:* Voss. 2. ed. Omnib. *Celius.* Deest nomen una cum verbis *in vitio est* a Leid. 4.' *Oud.* G L R ψ, *Cecilius:* Erf. et Pith. *Cælius.*—6 Pith. *in primo libro.*—7 '*Has res ad te scriptas Luci misimus Æli*] Addit Duisb. *pro has res ad te misimus Lucili.* Scribe, *Luci Æli.*' Græv. 'Ed. Med. *Has ad te scriptas tibi.* Post *Æli* additur in Leid. 4. *pro has res ad te misimus Lucili.*' Oud. —8 A *quæ aud.* sine *et.*—9 A et Leid. 3. *opere:* G *opus* cum punctis: L, Voss. 1. Leid. 1. 2. ed. Med. *operationis:* ψ *orationis.*

NOTÆ

injuriam raptarum virginum ulturus, bellum adversus Romanos movit, quod ancipiti Marte triennio gestum, iis tandem legibus compositum est, ut pari jure Romulus et Tatius in Urbe regnarent, Urbi a Romulo nomen maneret, populus a Curibus Tatii patria Quirites appellarentur. Tatius post quinquennium per insidias occisus est Lavinii, A. U. C. 13. ante Chr. 741. Livius, Dionysius, &c.

[n] *Flentes*] Versus hexameter spondaicus.

[o] *Lucilius*] De quo diximus in notis ad l. II. § 19. ad Heren.

[p] *Dignitas*] Consistit in figuris verborum et sententiarum. Scilicet postea quam res ordine quæque suo inventæ et dispositæ sunt, sequitur ut animo recte informentur et quasi figurentur. Duplex est autem rerum inventarum conformatio: altera simplex, rudis, et quæ se ultro offert; altera vero est elegans, plena dignitatis, quæ ab illa vulgari conformatione recedit, et figurata dicitur.

rietate distinguens.[10] Hæc in verborum et sententiarum exornationem[y] [11] dividitur. Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione.[12] Sententiarum exornatio est, quæ non in verbis, sed in[13] ipsis rebus quandam habet dignitatem.[14]

19. Repetitio[15] est, cum continenter[z] ab uno atque eodem verbo in rebus similibus[16] et diversis principia sumuntur, hoc modo: Vobis istud attribuendum est, vobis gratia habenda,[17] vobis res ista erit[18] honori. Item, Scipio[q] Numantiam[r] sustulit, Scipio Carthaginem delevit, Scipio pa-

[y] *Figuras.* [z] *Semper.*

Cap. xiii. 10 G *ornatam locutionem orationem.* Tum idem Ms. *varietatem:* L, Voss. 1. Leid. 2. *varietate distinguit.*—11 ‘ *Hæc in verb. et in sent. exornationem*] Sic lege cum Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. in qua etiam *exornationes:* Leid. 4. ed. Omnib. *exornatione.* Vulgo secundo loco deest *in.*’ Oud. A G *et in sent. exornatione:* L *et in sent. exornationes.*—12 Lamb. ed. *insignita perp. cont.* Erf. *insignitate cont. perp.* A *insignita continet perp.*—13 Erf. non habet præpositionem ante *verbis*, nec G ante *ipsis.*—14 ‘ *Quandam habet dign.*] Desunt Leid. 2. sed pro iis exaratur *Liber V.*’ Oud. Post *dignitatem* lacunam esse arbitratur Ern. et defectus signa posuerunt Schutz. et Wetzel.—15 G R *De verborum exornatione Repetitio:* ψ *Hic incipit liber quintus. Repetitio.*—16 Tur. *eodemque verbo.* Dein ‘ *In rebus similibus*] Forte, *in rebus dissimilibus.*’ Lamb.—17 G L ψ, Tur. Erf. Duisb. Cauch. omnes Mss. Oud. cum ed. Med. Lamb. et Orell. *gr. est hab.* Vulg. *gr. hab.*—18 Voss. 3. *ista res est hon.*

## NOTÆ

Cum igitur figura omnis sit exquisita rerum inventarum conformatio, quæ recedit a vulgari cum dignitate, figura verborum proprie posita erit, vel in translatione qua uni rei accommodamus alterius imaginem et ad eam exprimendam quasi transferimus, vel in repetitione, complexione, &c. de quibus hic disseritur. Figura autem sententiarum recte definietur exquisita sententiæ conformatio a vulgari recedens non sine dignitate et utilitate.

[q] *Scipio*] P. scilicet Scipio Æmilianus, L. Pauli, qui Persen vicit, filius. Hic, ut Velleii verbis utar, ‘ vir avitis P. Africani, paternisque L. Pauli virtutibus simillimus, omnibus belli et togæ dotibus, ingeniique ac studiorum, eminentissimus sæculi sui; qui nihil in vita nisi laudandum aut fecit, aut dixit ac sensit . . . semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuit.’ Ædilitatem petens consul creatus est: Carthaginienses et in Hispania et in Africa variis prœliis fregit. Carthaginem ‘ invisam Romano nomini,’ ut ait idem Paterculus, ‘ funditus sustulit, fecitque suæ virtutis monumentum, quod fuerat avi ejus clementiæ. Numantiam item excisam æquavit solo . . . Post duos consulatus duosque triumphos, mane in lectulo repertus est mortuus, ita, ut quædam elisarum faucium in cervice reperirentur, notæ,’ A. U. C. 625. ante Chr. 129.

[r] *Numantiam*] Numantia urbs Hispaniæ Tarraconensis post longam a

cem peperit, Scipio civitatem servavit. Item, Tu in forum prodire, tu lucem conspicere, tu in horum conspectum[19] venire conaris? audes verbum facere?[a] audes quicquam ab istis petere?[20] audes supplicium deprecari? Quid est, quod possis defendere? quid est, quod audeas postulare?[1] quid est, quod tibi putes concedi[2] oportere? Non jusjurandum reliquisti? non[3] amicos prodidisti? non parenti manus intulisti?[b][4] non denique in omni dedecore volutatus[5] es? Hæc exornatio, cum multum venustatis habet, tum gravitatis et acrimoniæ plurimum. Quare videtur esse adhibenda et ad ornandam et ad exaugendam[6] orationem.

Conversio est, per quam non, ut ante,[7] primum repetimus verbum, sed ad postremum continenter revertimur,[8] hoc modo: Pœnos populus Romanus justitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit. Item, Ex quo tempore concordia de civitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est, respublica sublata est.[9] Item, C. Lælius[s]

[a] *Loqui.* [b] *Nonne patrem percussisti?*

—19 G *conspectu.*—20 Pith. *audes quicq. pet.*—1 *Poscere* Gryph. B. Verba *quid est quod audeas post.* non sunt in A, Leid. 3. 4. et Duisb.—2 ‘ *Concedi*] An *concredi?*’ Orell. In Erf. *concedi putes.*—3 ‘ *Non jusj. contemsisti*] Ita diserte exaratum inveni in Voss. 3. Leid. 2. et ed. Med. In ceteris *reliquisti.* Vid. Græv. Leid. 2. et in seqq. Leid. 3. *num, &c.*’ Oud. ‘ *Contempsisti,* quam agnoscit lectionem Lamb. legitur in uno Gryph. A. Ceteri, ut vulgati, habent *reliquisti.*’ Brut. L, Græv.-Burm. et Schutz. *contempsisti.* Vulg. *reliquisti.* Hic et in tribus seqq. locis pro *non,* A L habent *num.*—4 Pro *parenti,* in A *patrem* legitur; et pro *intulisti,* in G *injecisti.*—5 A et tres Mss. Oud. *voluptatus.*—6 Verba *et ad ornandam* in A desunt. G R et Lamb. *et ad exornandam.* Dein ‘ *Et ad augendam*] Voss. 3. *et exaug.* Leid. 3. ed. Med. *et ad exaggerandam.* Sed ceteri Mss. quinque et ed. Omnib. præbent *et ad exaug.* Verissime.’ *Oud.* ‘ *Exaugendam* habent tria Mss. exemplaria, a quibus stat cum Leonic. tum postrema Lamb. editio.’ *Brut.* Tur. *et ad exaggerandam:* A G ψ *et exaug.* L R *et ad exaug.* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. ‘ *Et ad exaug.*] Recepi pro simplici *augendam* ex Mss. pluribus et edd. 1475. Med. 1498. Junt. Verbum etiam c. 24. occurrit.’ *Ern.* Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *et ad aug.* Vid. Nott. Varr.—7 ‘ *Ut ante*] *Diximus* addit Voss. 3.’ *Oud.* —8 G *revertimus.*—9 Verba *libertas sublata est* non sunt in Leid. 3. et ed. Omnib. nec *fides sublata est* in A R ψ, neque *amicitia sublata est* in A ψ. Voces

NOTÆ

Romanis obsidionem illustri civium desperatione ac ruina nobilis. Locus ubi sita fuit nunc pagus est, teste Morali, dictus *Garray,* ab urbe Soria vix leuca distans.

[s] *C. Lælius*] De quo Tullius in lib. de Clar. Orat. § 82. &c.

homo navus[10] erat, ingeniosus erat, doctus erat,[11] bonis viris et studiosis[12] amicus erat: ergo in civitate primus erat. Item, Nam cum istos,[13] ut absolvant te, rogas, ut pejerent,[14] rogas; ut existimationem[15] negligant, rogas; ut leges populi Romani tuæ libidini[16] largiantur, rogas.

XIV. 20. Complexio est, quæ utramque complectitur exornationem, et hanc, et[17] quam ante exposuimus, ut et repetatur idem primum[18] verbum sæpius, et crebro ad idem postremum revertamur,[19] hoc modo:[t] Qui sunt, qui fœdera sæpe ruperunt?[20] Carthaginienses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italia gesserunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformaverunt? Carthaginienses.[1] Qui sunt, qui sibi postulant[2] ignosci? Carthaginienses. Videte

*fides subl. est*, *amic. subl. est* desunt in Voss. 2. Leid. 3. ed. Omnib. et *respub. subl. est* in Voss. 1. Leid. 1. 2. ed. Med.—10 Pro *C. Lælius*, A habet *Corbellus*. '*C. Lælius*] Leid. 1. Voss. 2. *Cornelius*: Leid. 3. *Corbellius*: Leid. 4. *Gajus Lelius Cornelius*. In Mss. omn. et edd. pr. est *norus*.' Oud. *Novus* quoque G ψ et Græv.-Burm. Vid. Nott. Varr.—11 A non habet *ingeniosus erat*. '*Ingeniosus erat*] Desunt Voss. 1. In Leid. hæc et seqq. usque ad *Ergo in* non comparent.' *Oud.* Dein pro *doctus erat*, in A legitur *docerat*.—12 A et alii Mss. *studiis*. Vid. Nott. Varr.—13 A G L R ψ *in hac civ.* Tur. *hac in civ.* Pith. *in civ. amicus erat.* Tum '*Nam cum istos*] Desunt *nam cum* ed. Omnib. *cum istos* non exstant in Voss. 3. *N. cum custos* Leid. 2.' *Oud.* *Cum* non est in A.—14 Leid. 2. 4. *ut perjurent*: A *ut percerent*.—15 ψ *ut res exist.*—16 A *Rom. vix libid.*

CAP. XIV. 17 A *exorn., hanc et quam*: Voss. 1. *et hanc et illam, quam*.—18 '*Ut et repetatur*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. edd. pr. *et ut rep.* deest *et* Leid. 1. Voss. 2. *ut cum rep.* Leid. 4.' *Oud.* '*Idem primum verbum sæpius*] *Primum* deest Voss. 2. 3. Leid. 2. 3. 4. edd. pr. *superius* ed. Med.' *Oud.* Erf. *ut repetatum idem verbum sæpius*: Pith. *ut et repetatur idem verbum sæpius*: Duisb. *ut cum repetatur idem verbum sæpius.* Vox *primum* in A deest. Vulg. ut Ern.—19 '*Ad idem postremum revertamur*] Leid. 3. *ad idem verbum postremo*. Ceterum solus Leid. 2. dat *revertamur*; reliqui Mss. et edd. pr. *revertatur*, ut subintelligatur 'verbum.'' *Oud.* In A G *et ad idem*; ψ *id postremo*; Tur. *idem postremo*; et A G *revertatur*. Vulg. ut Ern.—20 A *rumpere*: L, Voss. 1. Leid. 2. ed. Med. *reliquerunt*.—1 '*Crudele bellum in Italia gesserunt*] Abest *crudele* a Voss. 2. *in Italia* non comparent in Voss. 1. 2. Leid. 3. 4. Immo cuncta a *qui sunt* usque ad *gesserunt? Karthag.* non habent Leid. 1. et ed. Med. Ceterum in Mss. plerisque et edd. pr. est *Carthaginenses*.' Oud. '*In Italia*] Duæ hæ voces in Mss. non exstant.' *Brut.* Erf. et Duisb. *crudele bell. gess.* Pith. *crud. bell. sæpe gess.* In ψ *crude bell. gessere*. Verba *in Italia* absunt ab A L R; et *Qui sunt, qui Ital. def.? Carth.* ab A.—2 A *qui postulent*: Erf. Leid.

## NOTÆ

[t] *Hoc modo*] Complexionis exemplum apud Cic. habes de Lege Agrar. 'Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem populi partem suffragiis privavit? Rullus. Quis comitiis præfuit? idem Rullus.'

ergo, quid conveniat eos impetrare.[3] Item, Quem senatus damnarit,[4] quem populus Romanus damnarit, quem omnium existimatio damnarit, eum vos sententiis vestris absolvetis?[5]

Traductio est, quæ facit, ut, cum[6] idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum,[7] sed etiam concinniorem orationem[8] reddat, hoc pacto:[u] Qui nihil habet in vita jucundius[9] vita, is cum virtute vitam non potest colere.[c][10] Item, Eum tu[11] hominem appellas, qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petiisset?[12] At erat inimicus: ergo inimicum sic ulcisci voluit, ut ipse sibi reperiretur inimicus? Item, Divitias sine divitum esse:[d] tu virtutem præfer divitiis:[13] nam si voles[14] divitias cum virtute comparare, vix satis idoneæ tibi[15] videbuntur divitiæ, quæ virtutis pedisequæ[e] sint. 21. Ex eodem genere exornationis est, cum idem verbum modo ponitur in hac, modo in altera re,[16] hoc modo: Cur eam rem tam studiose curas, quæ multas tibi dabit curas?[17] Item, Amari jucundum est,[18] si curetur, ne quid insit amari. Item,

[c] *Transigere.* [d] *Patere divites possidere.* [e] *Famulæ.*

1. Voss. 3. *qui sibi postulent.*—3 ‘*Quid conv. eos imp.*] Quidam liber Ms. habet *quam conv. eos veniam imp.*’ Lamb. ‘Erf. *quam conv.*’ Græv. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. *quam conv.* Recte.’ *Oud.* *Quam conv.* quoque Tur. et ed. Med. 1498. ac Orell. Vulg. *quid conv.*—4 A *sen. damnavit.*—5 A et tres Mss. Oud. *absolvitis.*—6 A G L, Erf. Voss. 1. Leid. 1. 2. *uti cum.*—7 Duo codices, teste Orellio, omittunt *non modo.* Vid. Nott. Varr. Dein A *non ostendat an.*—8 *Orationem* non est in A.—9 Erf. *jocundius.*—10 Lamb. ed. *colere non potest.*—11 Ed. Omnib. *Hunc tu hom.* G L, Erf. Duisb. omnes Mss. Oud. et ed. Med. carent τῷ *tu.*—12 ‘*Numquam, &c. vitam petisset*] Sic cum ed. Omnib. exhibent Mss. omnes, non *petiisset.* Voss. 3. *nequam,* fortasse pro *nequaquam.*’ Oud. In Tur. *hominis vitam.*—13 A *Div. sui divitis esse*; et verba *tu virt. præf. div.* non sunt in eodem Ms. ‘*Tu vero virtutem, &c.*] Optime ed. Med. non agnoscit voculam *vero.* Vid. Gronov. Mox *sunt* in Mss. tribus.’ *Oud.* Vulg. *tu vero virt.* et sic A G L R ψ et Tur. Ern. delevit *vero,* auctore ed. Med. 1498. et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—14 Cauch. *si voles div.* A *si nolles div.*—15 Al. teste Grævio, *satis idon. vid.*—16 Voss. 3. *in alteram rem:* A *in altera significatione.*—17 Pith. *multas tibi curas dabit:* Cauch. *tibi dabit curas* absque *multas.* Vox *tibi* in G deest.—18 ‘*Amari jucundum sit*] Mss. omnes et edd. pr. *nam amari.* In Leid. 4.

## NOTÆ

[u] *Hoc pacto*] Ad traductionem pertinet dictum illud Platonis, qui interrogatus quomodo respublica beata fieret, respondit: Si aut qui sapiunt, imperare; aut qui imperant, sapere discant.

Veniam ad vos, si mihi senatus det veniam.[19] In his quatuor generibus exornationum, quæ adhuc propositæ sunt, non inopia verborum fit, ut ad idem verbum redeatur sæpius;[20] sed inest festivitas quædam,[1] quæ facilius auribus dijudicari, quam verbis demonstrari potest.

XV. Contentio[f] [x] est, cum ex contrariis verbis aut rebus[2] oratio conficitur, hoc pacto: Habet assentatio[3] jucunda principia, eadem exitus amarissimos affert. Item, Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem[4] præbes? Item, In otio tumultuaris, in tumultu es[5] otiosus? in re frigidissima[6] cales, in ferventissima friges?[7] Tacito cum opus est,[8] clamas; ubi loqui convenit,[9] obmutescis? Ades? abesse

[f] *Antithesis.*

*amare.* Voss. 3. Leid. tres et edd. pr. *joc. est:* Leid. 4. *joc. fit.*' Oud. *Nam amari* quoque G L ψ, Tur. et Orell. Al. *amari*, sine *nam.* Tum A G, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *juc. sit.* L R ψ, Tur. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *juc. sit.* Vid. Nott. Varr.—19 Margo Cratand. *donet veniam.*—20 Pith. *positæ sunt:* Erf. *proposita sunt.* Dein *verborum* deest ab Voss. 3. et *fit* ab Pith. Porro A *ut idem*, sine præpositione. Lamb. solus *sunt, fit, ut ad idem verbum non inopia verborum redeatur.* Denique in Leid. 4. et Duisb. non legitur *sæpius.*—1 '*Inest festivitas quædam*] In nullo scripto reperi istud *quædam.*' Gronov. 'Erf. et al. Mss. *inest fest., quæ:* Duisb. *inest facilitas quædam, quæ.*' Græv. '*Festivitas*] Ita leg. auctoritate Mss. omnium, et edd. pr. male adsuerunt *quædam.* Leid. 4. *facilitas.*' Oud. '*Quædam* in Gryph. tribus exempl. abest.' *Brut.* A G L R Tur. omittunt *quædam*; quam vocem Orell. inclusit.

CAP. XV. 2 '*Contentio est, &c.*] Leid. 2. *Cont. gravis est.* Ed. Med. *quæ.* Deest præpositio Voss. 3. Voces *verbis aut* absunt Mss. omnibus et ed. Med. *aut rebus* desunt ed. Omnib.' *Oud.* '*Cum ex contrariis rebus oratio conficitur* tres Gryphii libri. *Cum ex contrariis verbis,* antiqua editio Leonic. Aldi, Victor. Lambinus utramque lectionem complexus unam efficit, *cum ex contr. verbis, aut rebus.* Neutra certe vox salva lege præceptionis potest desiderari.' *Brut.* 'Erf. et alii Mss. et quidam editi, *ex contr. rebus.*' Græv. Voces *verbis aut* in A G L ψ desunt.—3 ψ et ed. Omnib. *hoc modo.* Tum in A *Habet assentio juc.*—4 '*Amicis inexorabilem*] Duo libri Mss. habent *amicis implacabilem.*' Lamb. Voss. 1. Leid. 2. *am. inplacabilem.* *Te* repetunt Voss. 3. Leid. 3.—5 '*In tum. solus es otiosus*] Abest ab Erf. *solus.* Duisb. *in tum. soles esse otiosus:* non male quidem, sed rotundior est Erfurtensis scriptura, et oppositio venustior, si *solus* deleatur.' *Græv.* 'Leid. 3. caret τῷ *in.* Idem cum Leid. 1. et 4. non agnoscunt *solus.* Bene.' *Oud.* L R *solus es otiosus;* et sic edd. ante Ern. *Es otiosus*, sine *solus*, A G ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell.—6 Voss. 3. *In re frigida.*—7 Ms. Medic. *frigescis.*—8 Ed. Omnib. *Tacere cum op. est:* Leid. 4. *Cito cum non est op.* A ψ *Cito cum non op. est.*—9 '*Ubi loqui conv.*] Erf. *cum tibi loqui conv.* Duisb. *ubi loqui obvenit:* al. *cum*

## NOTÆ

[x] *Contentio*] Quam antithesin alii, vocat scriptor Herennianus contentionem. Fit, ut ait Cic. in Orat. § 166. cum contraria contrariis opponuntur.

vis: abes? reverti cupis. In pace bellum quæritas; in bello pacem desideras? In concione [10] de virtute loqueris; in prælio præ ignavia [11] tubæ sonitum perferre non potes? [12] Hoc genere si distinguemus orationem, et ornati et graves poterimus esse.

22. Exclamatio [y] est, quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicujus, per [13] hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cujuspiam compellationem,[14] hoc modo: Te nunc alloquor, Africane,[15 z] cujus mortui quoque [16] nomen splendori ac decori [17] est civitati. Tui clarissimi [18] nepotes suo sanguine aluerunt [19] inimicorum crudelitatem. Item, O perfidiosæ Fregellæ,[20 a] quam facile scelere vestro contabuistis! [1] ut, cujus nitor urbis Italiam nuper illustravit, [*p.* 29.] ejus nunc vix fundamentorum reliquiæ maneant.[2] Item,

*loqui conv.*' Græv. A G ψ, Leid. 1. 3. Voss. 1. *cum tibi loqui conv.* Leid. 4. *cum tibi loqui obvenit:* Voss. 2. *tibi loqui cum conv.* Vulg. ut Ern.—10 Pro *In concione,* A habet *mem* cum spatio.—11 '*Præ ignaria*] Al. *per ignaviam.* Sed *præ ignavia* asserit Erf.' *Græv.*—12 ψ *ferre.* Dein '*Potes*] Male istas sententias interrogative legit Ern.' *Orell.*—13 Præpositio ante *hominis* non est in Erf.—14 Pith. *appellationem.*—15 Voss. 1. Leid. 1. 2. 4. *o Africane.*—16 A *queque.*—17 A L *splend. aut dec.* Al. teste Grævio *splend. ac dedecori.*—18 Al. teste Grævio, *carissimi;* et sic ψ.—19 '*Aluerunt*] Sic Erf. Cauch. et nonnulli alii Mss. sed edd. pleræque, *abluerunt.*' Græv. *Abluerunt* Voss. 1. Leid. 1. 2. ed. Omnib. *alluerunt* Voss. 2. *aluer* A.—20 '*O perf. Freg.*] O abest ab Erf. et Duisb.' *Græv.* 'Abest o a Leid. 3. 4. ed. Med. Mss. quidam *Frag.*' Oud. In A G L *o* deest; et pro *Fregellæ,* in A legitur *Frag.* in ψ *Flag.*—1 A *nostro concaluistis.*—2 A, Voss. 2. Cauch. et Lamb. ed. *remane-*

NOTÆ

y *Exclamatio*] Exclamationem hic cum apostrophe confundit ac permiscet Cornificius, quas alii rectius distinguunt. Exclamatio proprie est oratio, in qua interjectio expressa aut intellecta vehementem animi affectum indicat, ideoque ad significandam rei gravitatem vox contendi debet. Ut in illo Philipp. II. § 64. 'Hasta posita pro æde Jovis Statoris, bona, (miserum me! consumtis enim lacrymis, tamen infixus animo hæret dolor,) bona, inquam, Cn. Pompeii Magni, voci acerbissimæ subjecta præconis.' Apostrophe tum fit, cum sermo ad personam vel quasi personam aliam convertitur, quam instituta oratio videatur postulare. Sic in Milon. § 101. apostrophe adhibetur: 'Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro rep. sanguinem effudistis: vos in viri et in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque milites: vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis et huic judicio præsidentibus, hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, ejicietur?'

z *Africane*] Vide notas superiores in § 19. hujus lib.

a *Fregellæ*] Quænam sit urbs intelliges ex notis sup. in § 13.

Bonorum insidiatores latrocinio vitam innocentissimi cujusque[3] petistis: tantamne ex iniquitate judiciorum vestris calumniis assumitis[4] facultatem! Hac exclamatione si loco utemur, raro, et[5] cum rei magnitudo postulare videbitur; ad quam[6] volemus indignationem animum auditoris adducemus.

Interrogatio[b] non omnis gravis est, neque concinna, sed hæc, quæ, cum enumerata sunt ea quæ obsunt[7] causæ adversariorum, confirmat superiorem[8] orationem, hoc pacto: Cum igitur hæc omnia faceres, diceres,[9] administrares, utrum animos sociorum ab republica removebas, et alienabas, an non?[10] et, utrum aliquem exornari[11] oportuit, qui ista prohiberet, ac[12] fieri non sineret, an non?

XVI. 23. Ratiocinatio[c] est, per quam ipsi[13] a nobis rationem poscimus, quare quidque dicamus, et crebro nosmet a nobis petimus uniuscujusque propositionis explanationem.

*ant.*—3 Erf. *viam*, et Pith. *cujusque innoc.*—4 A, Leid. 3. 4. et Duisb. *calumniatoribus:* L R, Ms. Cort. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. ed. 1474. ed. Med. ac Lamb. *assumsistis.*—5 ‘*Et raro*] Copula deest Voss. 2. 3. Leid. 2. 3. 4. *ac raro* ed. Med.’ *Oud.* A L, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. non habent *et.* Vulg. *et raro.* Vid. Nott. Varr.—6 L *videtur,* et A *aliquam vol.*—7 Tur. *obsint.*—8 Pith. *conf. et sup.*—9 G *Quum hæc ergo.* Tum ‘*Diceres, faceres*] Sic Erf. sed edd. *fac., dic.*’ Græv. Deest *diceres* a Leid. 1.—10 ‘*Utrum an. soc. a rep. remov. et alien. an non*] Hæc verba nec in Erf. nec in Duisb. leguntur, vitio librariorum propter verbum *utrum* bis positum.’ *Græv.* ‘Exsulant a Leid. 1. a m. pr. item Leid. 2.’ *Oud.* In A legitur *utrum an. aliquorum a re publ. alien.? Et, utrum, &c.* Pro *removebas,* Voss. 3. *movebas;* et pro *alienabas,* L ψ, Schutz. et Orell. *abalienabas.* ‘*Alienabas*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. *abalienabas:* bene.’ *Oudendorp.*—11 ‘*Utrumne aliq. exornari*] Mss. omn. et edd. pr. *utrum:* bene. Tum *exorari* Mss. tres, cum edd. pr. *exortari* Leid. 1. 4. Omnia usque ad finem capitis desunt Leid. 2.’ *Oudendorp.* Grut. et Græv.-Burm. *Utrumne aliquem.* In ψ non legitur *aliquem.* Pro *exornari,* R habet *exorari,* et ‘vel *exortari*’ sup. lin. Tur. et Orell. *exhortari.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—12 ‘*Qui ista proh., ac fieri*] Mss. quatuor *qui ista et proh.* Voss. 3. Leid. 3. *qui istæc proh.* Bene. Voss. 1. 2. *et fieri.*’ Oud. Ms. Medic. *qui ista aut proh.* A G et Duisb. *qui ista et proh.*

CAP. XVI. 13 ‘*Nos ipsi*] Erf. *ipsi.*’ Græv. R et Lamb. *nos ipsi.* Vulg.

## NOTÆ

[b] *Interrogatio*] Quam acriter ea utitur ad commovendos in Verrem judices lib. III. § 208.

[c] *Ratiocinatio*] Apophasin sive ætiologiam appellat Julius Rufinianus, elegans schema, ubi quasi alio interrogante nobis ipsis respondemus et rationem reddimus; affertque exemplum illud Cic. pro Tull. ‘Si quis occiderit furem, injuria occiderit: quamobrem? quia jus constitutum nullum est: quid si se telo defenderit? non injuria: quid ita? quia constitutum est.’

Ea est hujusmodi: Majores nostri si quam unius peccati mulierem damnabant, simplici judicio multorum maleficiorum convictam[14] putabant, quo pacto? quoniam, quam impudicam judicarant, eam veneficii quoque damnatam[15] existimabant. Quid ita?[16] quia necesse est, eam, quæ suum corpus addixerit turpissimæ cupiditati, timere permultos.[17] Quos istos? virum, parentes,[18] ceteros, ad quos videt sui dedecoris[19] infamiam pertinere. Quid postea? quos tantopere timeat, eos necesse est,[20] ut, quoquo modo possit, veneficio petat. Cur? quia nulla potest[1] honesta ratio retinere eam,[2] quam magnitudo peccati facit timidam, intemperantia audacem,[3] natura muliebris inconsideratam.[4] Quid veneficii damnatam? quid?[5] putabant impudicam quoque necessario. Quare? quia nulla facilius ad id maleficium[6] causa, quam turpis amor et intemperans libido commovere potuit: cujus mulieris animus[7] esset corruptus, ejus corpus castum esse[8] non putaverunt. Quid in viris? idemne observabant?[9] minime. Quid ita? quia

*nos* omittitur.—14 Pith. *convinctam.*—15 *Quoniam* non est in A, Voss. 3. Leid. 3. Dein A *impudica;* G *per impudicam:* G ψ *judicabant;* et sic al. teste Grævio. Porro G non habet *eam;* et in Erf. Voss. 1. Leid. 2. *veneficam:* Leid. 1. *veneficio.* Pro *damnatam*, in A ψ legitur *damnata*, et in Erf. *damnabant.*—16 A *Quidnam?* Dein G *Quia necesse*, omisso *est.*—17 A G R, Erf. Pith. Cauch. Voss. 2. 3. Leid. 3. *multos.*—18 A *et parentes:* R *parentes, fratres, cet.* Vid. Nott. Varr.—19 In Erf. legitur *videtur sui*, et A non habet *dedecoris.*—20 A *necesse*, sine *est.*—1 '*Cur? quia nulla potest*] Voss. 1. Leid. 2. *quare necesse est eam, quam n. p.*' Oud. 'Erf. *quam nulla potest*, sine *cur.*' Græv. Pro *cur* L habet *quare*, et pro *potest*, G *poterit.* Vid. paulo infra.—2 *Eam* deest Voss. 3. et ed. Med.—3 L, Voss. 1. Leid. 1. a m. pr. item Leid. 2. *intemperantem, audacem:* A *intemperantia audace.*—4 '*Natura mul. inconsideratam*] Voss. omn. Leid. 1. 2. ed. Med. *nat. mul. faciat necesse est incons. Mulieris* etiam Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. *mulieribus* ed. Med. Legendum puto totum locum hoc modo: *Cur? quia eam, quam nulla potest hon. ratio ret., quam magn. pec. fac. tim., intemperantia audacem, natura mutiebris faciat necesse est incons.*' Oud. Vulg. *nat. muliebr. incons.* Vid. Nott. Varr.—5 '*Quid venef. damnatam*] Erf. *quidquam venef. damnatam putabant.* Forte, *quid nam venef. damn.? put.* Margo Cratand. *quam venef. damnabant, put.*' Græv. 'Leid. 4. *venef. caussa quam damnatam:* ed. Med. *si quam venef. damnatam put.* ed. Omnib. *quam ven. damnatam put.*' Oud. Pro *damnatam*, in G legitur *damnabant.* A, Tur. Erf. et Pith. omittunt *quid*, quam voculam Orell. uncis inclusit. Duisb. *quam putabant.* Vulg. *venef. damnatam? Quid? put.*—6 Pith. *ad malef.*—7 '*Cum cujus an. mul.*] Erf. *cum cujus mul. an.*' Græv. '*Cujus mul. an.*] Sic Mss. et ed. Med. non *cuj. an. mul.*' Oud. Ern. delevit sine libris auctoribus *cum* ante *cujus* ob evidentiam vitii, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Dein Tur. Grut. Schutz. Wetzel. et Orell. *mul. an.* Al. edd. et Mss. *an. mul.*—8 Erf. *corpus cautum esse*, et Lamb. *putarint.*—9 A *Quid viris.* '*Idemne hoc*

viros ad unumquodque maleficium singulæ cupiditates impellunt: mulieres ad omnia maleficia cupiditas una ducit.[10] Item, Bene majores hoc comparaverunt,[g] [11] ut neminem regem,[d] quem armis cepissent, vita privarent. Quid ita? quia, quam nobis facultatem[h] fortuna[12] dedisset, iniquum erat in eorum supplicio[13] consumere,[i] quos eadem fortuna paulo ante in amplissimo statu collocarat.[14] Quid quod exercitum[15] contra duxit? desino meminisse. Quid ita? quia viri fortis est, qui de victoria contendant, eos hostes putare; qui victi sunt, eos homines judicare, ut possit bellum fortitudo minuere, pacem humanitas augere. At ille,[16] si vicisset, num idem fecisset?[17] non profecto tam sapiens fuisset.[18] Quid igitur ei parcis?[19] quia talem stultitiam contemnere, non imitari consuevi. 24. Hæc exornatio ad sermonem vehementer accommodata est, et animum auditoris retinet attentum, tum venustate sermonis, tum rationum expectatione.[20]

g *Usurpaverunt.* h *Potestatem.* i *Perdere.*

*obs.*] Deest *hoc* Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med.' *Oud.* *Hoc* non habent A G L ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *hoc obs.* Pro *observabant*, A habet *servabant.*—10 '*Ducit*] *Deducit* Gryph. A. Ceteri, ut impressi, *ducit.*' Brut. *Deducit* quoque G ψ et Tur.—11 '*Bene majores nostri*] Prima vox deest Voss. 1. Ultima Voss. 2. Leid. 2. 3. ed. Med. Recte.' *Oud.* Erf. *nostri maj.* A non habet *nostri.* Ern. delevit *nostri*, et eum sequuntur Schutz. et Wetzel. Vulg. *Bene maj. nostri.* Tum voces *hoc comparaverunt* non sunt in Duisb. —12 A *cum nobis*, et Erf. *fort. fac.*—13 G *horum supplicium:* A *supplicio*, sine *eorum.*—14 Leid. 3. *ampl. statu*, præpositione omissa. Pith. *collocaret.*—15 A *Quid est*, et Pith. *quod exercitus.*—16 Leid. 3. *adaugere.* A G L ψ, Erf. Pith. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *Et ille:* Duisb. *Et non ille.*—17 A G L ψ, plerique Mss. Oud. et ed. Med. *non idem.* In A *fecisse.*—18 ψ *sap. esset.* —19 '*Quid igitur ei parcis*] Mss. omnes nostri *Cur igitur.*' Gronov. 'Erf. et al. Mss. *Cur ig.*' Græv. 'Mss. omnes et edd. pr. *Cur igitur*, &c. Leid. 4. caret pronomine, non male.' *Oud.* *Cur igitur* quoque A G L R, Tur. et Orell. Vulg. *Quid igitur.*—20 '*Retinet*] Ita plures Pall. et Bruil. nam Fabr. *continet.* Prius cusi *reddit.*' Grut. 'Non tantum hanc lectionem firmat

## NOTÆ

d *Ut neminem regem*] Hoc ad palæstram potius dictum quam ad veritatem. Mos erat apud Romanos extremum de regibus, aut hostium ducibus, supplicium sumere. 'Captivi reges,' inquit Eumenius in Paneg. Constantino, 'cum a portis usque ad forum triumphantium currus honestassent, simul atque in Capitolium currum flectere cœperat imperator, abrepti in carcerem necabantur.' Quibusdam tamen aut omnis aut capitalis pœna condonata.

XVII. Sententia[e] est oratio sumta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breviter ostendit, hoc modo:[1] Difficile est primum virtutes revereri, qui[k 2] semper secunda fortuna sit usus. Item, Liber is est existimandus, qui nulli turpitudini[l] servit. Item, Egens æque est is qui non satis habet, et is cui nihil satis potest[3] esse. Item, Optima[4] vivendi ratio est eligenda: eam jucundam[5] consuetudo reddet. Hujusmodi sententiæ simplices non sunt improbandæ, propterea quod habet brevis expositio, si rationis nullius indiget, magnam delectationem. Sed illud quoque probandum est genus sententiæ, quod confirmatur subjectione rationis, hoc modo:[6] Omnes bene vivendi rationes in virtute sunt collocandæ, propterea quod sola virtus in sua potestate est,[m] omnia præter eam subjecta sunt sub fortunæ dominationem.[7] Item, Qui fortunis alicujus inducti amicitiam ejus secuti sunt,[8] hi, simul ac fortuna

[k] *Illi homini.* [l] *Vitio.* [m] *Nonnisi a se ipsa pendet.*

Erf. et alii Mss. sed præterea pro vulgato *tum rationum expectatione*, in illo scribitur *tum ratione expectationis.*' Græv. '*Retinet*] Ita legas, ut et Lamb. emendat, et scriptum exstat in Gryphii Mss. a quibus vetusta Leonic. editio non dissentit.' *Brut.* A R, Tur. Voss. 1. Leid. 1. *reddit:* G *redit.* Præterea '*Tum ven. serm.*] Voss. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. *cum ven. serm.*' Oud. *Cum* quoque Tur. Lamb. et Orell. In A *sermonis* deest.

CAP. XVII. 1 A G L R, Tur. Erf. Pith. Schutz. et Orell. *hoc pacto.* Vulg. *hoc modo.* '*Hoc pacto*] Sic Mss. omnes et ed. Med. quod frustra mutarunt in *hoc modo.*' Oudendorp.—2 '*Difficile est plurimum*] Sic legit Lambinus, Ranconeti conj. secutus. *Primum* Mss. et impressi tuentur. Equidem *plurimum* malim.' *Brut.* Voss. 3. ed. Med. *primum eum virt. rev.* A G et Leid. 3. *virtutem:* Tur. *rev. virtutes.* Vid. Nott. Varr. Dein in A non legitur *qui.*—3 Erf. *cui satis nihil pot.*—4 Pro *Optima*, G *justa* habet.—5 Leid. 3. *eam jocundissimam.*—6 G *ratione subjectionis.* A G L R, Voss. omnes, Leid. 1. ed. Med. et Orell. *hoc pacto*, ut supra. '*Hoc pacto* Gryph. tria exemplaria. *Hoc modo* excusi omnes.' *Brut.*—7 'Liber unus Ms. habet *omnia præterea.*' Lamb. Pith. *omnia enim præter eam.* Ms. ap. Græv. *omnia præterea.* Tum '*Subjecta sunt fort. dominationi*] Mss. sex, edd. pr. *subj. sunt sub fort. dominatione:* Voss. 3. *sub fort. dominationem:* quod omnino auctori huic est restituendum. V. Comment.' *Oud.* A, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *sub fort. dominationem.* G L R ψ *fort. dominationi* sine præpositione, et sic vulg. Vid. Nott. Varr.—8 Erf. *qui ind. amic. fort. alic. consecuti sunt.*—

## NOTÆ

[e] *Sententia*] Eam ex Plutarcho recte definieris 'dictum generale et breve de re ad vitam pertinente.' Occurrunt in probatis scriptoribus innumerabiles sententiæ. Duas tantum proferemus: alteram ex Paneg. Plinii, 'Secunda felices, adversa magnos probant;' alteram ex Horat. Epist. I. 1. 'Virtus est vitium fugere, et sapientia prima Stultitia caruisse.'

dilapsa est, devolant omnes.[n] Cum enim recessit ea res, quæ fuit consuetudinis[o] causa, nihil superest, quare possint in amicitia retineri.[9] Sunt item sententiæ, quæ dupliciter efferuntur, sine ratione, et cum ratione. Hoc modo sine ratione:[10] Errant, qui in prosperis rebus omnes impetus fortunæ se putant fugisse.[11] Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus adversos[12] reformidant. 25. Cum ratione, hoc pacto:[13] Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere,[14] falluntur, propterea quod ætas illa non[15] est impedimento bonis studiis:[p] at hi sapienter faciunt, qui adolescentes maxime castigant, ut, quibus virtutibus omnem vitam tueri possint,[16] eas in ætate maturissima[q] velint comparare. Sententias interponi raro convenit,[f] ut rei actores, non vivendi præceptores esse videamur:[r][17] cum ita interponentur, multum afferent[18] ornamenti. Necesse est enim, eam comprobet tacitus auditor, cum ad causam videat[19] accommodari rem certam, ex vita et moribus[20] sumtam.

[n] *Statim atque adversa facta est fortuna, omnes subito discedunt.*
[o] *Familiaritatis.*
[p] *Errant qui credunt indulgendum peccantibus adolescentibus, quia ætatis illius vitia non prohibent, quominus virtutem colant reliquo vitæ tempore.*
[q] *Ad virtutem maxime tempestiva.*
[r] *Ut videamur rem enuntiare, non vitæ præcepta dare.*

9 ‘*Retineri*] Voss. 1. 3. Leidd. omnes, edd. pr. *teneri.* Verissime.’ *Oud. Teneri* quoque G L, Erf. Cauch. Duisb. Tur. Schutz. et Orell. Vulg. *retineri.*—10 G *Sunt istæ sent.* Paulo post voces *sine ratione, et cum ratione* absunt ab A G L R ψ, Tur. non improb. Orell. ‘*Sine rat. et cum rat.*] Desunt hæc Voss. omn. Leid. 1. 2. 4. edd. pr. sed Voss. 2. addita sunt m. recent. in Leid. 3. *aut cum rat. aut sine rat.*’ Oud. Vid. Nott. Varr. Dein Lamb. ed. *Sine rat. hoc modo.*—11 Pith. *errant omnes qui.* In G ψ *omnes* ante *impetus* deest. Denique Lamb. ed. *effugisse.*—12 Erf. *causas adversas.*—13 A *hoc modo.*—14 Voss. 3. *ign. put. non oportere.*—15 Ms. Med. omittit *non.* Vid. Nott. Varr. —16 Erf. Tur. ed. 1474. 1475. Med. utraque Junt. Ald. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *possint.* A G L R ψ *possunt,* et sic vulg. ‘*Possint*] Sic Mss. et edd. pr. præter Voss. 3. et Leid. 2. in quibus male *possunt.*’ Oudendorp.—17 Mss. quatuor Oudendorp. *rei auctores.* A *et non vivendi.* Erf. *videamur esse:* G *esse videantur.*—18 A *interponuntur* et *afferunt.*—19 ‘*Nam*

## NOTÆ

[f] *Interponi raro convenit*] Recte Aristoteles Rhet. II. 21. Ἁρμόττει δὲ γνωμολογεῖν ἡλικίᾳ μὲν πρεσβύτερον, περὶ δὲ τούτων ὧν ἔμπειρός τίς ἐστι· *Homini seniori præcipue convenit sententias dicere, atque illi potissimum qui magnum rerum usum habeat.* His enim utplurimum credere solemus.

XVIII. Contrarium idem fere est, quod contentio.[1] Contrarium est,[2] quod ex rebus diversis duabus alteram breviter et facile[3] confirmat, hoc pacto:[4] Nam, qui suis rationibus[5] inimicus fuerit semper,[s] eum quomodo alienis rebus amicum fore speres? Et[6] item, Nam,[7] quem in amicitia perfidiosum cognoveris,[8] eum quare putes[9] inimicitias cum fide[t] habere[10] posse? Et, Qui privatus intolerabili[11] superbia fuerit, eum commodum et sui cognoscentem fore in potestate, qui speres?[12] Et, Qui in sermonibus et conventu[13] amicorum verum dixerit nunquam,[14] eum sibi in concionibus credis a mendacio temperaturum?[15] [*p.* 30.] Item,

[s] *Qui suæ utilitati nunquam studuerit.* [t] *Cum constantia.*

*nec. est animo eam comp.*] Voss. 2. *nam et n. e. ut an. &c.* Voss. 3. ed. Omnib. *nec. est enim, &c.* Leid. 2. 4. carent τῷ *nam.* Ed. Med. *nec. enim est eam anima c.* *Animo* deest Voss. 1. Leid. 2. 4. ed. Omnib. recte. Ex voculis *enim* et *eam* alii *excuderunt animo.*' Oud. L *Nec. est enim animo eam probet:* A *Nec. est enim animo compr.* G ψ *Et nec. est animo eum compr.* et sic Tur. in quo legitur *aud. tac.* '*Nec. est enim compr. eam*] Ita duo nostri codices et Medicæus. Vulgo, *Nam nec. est animo eam compr.* ubi vox *animo* redundat.' *Lalt.* '*Nec. est enim eam*] Sic dedi pro vulgato, *Nam nec. est animo eam.* *Animo* factum est ex *enim*, quod clare habet Ms. noster, a quo et *nam* abest, et ed. 1474. item *animo.* Sic et ed. 1471. habet.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vid. Nott. Varr. Dein A *tum ad causam*, et G *videatur.*—20 Ed. Med. *ex vita et ex mor.*

CAP. XVIII. 1 Verba *Contrarium . . . contentio* omittit Ms. Lips. prob. Ern. Ea delevit Schutz. Wetzel. et Orell. uncis incluserunt.—2 A *Contr.* sine *est.*—3 ψ *altera alteram brev.* Voss. 3. *alteram rem et brev. fac.*—4 G, Pith. Voss. 3. Leid. 3. *hoc modo.*—5 Voss. 1. *suis fautoribus.*—6 '*Et idem*] In nullo codice est copulativa.' *Gronov.* 'Cum Erf. delevi copulam *et*, quam et Jac. Gronovius in nullo codice vidit.' *Græv.* Deest etiam in G L R et ed. 1474.—7 R *Nam* omisit.—8 Al. *perf. esse cognoveris*, teste Grævio.—9 A G, Leid. 3. 4. et Erf. *putas.*—10 G et Gryph. B *tenere:* Erf. *retinere.*—11 A *Et autem qui priv.* G L R, Erf. Pith. omnes Mss. Oud. et ed. Med. *Aut qui priv.* ed. Omnib. *Et aut qui priv.* Tum Erf. *intolerabilis.*—12 G *fuerit, cognoscentem commodum sui videre poteris:* Leid. 1. *eum quomodo cognoscentem se videre poteris.* In Leid. 4. etiam *se.* '*Videre in pot. quis speret*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med. *fore in pot.* Voss. 2. *scire in pot.* Leid. 1. 4. *videre poteris in pot.* Ab ed. Omnib. abest *in.* Dein *quî speres* elegantissime præbent Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med. Desunt Voss. 2.' *Oud.* In ψ *videre poteris:* L, Gryph. B, et edd. 1474. Med. pr. et Lamb. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *fore.* Vulg. *videre.* Dein ed. 1474. *quid speres:* R et Ms. Lips. *quomodo speres:* in G desunt. L, Schutz. Wetzel. et Orell. *qui speres.* Vulg. *quis speret.* Vid. Nott. Varr.—13 G *Qui in serm.* omissa copula. Tum Schutz. solus *et in conv.*—14 '*Verum dix. nunquam*] Medic. *ver. non dix. unquam:* Pith. *ver. non dix.* sine *nunquam*, aut *unquam.*' Græv. 'Mss. omn. et edd. pr. *ver. non dix.* Voss. 3. *umquam:* deest Leid. 1. 2. alii codd. *numquam* jungunt sequentibus. In Leid. 2. et ed. Omnib. *numquid, verissime.*' Oud. G L *ver. non dix.* et A *nunquid.* Vulg. ut Ern.—15 *Sibi* non est in A. Dein '*Credis*] Voss. 3. Leid. 3. *credas;* bene. *Putes* Leid. 2. 4. ed. Med.' *Oud.* Erf. *a mend. credis temp.*

Quos ex collibus[16] dejecimus, cum iis in campo metuimus[17] dimicare? Qui cum plures erant, paucis nobis exæquari[18] non poterant; hi postquam pauciores sunt, metuimus, ne[19] sint superiores? 26. Hoc exornationis genus brevibus et continuatis verbis[20] perfectum esse debet,[1] et cum[2] commodum est auditu, propter brevem et absolutam conclusionem; tum vero vehementer, id, quod opus est oratori, comprobat contraria re,[3] et ex eo, quod dubium non est, expedit illud quod dubium est,[4] ut aut dilui non possit, aut multo difficillime possit.

XIX. Membrum[g] orationis appellatur res breviter absoluta sine totius sententiæ demonstratione,[5] quæ denuo alio membro[6] orationis excipitur, hoc modo: Et inimico proderas: id est unum, quod appellatur[7] membrum: deinde hoc excipiatur oportet ab altero, Et amicum lædebas.[8] Ex duobus membris hæc exornatio[9] potest constare: sed commodissima et absolutissima est, quæ ex tribus constat, hoc pacto: Et inimico proderas, et amicum lædebas, et tibi ipsi non consulebas.[10] Item, Nec reipublicæ consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti.

Pith. *credis adjumentum.*—16 Lamb. solus *de collibus.*—17 ψ *in campis.* Tur. *metuemus*, bis.—18 ‘*Paucis nobis exæquari*] Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *pares nobis esse*: quod verius puto.’ *Oud.*—19 G *ubi sint*: ψ *ut sint.*—20 A L ψ, Erf. Pith. omnes Mss. Oud. et edd. pr. ac margo Cratand. *Hoc orationis genus.* Tum G *breviabiter*: Græv.-Burm. et Orell. *breviter*: Mss. plerique *brevibus*; et sic vulg. ‘*Breviter*] Voss. 3. et edd. pr. *brevibus.*’ Oud. Præterea Schutz. de Ern. suspicione *cont. membris.* Vid. Nott. Varr.—1 Pro *perfectum*, in G legitur *continuatum.* Erf. *perf. deb. esse.*—2 ‘*Et cum comm.*] Voss. 3. *rerum comm.* Leid. 3. *tum comm.* Mss. reliqui *ut cum comm.* ed. Med. *quod cum comm.* ed. Omnib. *et ut cum comm.*’ Oud. In A *ut cum comm.* Pith. et Erf. *et tum comm.*—3 A *quod opus oratorum.* Dein Leid. 2. 4. Voss. 2. *comprobet.* G L, Erf. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. *contrarias res*: Pith. *contrarias.*—4 Voss. 3. *exp. id.* ‘Pith. *exp. illud quod est*, ut *dubium ἀπὸ κοινοῦ* repetatur.’ *Græv.*

Cap. xix. 5 G *definitione*, et in marg. ‘al. *demonstratione.*’—6 ‘*Quæ denuo alio mem.*] Voss. 3. *quod uno altero membr.* Leid. 4. *quod denuo*: ed. Med. *quod de uno.*’ Oud. Vulg. *quæ den. alio mem.*—7 Duisb. *quod appellamus mem.*—8 Voss. 3. *et am. male læd.*—9 ‘*Ex duobus membris suis*] Ita dant Mss. omnes; et edd. pr. male *suis* dein ejecerunt.’ *Oud.* A *et duob. membr.* A R et Tur. *membris suis*: Victor. et Lamb. *membris solis.* Vulg. *suis* omittitur. Vid. Nott. Varr. Tum in A legitur *ornatio.*—10 ‘*Et tibi ipse non consulebas*] Sic

NOTÆ

[g] *Membrum*] De membris et articulis, quæ non tam ad schemata pertinent, quam ad periodos cujus sunt partes, agemus in notis ad Orat. Tul-

Articulus dicitur, cum singula verba intervallis distinguuntur cæsa oratione,[11] hoc modo: Acrimonia, voce, vultu adversarios perterruisti. Item, Inimicos invidia, injuriis,[12] potentia, perfidia sustulisti. Inter hujus generis et illius[13] superioris vehementiam hoc interest, quod illud[u] tardius[14] et rarius venit, hoc[x] crebrius et celerius pervenit.[15] Itaque in illo genere, ex remotione brachii, et contortione dexteræ gladius ad corpus afferri;[16] in hoc autem crebro et celeri vulnere corpus consauciari[17] videtur.

27. Continuatio[h] est densa et continens[18] frequentatio verborum cum absolutione[19] sententiarum. Ea utemur commodissime tripertito;[20] in sententia, in contrario, in conclusione. In sententia, hoc pacto: Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi[1] firmius in virtute, quam in casu, præsidium collocavit. In contrario, hoc modo: Nam si quis[2] spei non multum collocarit in casu, quid est, quod ei magnopere casus obesse possit? In conclusione, hoc pacto: Quodsi in eos plurimum fortuna potest, qui suas

[u] *Membrum.* [x] *Quod dicitur articulus.*

Lamb. ed. procul dubio ex Mss. Erf. et Duisb. *et tibi non cons.* Al. ed. *tibi ipsi non consulebat.*' Græv. Ed. Omnib. *quod tibi ipsi non consulebas.* Vox *ipsi* deest in G R, Leid. 1. 3. 4.—11 A G L, Duisb. Voss. 1. Leid. 4. ed. Med. *distinguentur.* Dein *oratione* non est in ψ.—12 Leid. 1. *conjuria:* Voss. 2. *injuria.*—13 G *hujusmodi gen.* Deest *illius* Leid. 2. *istius* Voss. 1.—14 '*Illud tardius*] Erfurtensis codicis fide delevi *quod.* Sic enim vulgati, *quod illud tard.* sed rotundior est locus hic, si Erf. sequamur. Paullo post idem Erf. *ex contentione brachii,* pro quo legitur in editis *ex contortione bruchii.*' Græv. '*Illud tard.*] Sic Leid. 3. 4. ed. Med. In ceteris *quod ill. tard.*' Oud. In A *quia ill. tard.* *Quod* non est in Lips. et Græv.-Burm.—15 ψ *provenit.*—16 G *et rem. br.* Tum '*Contortione dexteræ*] Ita in solo Leid. 4. et ed. Omnib. *contorsione* Leid. 2. cum var. lect. Voss. 1. atque ed. Med. In reliquis est *contentione dex.* quod probo: ab arcu desumta metaphora.' *Oud.* *Contentione* quoque G, Tur. et ed. Med. 1498. *Contorsione* edd. 1474. et Junt. *Contortione* vulg. Denique G et Erf. *gladium ad corp. aff.* Pith. *gladius ad corp. aff. videbitur.*—17 '*Corpus vulnere*] Sic dant Mss. omnes et edd. pr. non *vulnere corpus.*' Oud. *Corpus vulnere* quoque Erf. Tur. et Orell. Tum A *insaciari vid.*—18 ψ *defensa et frequens frequentatio:* G *densa frequentatio,* omisso *et continens;* quæ verba desunt etiam a Leid. 2. 4. Voss. 2. ac Leid. 1. a m. pr.—19 A *assolucio.*—20 In A *tripartita.* Al. edd. *tripartito;* al. *tripertito.*—1 '*Qui sibi firmius*] Pith. *qui firmius.* Commode *sibi* potest abesse.' *Græv.*—2 Erf.

NOTÆ

lii, in quo ea fusius tractantur.

[h] *Continuatio*] Hanc Græci περίοδον, Cicero in Orat. circuitum et ambitum appellat.

75842

rationes omnes in casum contulerunt;[3] non sunt omnia committenda[4] fortunæ, ne magnam nimis in nos habeat dominationem.[5] In his tribus generibus ad continuationis vim adeo frequentatio est necessaria,[6] ut infirma facultas oratoris[7] videatur, nisi sententiam, et contrarium, et conclusionem frequentibus[y] efferat[8] verbis. Sed et[9] alias quoque nonnunquam non alienum est,[z] tametsi[10] necesse non est, eloqui res aliquas per hujuscemodi continuationes.[11]

XX. Compar[i] appellatur, quod habet in se membra orationis,[12] de quibus ante diximus, quæ constent[13] ex pari fere numero syllabarum. Hoc non dinumeratione nostra[14] fiet: (nam id quidem puerile est,[15 k]) sed tantum afferet[16] usus

[y] *Continuatis.* [z] *Aliquando prodest.*

*si qui.*—3 '*Contulerunt*] Mss. meliores quinque cum ed Omnib. *intulerunt* vel *intulerint:* ed. Med. *tulerint.*' Oud. *Intulerunt* quoque A G L et Tur.—4 Pith. *omnia in modanda fortunæ.*—5 A *magnam vis in nos:* Lamb. ed. *nimis magnam in nos.* Dein A et ed. Omnib. *hab. potestatem.*—6 Erf. *necessario est.*—7 '*Fac. oratoris*] Erf. et Duisb. *fac. orationis:* quod non damno.' *Græv. Orationis* etiam ψ, Voss. 3. Leid. 2. 4.—8 '*Efferat*] Alii ediderunt *afferat:* sed Medicæus cum alio *offerat.*' Gronov. 'Erf. et Medic. *offerat.* Edd. *afferat.*' Græv. '*Efferat*] Sic in solo Voss. 3. in Leid. 4. et ed. Med. *afferat.* In cæteris et ed. Omnib. *offerat.*' Oud. A ψ *offerat:* R *afferat* sup. lin. Vulg. *efferat.*—9 '*Sed et alias*] Exsulat τὸ *sed* a Mss. quinque, a Voss. 2. et Leid. 4. Ed. Med. τὸ *et.*' Oud. *Et* deest quoque in G ψ, Erf. et Tur.—10 A omittit *tametsi.*—11 Omnes Mss. Oud. et ed. Med. ac Lamb. *hujusmodi cont.* Schutz. putat verba *Sed et alias . . . continuationes* ab interpolatore adjecta esse.

Cap. xx. 12 A Duisb. abest *orationis.*—13 '*Quæ constant*] Erf. et nonnullæ edd. *constent.*' Græv. Leid. 2. ed. Med. *constat:* Tur. Voss. omnes, Leid. 1. 3. ed. 1474. Schutz. Wetzel. et Orell. *constent:* A G L R ψ *constant;* et sic vulg.—14 '*Dinumeratione nostra*] Sic restituimus, a veteri codice admoniti, in quo est *denumeratione.*' Lamb. 'Erf. *de numeratione nostra.*' Græv. '*De enum.*] *Denumeratione*, unico verbo, in Gryph. duobus Mss. habetur. Ut optima ratione innixus, *dinumeratione* videatur Lamb. edidisse.' *Brut.* 'Mss. omnes *denumeratione*, nisi quod in Voss. 2. sit *dinum.* In ed. Med. *de nostra enum.*' Oud. A G L R, Schutz. Wetzel. et Orell. *dinumeratione:* ψ *denum.* Vulg. *de enum.* Schutz. e conj. delevit *nostra.*—15 Leid. 4. Duisb. et Schutz. omittunt *est*, Wetzel. improb. '*Est* abest a quibusdam libris. Certe Latinitati non convenit, quæ aut *sit* requirit, aut *esset*, vel *foret.*' Ern.—16 '*Affert*] Erf. et Cauch. *afferet:* bene.' *Græv.* '*Affert*] Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. ed. Med. *afferet:* quod male mutarunt.' *Oud.* A G R *affert;* et sic vulg. *Afferet* L ψ, Tur. Lips. et ed. Med. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell.—

NOTÆ

[i] *Compar*] Isocolon a Græcis dicitur.

[k] *Id quidem puerile est*] Putidiusculum certe et ab illustrium oratorum usu abhorrens, membra paribus constantia syllabis affectare. Aliquando tamen venuste adhibentur a poëtis, quando ultro nata occurrere,

et exercitatio facultatis,[17] ut animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus, hoc modo: In prælio mortem pater oppetebat,[18] domi filius nuptias comparabat; hæc omnia graves casus administrabant.[19] Item, Alii fortuna felicitatem[20] dedit, huic industria virtutem comparavit. 28. In[1] hoc genere sæpe fieri potest,[2] ut non plane par sit numerus syllabarum,[3] et tamen esse videatur, si una aut etiam altera syllaba est alterutrum brevius:[a][4] aut si, cum in altero plures sunt, in altero longior aut longiores, plenior aut pleniores[5] syllabæ erunt:[b] ut longitudo[6] aut plenitudo harum, multitudinem alterius assequatur[7] et exæquet.

Similiter cadens[1] exornatio appellatur,[8] cum in eadem

[a] *Unum membrum est altero membro brevius.*
[b] *Aut si cum in uno membro plures sunt syllabæ, in altero membro una est longior: aut si cum in uno membro longiores sunt syllabæ, in altero membro ponitur una plenior aut pleniores syllabæ.*

17 *Facultatis* in G deest.—18 ψ, Tur. Voss. 3. Leid. 4. *parens;* et sic Erf. et al. Mss. teste Grævio. Tum A *appetebat.*—19 *Gravis casus* Erf. et Lamb. ed. in qua *administrabat* legitur. Leid. 4. *demonstrabant.*—20 '*Alii fortuna fel.*] Voss. 1. Leid. 2. cum edd. pr. *illi.* Voss. 3. Leid. 4. *aliis.* In Voss. 3. vitiose *fecilitatem.* Vide Græv. Mox pro *huic* est *hic* in Leid. 3.' *Oud.* *Illi* A L ψ et Lamb. *Alii* vulg. Præterea Schutz. e cod. Pith. dedit *facilitatem*, Orell. improb. Vid. Nott. Varr.—1 ψ *Item hoc genere.*—2 Pro *potest* in Tur. a m. pr. legitur *solet.*—3 Erf. *num. sit syllaborum.*—4 '*Est alterum brevius*] Voss. 3. *alterum membrum brevius sit.* Ed. Omnib. *est alt. altero brev.* Optime dant Leid. 1. 3. *est alterutrum brevius*, ut conjecerat Grævius.' *Oud.* G ψ omittunt verbum *est.* In A *est alterum altera brev.* ψ, Schutz. Wetzel. et Orell. *est alterutrum brev.* Vulg. *est alterum brev.* 'Libri quidam vulgati habent *alterum altero brevius*, ut ed. 1474. Med. 1498. Junt. sed nimis frequens fit verbum *alter.*' Ern. Vid. Nott. Varr.—5 Voces *plenior aut pleniores* non sunt in A.—6 G *aut long.*—7 G *sequatur.*—8 '*Dicitur*] Mss. omnes et ed. Med. *appellarunt.* Cur hoc mutarunt?' *Oud.* *Appellatur* quoque G L ψ, Tur. Erf. Pith. et ed. 1474. cum Schutz. Wetzel. et Orell. A R et vulg. *dicitur.*—

## NOTÆ

non longius petita obtrudi videntur. Ovid. in Epist. Paridis ad Helenam, 'O Jove digna viro, ni Jove nata fores.' Et alibi, 'Cedere jussit aquam; jussa recessit aqua.'

[1] *Similiter cadens*] Ὁμοιόπτωτον Græci vocant figuram, qua nomina iisdem casibus, verba iisdem temporibus, in sententiæ vel initio vel medio vel fine conjunguntur; sive similis sive dissimilis sint soni, ut sentit Vossius. Refragatur Julius Scaliger, cui ὁμοιόπτωτον et ὁμοιοτέλευτον sunt idem schema. Utitur hac exornatione Cicero pro Rosc. § 72. ubi agit de supplicio parricidarum: 'Quid tam est commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis,' &c.

constructione[9] verborum, duo aut plura sunt verba quæ similiter iisdem casibus efferantur,[10] hoc modo: Hominem laudas[11] egentem virtutis, abundantem felicitatis. Item, Cujus omnis in pecunia spes est, ejus a sapientia est animus remotus.[12] Diligentia comparat divitias, negligentia corrumpit animum; et tamen cum ita vivit, neminem præ se ducit hominem. Similiter desinens[m] est, cum, tametsi casus non insunt in verbis,[13] tamen similes exitus sunt, hoc pacto: Turpiter audes facere, nequiter studes dicere. Vivis invidiose, delinquis studiose, loqueris odiose. Item, Audacter territas,[14] humiliter placas. Hæc duo genera, quorum alterum in exitus, alterum in casus similitudine versatur, inter se[15] vehementer conveniunt: et ea re, his qui bene utuntur,[16] plerumque simul ea collocant in iisdem[17] partibus orationis. Id hoc pacto[18] facere oportet: Perditissima ratio est amorem petere, pudorem fugere; diligere formam, negligere famam. Hic et[19] ea verba, quæ casus habent, ad casus similes; et illa,[20] quæ non habent, ad similes exitus[1] veniunt.

9 G *ea constr.*—10 A, Pith. Voss. 1. 3. *afferuntur*: G *afferantur*: Erf. Leid. 1. 2. ed. 1474. et Weizel. *efferantur*: Voss. 2. Leid. 3. 4. Tur. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. *efferuntur*.—11 L *laudem*.—12 ‘*Cujus omnis in pec. spes est, ejus a sap. est an. rem.*] Tres Mss. Erf. Duisb. Cauch. *Huic omn. in pec. spes est, a sap. est an. rem.* Sic et quartus Pal. nisi quod retineat *ejus*. Lamb. ed. *Cujus omn. in pec. est, ejus a sap. an. est rem.* sed pro *cujus* itidem habet *Huic*. Credo τὸ *est* semel abundare, et auctorem scripsisse, *Huic omn. in pec. spes est, a sap. an. rem.*’ Græv. G L, Voss. 2. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. *Huic omnis*: A *Hujus* sine *omnis*: ed. Omnib. *Hujus omn.* Dein ‘*Ejus a sap. est an. rem.*] Vox *ejus* abest a Mss. omn. nisi quod in Leid. 3. ponatur post *animus*, neque agnoscunt edd. pr. Verbum *est* deest item Voss. 3. In aliis loco variat. Adi Græv.’ *Oud.* Vox *ejus* non est in A G L ψ et Tur. Vulg. ut Ern.—13 ‘*Insunt in verbis*] Leid. 1. Voss. 3. *n. sunt*: Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. ed. Med. *n. insunt verbis.*’ Oud. Præpositio *in* ψ deest.—14 ‘*Audacter territas*] Leid. 3. 4. *audaciter*: Voss. 3. *dampnas.*’ Oud. Erf. *audaciter terr.*—15 A L, Erf. quinque Mss. Oud. et ed. Med. *in exitu.* Tum Leid. 3. *casuum sim. versantur.* Denique G *in se.*—16 ‘Voss. 1. *his qui bene ut.* recte.’ *Oud.* Pith. *qui his bene utitur*: Erf. *re, quibus bene utuntur*: A *re, quibus utuntur.* G L R ψ, Tur. *qui his bene utuntur;* et sic vulg. In ed. 1474. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *his qui bene utuntur.*—17 G *bene collocant*, et Erf. *in ejusdem part. or.*—18 G *In hoc modo*: L, omnes Mss. Oud. et ed. Med. *Id hoc modo.*—19 Duisb. *Hic dein ea verba.*—20 A *et ea.*—1 ψ *ad sim. actus.*

NOTÆ

[m] *Similiter desinens*] Est Græcis ὁμοιοτέλευτον; cujus exemplum hoc sit ex Cic. Verr. l. I. § 9. ‘Quis hoc non perspicit præclare nobiscum ac-

XXI. 29. Annominatio[n] est, cum ad idem verbum et ad idem nomen acceditur commutatione unius literæ aut literarum;[2] aut ad[3] res dissimiles similia verba accommodantur. Ea multis et variis[4] rationibus conficitur. Attenuatione aut complexione[o] ejusdem[5] literæ, sic: Hic, qui se magnifice jactat atque ostentat,[6] veniit a te[c] ante, quam Romam venit.[7] Ex contrario:[8] Hic, quos homines alea vicit, eos ferro statim vinciit.[d][9] Productione ejusdem literæ, hoc modo: Hunc avium[p] dulcedo ducit ad avium.[e] Brevitate ejusdem literæ, hoc modo:[10] Hic tametsi videtur

[c] *Venditus est a te, quia servus erat.* [d] *Ligavit.*
[e] *Ad locum inaccessum.*

CAP. XXI. 2 '*Ad idem verbum et idem nomen*] In nullo Ms. neque ed. pr. inveni secundo loco *idem: Voss.* 2. *aut nomen.*' Oud. A G L et Duisb. *et nomen.* Vulg. *et idem nomen.* Præpositionem *ad* ex ed. 1474. inseruit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Dein A *commutatione aut addicione:* L R ψ et Tur. *commutatione vel additione.* Denique A *lit. aut ad literarum.* Post *literarum* vulg. inseritur *syllabæ aut syllabarum;* quod Ern. delevit, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Ea verba non sunt in A G, Tur. Lips. edd. Med. pr. Junt. Ald. et aliis. Vid. Nott. Varr. ad h. l. et Gronov. ad l. II. c. 6.—3 G *aut res* sine præpositione.—4 *Variis* a ψ deest.—5 '*Adten. aut compl.*] *Aut adten. aut compl.* Voss. 1. 3. Leid. 1. *aut tenuat.* Leid. 2. *adtenuationibus* Voss. 2.' *Oud.* Pith. quoque *aut atten. aut compl.* Voces *aut compl.* quæ absunt a Ms. Lips., Wetzel. uncis inclusit. Tum pro *ejusdem*, Tur. habet *unius*, et Schutz. e conj. *cujusdam.*—6 ψ *magnificat.* Voss. 3. *ostentat et jactat.* A et ed. Omnib. carent τοῖς *atque ostentat.*—7 '*Venit a te, antequam R. venit*] Mss. quatuor *ad te:* recte desunt illa Leid. 4. in quo *R. veni:* Leid. 3. *R. ivit.*' Oud. In A *venit a te, ante quam:* Lamb. et Schutz. *veniit ante quam:* Orell. h. l. corruptum esse ait. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—8 '*Ex contr.*] Mss. quinque et ed. Med. *et ex contr.* desunt Leid. 3.' *Oud.* In A *Et contr.* ψ *Et e contr. sic:* G, Lamb. ed. et Orell. *Ex contr. sic.* Aliæ edd. omittunt *sic.*—9 '*Alea vicit*] Sic Voss. 1. 3. cum Leidd. tribus et edd. pr.' *Oud. Vicit* quoque A G R, Tur. Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. In al. edd. et Mss. *vincit.* In secundo loco R et Lamb. ed. *vinciit:* ψ *vicit.* Vulg. *vincit.* Vid. Nott. Varr.—10 Pro *hoc modo*, Voss.

NOTÆ

tum iri, si populus Romanus istius unius supplicio contentus erit,' &c.

[n] *Annominatio*] Græce παρονομασία, unius literæ vel plurium additione, detractione, immutatione, transpositione aliam efficit sententiam. Consulantur notæ in l. II. de Orat. § 256.

[o] *Attenuatione aut complexione*] Attenuationem crasin cum Aldo interpretamur, qua ex duabus syllabis unica fit, scilicet ex 'veniit' 'venit:' Complexionem autem synæresin, qua in duas syllabas unica dissolvitur; ex 'vincit' fit 'vinciit:' sic enim cum eodem Aldo legimus, cui suffragatur Lambinus: alioqui exempla præceptionibus non respondebunt. An vincio facit præterito vincivi et vinxi, sicut sancio sancivi et sanxi?

[p] *Hunc avium*] Forsan ad h. l. re-

esse[11] honoris cupidus, tamen non tantum curiam[q] diligit, quantum Curiam.[12] Addendis literis, hoc pacto: Hic sibi posset temperare,[f] nisi amori mallet obtemperare.[13] Demendis literis, sic: Si lenones vitasset tanquam leones,[14] vitæ se tradidisset.[g] Transferendis literis, sic: Videte, judices,[15] utrum homini navo,[h] an vano[16] credere malitis. [*p.* 31.] Item, Nolo esse laudator, ne videar adulator.[17] Commutandis,[18] hoc modo: Deligere oportet, quem[19] velis diligere. Hæ[20] sunt annominationes, quæ in literarum brevi commutatione,[1] aut productione, aut translatione,[2] aut ali-

[f] *Posset esse temperans.* [g] *Vitæ suæ consuluisset.* [h] *Generoso.*

2. in primo loco, et L in secundo loco habet *sic*. Verba *hoc modo ... hoc modo* in G ψ desunt. '*Hunc avium, &c.* usque ad *hic tam* exsulant a Mss. quatuor vel quinque. *Ducit ad dampnum* inepte Leid. 2.' *Oud.* Erf. quoque *ducit ad damnum.* '*Brev. ejusd. lit. hoc modo*] Erf. *brev. ejusd. lit. sic.* Hæc verba cum præcedd. *avium dulcedo ad avium* in Duisb. non leguntur.' *Græv.*—11 Pith. *Hic tamen etsi vid.* Tum '*Esse hon. cup.*] Abest verbum a Leid. 2. Bene.' *Oud.* deest etiam in A G et Erf.—12 '*Non tantum curiam dil., quantum Curiam*] Pith. *non tam cur. dil., quam Cur. meretricem.* Ultima vox hæret etiam in Erf. sed tamen a magistro fuit adjecta.' *Græv.* '*Quantum Curiam*] Addunt e glossa *meretricem* Voss. 1. Leid. 1. In ed. Med. *non tam curam, quam curiam dil.*' Oud.—13 A *mallit obt.*—14 Pith. Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. *Dem. nunc lit.* Pro *sic*, in A legitur *hoc modo.* Dein G L R ψ, et vulg. *tanquam leones vit.* Erf. Mss. plerique Oud. cum ed. Med. ac Schutz. Wetzel. et Orell. *vit. tanq. leones:* A et ed. Omnib. *quemadmodum leones vit.*—15 In A *Transf. lit. pacto hoc: Hic judices videte.*—16 Erf. *homini ignavo cred.* Pith. *homini nano an vano cred.*—17 '*Item, nolo esse laudator, ne videar adulator*] Prima vocula deest Voss. 1. Omnia hæc exsulant a ceteris Mss. et edd. pr.' *Oud.* Absunt quoque ab A G ψ, Erf. et Duisb.—18 Schutz. suspic. *Permutandis.*—19 Lamb. Ms. *Dilegere op.* et Pith. *a quo velis dilig.* Al. teste Grævio, *quæ velis dilig.* Vid. Nott. Varr.—20 G *Hæc sunt annom.*—1 '*In literarum brevi comm.*] Sic Mss. omnes et edd. pr.' *Oud.* *Litterarum* quoque A G L ψ, Tur. et edd. ante Lamb. cum Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. et Mss. *literatura.* G, Victor. Lall. Schutz. et Wetzel. *commutatione, brevitate.* '*Commutatione, brevitate*] Ita Victorius. Vulgati mendose *brevi commutatione.*' Lall. Vulg. ut Ern. Orell., qui h. l. ut corruptum notavit, malit legere, *in literarum in breve commutatione.* Vid. Nott. Varr.—2 G *transvectione:* L R ψ et Tur. *transjectione.* '*Translatione*] Rescribe *transjectione* e Mss. omnibus et ed. Med. *trajectione* Leid. 4. Dein *hujuscemodi* Voss. 3.' *Oud.* Edd. vett. *translatione;* et sic vulg.

NOTÆ

spexerit Virgil. cum Georg. II. dixit, 'Avia tum resonant avibus virgulta canoris.'

[q] *Curiam*] Curia prima syllaba producta publici consilii sedes est: prima syllaba correpta, mulieris nomen videtur. Tale est illud quod ex Epigrammatis Ovidii, quæ perierunt, affert Quintilianus: 'Cur ego non dicam Furia, te furiam.'

quo hujusmodi genere versantur. XXII. 30. Sunt autem aliæ, quæ non habent tam propinquam in[3] verbis similitudinem, et tamen dissimiles non sunt: quibus de generibus unum est hujusmodi: Quid[4] veniam, qui sim, quare veniam,[i] quem insimulem, cui prosim, quem[5] postulem,[k] brevi cognoscetis. Nam hic est in quibusdam[6] verbis quædam similitudo non tam affectanda, quam illæ superiores, sed tamen adhibenda nonnunquam. Alterum genus hujusmodi: Demus operam, Quirites,[r] ne omnino Patres Conscripti[s] circumscripti[l] putentur.[7] Hæc annominatio accedit magis[8] ad similitudinem, quam superior;[9] sed minus, quam illæ superiores: propterea quod non solum additæ, sed uno tempore demtæ[10] quoque literæ sunt. Tertium genus est,[11] quod versatur in casuum commutatione,[12] aut unius aut plurium nominum. 31. Unius nominis, hoc modo: Alexander Macedo[t] summo labore animum ad virtutem a pueritia confirmavit.[13] Alexandri virtutes per orbem terræ[14] cum laude et gloria sunt.[15] Alexandro si vita longior

[i] *Qua mente veniam, quis sim, qua de causa veniam.*
[k] *Quem deferam.* [l] *Dolis capti.*

CAP. XXII. 3 Leid. 4. et Duisb. *cum verbis.* Præpositione carent G, Erf. Voss. 1. 2. In A ψ, Pith. Leid. 3. ed. pr. et Med. ac ed. Omnib. *verbi*, sine *in.*—4 ψ *Qui ven.* Pith. *Quo ven.*—5 ψ, Erf. et Pith. *quæ post.*—6 ψ *in quibus de.* —7 Pith. *circ. videantur.*—8 G *accidit magis:* Lamb. ed. *magis accedit.*—9 '*Quam illa sup.*] Erf. et Lamb. ed. *quam sup.*' Græv. In A et edd. ante Lamb. *quam illa sup.*—10 G *ademtæ.*—11 Erf. omittit *est.*—12 G *mutatione.*—13 '*Ad virtutem a p. confirmavit*] Sic Mss. omnes, nisi quod in uno alteroque sit *virtutes.* Cum Grævio malim *confirmavit.*' Oud. L R, Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *virtutes:* A G ψ, Tur. et ed. 1474. ac aliæ vett. cum Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *virtutem.* Dein Schutz. et Orell. *conformavit:* Vulg. *conformavit.* Vid. Nott. Varr.—14 Lamb. solus *orbem terrarum.*—15 '*Cum laude*

NOTÆ

[r] *Quirites*] Vide quæ diximus de Tito Tatio ad § 18. hujus lib.

[s] *Patres Conscripti*] Senatores propter ætatem seniorem, patres propter paternum in populum amorem appellati, primum a Romulo centum instituti sunt: numerus paulo post ad ducentos, adeoque sub Tarquinio Prisco ad trecentos excrevit. Ex equestri ordine senatorium in ordinem ascripti dicebantur patres conscripti.

[t] *Alexander Macedo*] Qui Græcis terrore sibi subditis, Persarum imperium victo Dario evertit, tum India ac tota prope Asia potitus est. Morbo per ebrietatem contracto, vel, ut alii volunt, veneno extinctus est, anno ætatis 33. regni 13. ante Chr. 324. Curtius, &c.

data esset,[16] Oceanum manus Macedonum transvolasset.[17] Alexandrum omnes, ut maxime metuerunt, item plurimum dilexerunt.[18] Varie hic[19] unum nomen in commutatione casuum volutatum est. Plura nomina, casibus commutatis, hoc modo facient annominationem:[20] Ti. Gracchum[1] [u] rempublicam administrantem indigna prohibuit nex diutius in ea commorari.[2] C. Graccho similiter occisio oblata est,[m] quæ virum reipublicæ amantissimum[3] subito de sinu[4] civitatis eripuit. Saturninum, fide captum malorum, perfidiæ scelus[5] vita privavit.[n] Tuus, o Druse, sanguis domesticos parietes, et vultum[6] parentis aspersit. Sulpicium,[7] cui paulo ante omnia concedebant, eum[8] brevi spatio non modo

[m] *Mors allata est.*
[n] *Crimen perfidorum eripuit vitam Saturnino, qui se malorum fidei commiserat.*

*et gloria sunt*] Voss. 1. 3. Leidd. omnes, edd. pr. *et gl. vulgatæ sunt:* Voss. 2. *sunt pervulgatæ:* non male.' *Oud.* A G L ψ, Tur. et edd. ante Grut. *gl. vulgatæ sunt:* Schutz. *gl. sunt pervulgatæ:* Grut. Græv.-Burm. Lall. Wetzel. et Orell. *gl. sunt*, omisso *vulgatæ*. Vid. Nott. Varr.—16 G *long. esset.*—17 A L R non habent *manus*. In A legitur *Macedonium nomen:* R *Macedonium*. Vid. Nott. Varr. A G L R ψ, Tur. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. postponunt verba *Alexandro si vita . . . transvolasset* sequentibus *Alexandrum omnes . . . dilexerunt.*—18 *Ut* in A G L deest. Tum A G L *metuerant:* ψ *metuebant*. L omittit verba *item plur. dilexerunt*. Vid. Nott. Varr.—19 A *hunc un. nom.* Duisb. Leid. 4. ed. Omnib. *hunc un. nom.*—20 R et vulg. *faciunt*. A G L ψ, Duisb. omnes Mss. Oud. et edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *facient*. Tum ψ *commutationem.*—1 A G *Tiberium Gracchum.*—2 Erf. *admin. prohibuit M. Galliciolus indignam et diutius in eo commorari:* margo Cratandri, *admin. prohibuit Maliciolus indigne nex diutius in ea commorari.*—3 A L, Erf. et Græv.-Burm. omittunt *similiter*, et in ψ *ablata* legitur. '*Occisio oblata est, quæ*] Voss. 1. a m. sec. *occasio:* in ceteris *occiso:* et in Leid. 3. 4. ed. Med. *similiter occiso*. Dein *ablate est resp. qui* in Voss. 2. Leid. 1. 3. et mox *virtutis amant.* pro *reip.* in ed. Med. *populi Ro.*' Oud. Pro *quæ virum*, ψ habet *qui virtutes*, et Pith. *quæ virtutes*. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—4 '*De sinu civ.*] Mss. quatuor *dominatum* vel *dominatu;* prave.' *Oud.* Pith. *subito dominatu sinu.*—5 '*Fide captum malorum*] Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *f. c. majorum natu.*' Oud. *Majorum natu* quoque A L R et Tur. *Majorum* Lamb. et al. sed vulg. *malorum*. Dein '*Perfidiæ scelus*] Voss. omn. Leid. 2. edd. pr. *perfidia per scelus:* Leid. 3. 4. *perfidia scelus.*' Oud. In A *per scelus:* G ψ, *perfidia, scelus:* L R et Lamb. ed. ac Orell. *perfidia per scelus:* Tur. *perfidia et per scelus:* Schutz. *perfidia et scelus:* vulg. *perfidia scelus*. Ern. putat hanc sententiam esse corruptam. Vid. Nott. Varr.—6 'Leid. 2. *dom. parares:* an *penates?*' Oud. *Penates* Schutz. in ed. pr. Tum Cratand. ed. *et multum parentis.*—7 A G L R ψ, Lips. omnes Mss. Oud. et edd. pr. pleræque *Sulpicio*. Vid. Nott. Varr.—

## NOTÆ

[u] *Ti. Gracchum*] De Gracchis dicetur in notis ad lib. de Clar. Orat. De Saturnino, Druso, ac Sulpicio consule notas superiores.

vivere, sed etiam sepeliri[9] prohibuerunt. 32. Hæc tria genera proxima exornationum, quorum unum in similiter cadentibus, alterum in similiter desinentibus verbis, tertium in annominationibus positum est, perraro sumenda sunt, cum in veritate dicemus:[o] [10] propterea quod non hæc[11] videntur reperiri posse sine elaboratione[12] et consumtione operæ.[p] [13] XXIII. Ejusmodi autem studia ad delectationem, quam ad veritatem, videntur accommodatiora. Quare[14] fides, et gravitas, et severitas oratoria minuitur his exornationibus frequenter collocatis:[15] et non modo tollitur auctoritas dicendi, sed offenditur[16] quoque in ejusmodi oratione auditor;[17] propterea quod est in his lepos et festivitas, non dignitas, neque pulchritudo. Quare,[18] quæ sunt ampla et pulchra,[19] diu placere possunt; quæ lepida et concinna, cito[20] satietate afficiunt aurium sensum[1] fastidiosissimum. Quo modo igitur, si crebro his generibus utemur, puerili videbimur[2] elocutione delectari; ita si raro has interseremus exornationes,[3] et in causa tota varie dispergemus,[4] commode luminibus distinctis illustrabimus orationem.

[o] *Cum aliquid verum docere ac persuadere voluerimus.*
[p] *Sine summo studio et arte.*

8 Voss. 2. *cedebant.* Vox *eum* non est in G. Erf. *cum brevi sp.*—9 Voss. 3. et Erf. *sepelire.*—10 Erf. *in veritate dicimus:* A *in varietate dicimus: et propt.*—11 Pith. *quod hæc non.*—12 ψ, Duisb. et Leid. 4. *sine labore.*—13 '*Et consumtione operæ*] Voss. 1. Leid 3. *et suspicione op.* Voss. 3. *op. assumptione:* Leid. 2. 3. *et sumptione op.* ed. Med. *operis assumptione.*' Oud. Pith. *et assumptione operæ:* Erf. *et operæ sumtione.*

CAP. XXIII. 14 Pith. *studia exornationum magis ad del., quam ad ver. vid. accommodatiora:* Erf. *studia exornationem magis ad del. quam ad ver. accommodata.* Pro *accommodatiora,* Leid. 3. habet *magis accommodari.* Tum Schutz. solus *Quippe fides.*—15 Pith. *min. exorn.* Dein '*Collocatis*] Leid. 3. 4. *collatis:* non male.' *Oud.* In ψ quoque et ed. 1474. *collatis.* Copulam *et* non habet G.—16 ψ *ostenditur.*—17 'Apage vocem *auditor*, quæ in nullo Ms. comparet.' *Oud.* Deest etiam in G L R ψ. Orell. uncis inclusit. '*Auditor*] *Auditor* abest a Mss. tribus: quam vocem si quis malit expungere, non pugnabo. Nos vulgatam lectionem retinuimus.' *Brut.* Vid. Nott. Varr.—18 '*Quare* sine dubio vitiosum est. . . . Puto auctorem dedisse *quippe*, aut *quare* delendum.' *Ern.* —19 Sex Mss. Oud. et tres Mss. ap. Græv. cum Tur. ed. Med. et Orell. *am. atque pul.* et mox Duisb. *lep. atque conc.*—20 '*Cito*] Recte Bruil. *cita.*' Grut. 'Unus Ms. *cita.*' Græv. In A deest.—1 A *aurum sensu.*—2 A *videbuntur.*—3 Erf. et Mss. ap. Oud. ac edd. pr. *inters. has exorn.* Tum A *et si in causa.*—

33. Subjectio[x] est, cum interrogamus adversarios, aut quærimus ipsi, quid ab illis, aut quid contra nos dici possit:[5] deinde subjicimus id quod dici oportet, aut non oportet,[6] aut nobis adjumento futurum sit, aut offuturum illis e contrario,[7] hoc modo: Quæro[8] igitur, unde iste tam pecuniosus sit factus.[9] Amplum patrimonium relictum est? at patris bona venierunt. Hæreditas aliqua obvenit?[10] non potest dici, sed etiam[11] a necessariis omnibus exhæredatus est. Præmium aliquod ex lite aut judicio cepit? non modo id non fecit,[12] sed etiam insuper ipse[13] grandi sponsione victus est. Ergo si his rationibus locupletatus non est, sicut omnes videtis; aut isti domi nascitur aurum, aut, unde licitum non est,[14] pecunias accepit. XXIV. Item, Sæpe, judices, animadverti, multos[15] aliqua ex honesta re,

4 G *disponemus.*—5 G *dici oportet.*—6 '*Aut quod non oportet*] Omnibus libris Mss. et ed. Med. deest *quod.* Dein Mss. quatuor et ed. Omnib. *non potest.* Leid. 3. *quod oporteat dici, aut non oporteat.*' Oud. Voculam *quod*, quæ vulgo inseritur post *aut*, delevit Ern. et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Abest quoque ab L R et Tur. Pro *oportet*, A G habent *potest.* Tum G *aut quod nobis.* Pro *aut nobis*, Ern. putat *quid nobis* legend. Vid. Nott. Varr.—7 '*Aut offut. illis e contr.*] Erf. *aut offut. idem contr.* Pith. *aut offut. adversario:* Duisb. *aut offut. e contr.* Lamb. ed. *aut illis offut. e contr.*' Græv. '*Obfut. illis*] Pronomine carent Mss. quinque et ed. Omnib.' *Oud.* deest etiam in Tur. Voces *illis e contr.* A ψ omittunt.—8 A *Quarto.*—9 Hervag. et al. edd. antiquiores *tum perniciosus.* Vox *factus* non est in G.—10 '*Hereditas aliqua obvenit*] Leidd. tres *venit:* verissime. Sed et in Leid. 1. *alia;* in Voss. 2. *aliqua venit,* suprascripto *obliqua.*' Oud. *Venit* quoque G, Erf. Duisb. Tur. Schutz. et Orell. Vulg. *obvenit.*—11 '*Non potest dici, sed*] Hæc mihi spuria videntur, additaque a glossatore inepto. Ea si deleantur, admodum elegans fit oratio.' *Ern.* Orell. h. l. ut corruptum notavit. Schutz. *At etiam a necessariis.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. In A *Non pot. dici. sed et a nec.* Dein pro *omnibus*, G *hominibus* habet.—12 Schutz. e conj. edidit *cepit.*—13 ψ omittit *ipse.* Tum '*Sponsione victus*] Sic in solo Leid. 4. Reliqui Mss. et edd. dant *vinctus.* Item *non est licitum.*' Oud. *Vinctus* quoque ψ et Tur. In A *victus*, omisso *est.* Vid. Nott. Varr.—14 Erf. et Pith. *non est lic.* Dein '*Accepit*] Leid. 1. 3. Voss. 3. *cepit.* In ed. Omnib. simpliciter *capit* scil. 'aurum.'' *Oud.* In A *capit* sine *pecunias:* Tur. *cepit.* Vulg. *accepit.*

## NOTÆ

x *Subjectio*] Latius patet quam definit hic Cornificius. Subjectione enim non solum quæritur ab adversario, quid ab illo aut contra nos dici possit; sed orator vel interrogat seipsum et respondet sibi, vel cum alium rogaverit non expectato responso quidpiam de suo addit. Cic. pro Quint. § 56. 'Quid si nunquam vadimonium deseruit? . . . quo te nomine appellemus? improbum,' &c. Ceterum subjectio, ut et aliæ nonnullæ figuræ quæ hic referuntur, ad schemata sententiarum non verborum pertinent.

quam ne inimici quidem[16] criminari possint, sibi præsidium petere: quorum nihil potest adversarius facere. Nam utrum ad patris virtutem confugiet?[17] at eum vos jurati[18] capite damnastis:[q] an ad suam revertetur antiquam vitam, alicubi honeste tractatam?[19] at hic quidem[20] ante oculos vestros[1] quomodo vixerit, scitis omnes: an cognatos suos enumerabit,[2] quibus vos conveniat commoveri? at hi quidem nulli[3] sunt: amicos proferet? at nemo est, qui sibi non putet turpe[4] istius amicum nominari. Item, Credo, inimicum, quem nocentem putabas,[5] in judicium adduxisti: non; nam[6] indemnatum necasti. Leges, quæ id facere prohibent,[7] veritus es?[8] at ne scriptas quidem judicasti. Cum ipse te veteris amicitiæ commonefaceret, commotus es?[9] at[10] nihilo minus, sed etiam studiosius occidisti. Quid? cum tibi pueri ad pedes volutarentur, misericordia motus es?[11] at eorum patrem crudelissime sepultura quoque[12] prohibuisti. 34. Multum inest acrimoniæ et gravitatis in hac exornatione, propterea, quod, cum quæsitum est[13] quid oporteat, subjicitur id

[q] *Vos qui jurejurando obligati debetis judicare ex æquitate, eum morti addixistis.*

Cap. xxiv. 15 ψ *aliquos.*—16 Leid. 4. et Duisb. non habent *quidem.*—17 A G L, Pith. Duisb. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *patris ejus.* Leid. 4. Pith. et Duisb. *virtutes conf.* Erf. *vestigium confugisset.* In A *virtutem fugiet.* —18 Al. teste Grævio, *eum jur. vos.* Tum '*Capite dam.*] Auctior est Voss. 1. *legibus cap. dam.* nec male.' *Oud.* Schutz. quoque *legibus cap. dam.* A *capitate dam.* Vulg. *capite dam.*—19 Schutz. *vitam? Quam? aut ubi hon. tract.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—20 '*Nam hic quidem*] Voss. 1. *Non. Nam hic quidem:* Leid. 2. *non equidem.*' Oud. A G L R ψ, ed. 1474. Med. 1498. Junt. Ald. et Schutz. *Nam hic quidem.* Al. edd. et Mss. *At hic quidem.*—1 ψ *oculos nostros* —2 G *enumerabis.*—3 '*Quidem nulli*] Pith. *Nam hic quidem nulli.*' Græv.—4 Tur. Erf. et Orell. *turpe putet:* A *putat turpe.* '*Turpe putet*] Sic Mss. et ed. Med. Vulgo *putet turpe.*' Oud.—5 '*Inim., quem noc. put.*] Erf. *inim., noc. put.* Pith. *inim., in quem noc. put.* Duisb. *inim. in noc. put.*' Græv. '*Quem noc. put.*] Sic in solo Leid. 2. In ceteris *innocentem.* Hinc ed. Omnib. *amicum quem innoc.* A Mss. tribus abest τὸ *quem.*' Oud. A *amicum quem innoc. put.* ψ *inim. quem innoc. put.* Vulg. ut Ern.—6 '*Non. Indemnatum nec.*] Mss. quinque et edd. pr. *non. Nam ind. nec.* Leid. 1. *non. Nam eum ind. n.* Leid. 2. *non. Eum enim ind. nec.*' Oud. G R ψ et Tur. *nam eum ind.* Vid. Nott. Varr.—7 Duisb. et Leid. 4. *num leges,* et ψ *id facere peribent.*—8 In Erf. non habetur *es* post *veritus.* Tum A *Ad ne scriptas:* Pith. *At ne scripturas.*—9 A ψ *commoneret, comm. es:* Pith. *commemorem faceret motus es:* Lamb. ed. *commonefaceret, misericordia commotus es.*—10 Lamb. solus *At* omittit. —11 A *pedem vol., mis. commotus es.* Tum '*At eorum patrem*] Voss. 1. *Non: at eor. pat.* Contra deest *at* Leid. 1.' *Oud.*—12 *Quoque* non est in G.—13 Leid. 2.

non esse factum. Quare facillime fit, ut exaugeatur[14] indignitas negotii. Ex[15] eodem genere, ut ad nostram quoque personam referamus subjectionem, sic:[16] Nam quid me facere convenit,[17] cum a tanta Gallorum multitudine circumsederer? an dimicarem?[18] at cum parva manu tum prodiremus,[19] locum quoque inimicissimum habebamus.[20] Sederem in castris? at neque subsidium, quod expectarem, habebamus,[1] neque erat, qui vitam produceremus.[2] Castra relinquerem?[3] at obsidebamur. Vitam militum negligerem? at ea videbar eos accepisse conditione, ut,[4] quoad possem, incolumes patriæ et parentibus[5] conservarem. [*p.* 32.] Hostium conditionem repudiarem? at salus antiquior est militum, quam impedimentorum. Hujusmodi consequuntur[6] identidem subjectiones, ut ex omnibus ostendi videatur,[7] nihil, potius, quam, quod factum sit, faciendum fuisse.[8]

XXV. Gradatio[y] est, in qua non ante ad consequens

*cum inquisitum est:* A *cum quæs.* sine *est.* Dein Erf. *quod oporteat.*—14 '*Augeatur*] Mss. omnes et edd. pr. *exaugeatur.* Verissime. Adi Græv.' *Oud.* A G L R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *exaug.* Al. edd. *augeatur.* Vid. Nott. Varr. —15 A *Et eod. gen.*—16 '*Subjectionem, sic. Num quid*] Voss. 1. 3. *subj. fit sic. N. q.* Leid. 2. 3. *subj. sic fit N. q.* Leid. 1 *subj. facimus sic. N. q.* Voss. 2. cum ed. Omnib. *subj. sic facimus. N. q.* Ed. Med. *subj. sic faciemus. N. q.*' Oud. A *subj. sic facimus:* G R *subj. faciamus.* Vid. Nott. Varr.—17 '*Convenit*] Sic Erf. et Lamb. ed. Al. *conveniet.*' Græv. A G L R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *convenit;* et sic omnes Mss. Oud. et edd. pr. excepto Voss. 2. in quo vulg. *conveniret.*—18 Erf. *a tanta multitudine Gallo.* Tum Lamb. ed. *circumsiderer? dimicarem:* Erf. *circumsederer? ac dimicarem.* —19 '*Cum prodiremus*] Sic Leid. 4. et ed. Med. In ceteris *tum.* Sed addit Voss. 1. *castra relinquerem.*' Oud. ψ et Tur. *tum prodirem:* A G L R, Gunt. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *tum prodiremus:* Græv.-Burm. *quum prodiremus.* Vid. Nott. Varr.—20 Leid. 4. *munitissimum tunc hab.* A *inim. habeamus:* ψ *inim. habemus.* Vid. Nott. Varr.—1 Voces *Sederem .... habebamus* in A desunt.—2 '*Qui vitam produceremus*] Ita dant Mss. sex et edd. pr. Omnino rectius pro *quo.* Tum *producerem* in Mss. quatuor et ed. Omnib.' *Oud.* Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *qui vitam produceremus:* Vulg. *quo vitam produceremus:* A G L R *quo vitam producerem:* ψ *qui vitam produceret.* Vid. Nott. Varr.—3 Voss. 1. 2. Leid. 1. *an cast. rel.*—4 '*At eos vid. ea acc. cond. ut eos, quoad p. &c.*] Sic vidi in Mss. omn. et edd. pr. Vulgo *ea vid. eos a. c. ut, quoad p., &c.*' Oud. Tur. Lamb. et Orell. *At eos vid. ea.* Dein A G L R ψ et Tur. *ut eos quoad.* Orell. *eos* uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—5 '*Patriæ et parentibus cons.*] Duisb. *patriæ cons.* non male.' *Oud.* 'Leid. 4. *patriæ et cons.* Hinc in Duisb. omissum quoque *et.*' Oud.—6 Erf. quinque Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Lamb. *Ejusmodi conseq.* Ed. Med. *et ejusmodi conseq.* ψ *Hujusm. sequuntur.*—7 Erf. *videantur.*—8 Voss. 1. Leid. 2. ed. Med.

NOTÆ

[y] *Gradatio*] Tum fit, cum per quosdam quasi gradus ab infimo ad sum-

verbum descenditur, quam ad superius conscensum est,[9] hoc modo: Nam quæ reliqua spes manet libertatis, si illis,[10] et quod libet, licet; et quod licet, possunt; et quod possunt, audent; et quod audent, faciunt; et quod faciunt, vobis[11] molestum non est? Item, Non sensi hoc, et non suasi; neque suasi, et non ipse statim facere cœpi; neque facere cœpi,[12] et non perfeci; neque perfeci, et non probavi. Item, Africano industria virtutem,[13] virtus gloriam, gloria æmulos comparavit. Item, Imperium Græciæ [14] [z] fuit penes Athenienses,[a] Atheniensium potiti sunt [15] Spartiatæ, [b] Sparti-

*fact. est.* Dein *faciundum fuisse* Voss. 1. ed. Omnib. *faciendum fore* Voss. 3. *faciunde fuisse* A. Vid. Varr. Lectt. ad cap. 1. hujus libri.

Cap. xxv. 9 Erf. *ad superiores:* Pith. *superius*, sine *ad.* '*Conscensum est*] Sic Leid. 1. 4. In ceteris Mss. *adscensum.* In Voss. 3. Leid. 3. ed. Med. *sit.*' Oud. *Ascensum est* Lamb. et Schutz.—10 Lamb. ed. *Nam quæ spes rel. lib. manet, si his.*—11 Pith. *nobis mol.* Mox pro *Item*, in A *Ita* legitur. Tum Erf. *non sensi hos*, et Lamb. ed. *neque sensi hoc.*—12 ψ *et non suasi hoc.* Pro *et non* in secundo loco A habet *neque.* Adverbium *statim* deest in A, Voss. 3. Leid. 2. 3. ed. Omnib. Denique A ψ omittunt verba *neque facere cœpi.* '*Non suasi: Neque suasi...neque facere cœpi*] Pith. *Non suasi et facere cœpi, et perfeci.*' Græv.—13 Erf. *virt. ind.*—14 Pro *Græciæ*, in ψ *egregie* legitur. Tum '*Apud Athen.*] Medicæus cum alio *penes Ath.* quod et notum Lambino ex aliis.' *Gronov.* 'Erf. et nonnulli alii Mss. *penes Ath.*' Græv. '*Penes Ath.*] Sic lego auctoritate Voss. omn. et Leidd. 1. 2. atque edd. pr. Vulgo *apud Ath.*' Oud. L R, Schutz. Wetzel. et Orell. *penes Ath.*—15 '*Atheniensium pot. sunt*] Voss. 1. Leid. 2. *Atheniensibus pot. sunt.* Addunt *imperio* Voss. 3. Leid. 4. et Leid. 1. a m. sec. male.' *Oud.* In G R ψ quoque *Athe-*

NOTÆ

mum aliquod ascenditur, vel a summo descenditur ad infimum. Parcior, ut notat Quintilianus, debet esse usus hujus schematis quod apertiorem habeat artem, et magis affectatam. Mire tamen aliquando valet ad commovendos affectus. Verr. v. § 170. 'Facinus est vinciri civem Romanum; scelus verberari; prope parricidium necari; quid dicam in crucem tolli?'

[z] *Imperium Græciæ*] Atheniensium primus rex Cecrops regnare cœpit annis, ex Eusebii calculo, ante Chr. 1558. regum decimus septimus et postremus fuit Codrus. Hunc excepere prætores perpetui, deinde decennales, denique annui instituti sunt. Bello Peloponnesiaco finis impositus Athenis a Lysandro Lacedæmonum duce captis Olymp. xciv. anno ante Chr. 404. In Leuctrica pugna Lacedæmones ab Epaminonda Thebano superati sunt, ut referunt Xenophon et Cornelius Nepos, Olymp. cii. a. 2. ante Chr. 371. Denique Alexander Magnus, Macedoniæ rex, Thebanorum urbem vi expugnatam funditus evertit, civibus partim occisis, partim in servitutem abductis, teste Plutarcho. Contigit ea clades Olymp. cxi. a. 2. ante Chr. 335. ac paulo post idem Alexander Asiam subegit.

[a] *Athenienses*] Athenæ urbs in Attica armis pariter et literis olim clarissima. Incolis et Turcis dicitur *A-*

atas superavere Thebani,[c] Thebanos Macedones[d] vicerunt, qui ad imperium Græciæ brevi tempore[16] adjunxerunt Asiam bello subactam. 35. Habet in se quendam leporem superioris[17] cujusque crebra repetitio verbi, quæ propria est hujus exornationis.

Definitio[e] est, quæ rei alicujus proprias amplectitur potestates breviter et absolute,[r] hoc modo: Majestas reipublicæ est, in qua continetur dignitas et[18] amplitudo civitatis. Item, Injuriæ[f] sunt, quæ aut pulsatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cujuspiam violant.[19] Item, Non est ista diligentia, sed avaritia; ideo quod[20] diligentia est accurata conservatio suorum; avaritia, injuriosa[1] appetitio alienorum.[2] Item, Non est ista fortitudo, sed temeritas; propterea quod fortitudo est contemtio[3] laboris et periculi cum ratione utilitatis, et compensatione[4] commodorum; temeritas est cum inconsiderata laborum[5] perpessione gladiatoria periculorum susceptio. Hæc ideo[6] commoda putatur exornatio, quod

[r] *Quæ rei naturam breviter et perfecte explicat.*

*niensibus*, et A *potitæ sunt.*—16 G *brevi in temp.*—17 ψ *At habet in se, &c.* Erf. *Habet is in se quendam lep. superiorem cujusq.*—18 A *dign. aut ampl.*—19 Duisb. et Leid. 4. *vita cujusp. violatur.*—20 ψ *ideo quia dil.*—1 A et Tur. *avaritia est inj.* Lamb. solus *avaritia vero inj.*—2 A *aliorum.*—3 ψ *contentio.*—4 Voss. 1. *et cum contemplatione comm.*—5 '*Laborum perpessione*] Sic in solo Leid. 3. In ceteris et edd. pr. *dolorum perp.* Bene. Præcessit 'contemtio laboris.'' *Oud.* A quoque habet *dolorum perp.* Vid. Nott. Varr.—6 G *Hæc igitur*

NOTÆ

*thina.* Nomen habuit a Minerva, quæ Græce Ἀθήνη dicitur, et hanc urbem fertur condidisse.

[b] *Spartiatæ*] Sparta, quæ et Lacedæmon, Laconiæ in Peloponneso caput, a Sparto Inachi nepote fundata, a Lycurgo optimis temperata legibus, a Sophiano vocatur *Misitra.* Dissentiunt recentiores alii, ejusque rudera videri aiunt, ubi vicus est Moreæ *Palæochori* aliquot milliaria dissitus a Misitra.

[c] *Thebani*] Thebæ urbs Bœotiæ caput; a Sophiano *Thiva* appellatur.

[d] *Macedones*] Macedonia, celebris Græciæ regio; nunc partes habet quatuor, quæ dicuntur *Iamboli*, *Macedonia*, *Comenolitari*, et *Ianna*.

[e] *Definitio*] Referenda est ad locos, de quibus in Topicis.

[f] *Injuriæ*] Angustioribus, quam par sit, injuriam terminis coërcet: quid enim, si quis alteri pecuniam aut clam surripuerit, aut vi abstulerit, non faciet injuriam? Rectius Aristot. Rhet. I. 10. Ἔστω δὴ τὸ ἀδικεῖν τὸ βλάπτειν ἑκόντα παρὰ τὸν νόμον. *Injuria afficere est sponte contra leges alicui nocere.*

omnem[7] rei cujuspiam vim et potestatem ita dilucide proponit, et breviter explicat,[8] ut neque pluribus verbis oportuisse dici videatur, neque lucidius potuisse dici putetur.[9]

XXVI. Transitio[g] vocatur, quæ, cum ostendit breviter quid[10] dictum sit, proponit item brevi quid sequatur,[11] hoc modo: In patriam[12] cujusmodi fuerit, habetis: nunc in parentes[13] qualis extiterit, considerate. Item, Mea in istum beneficia[14] cognoscitis; nunc, quomodo[15] iste mihi gratiam retulerit, accipite.[16] Proficit hæc aliquantulum[17] exornatio ad duas res: nam et quid[18] dixerit commonet, et ad reliquum comparat auditorem.

36. Correctio[h] est, quæ tollit id quod dictum est, et pro eo id, quod magis idoneum videtur, reponit, hoc pacto:[19] Quod si iste suos hospites rogasset, immo innuisset[s] [20]

[s] *Si nutu ab iis petiisset.*

*comm.* Al. teste Grævio, *Hæc ergo comm.*—7 Lamb. *quia omnem.*—8 *Explicat* non est in A G et Tur.—9 A G, Erf. Leid. 3. 4. *neque brevius potuisse,* nisi quod Leid. 3. *posse.* Schutz. e conj. edidit, *ut neq. plur. verbis op., neq. lucidius pot. dici videatur.*

Cap. xxvi. 10 Al. teste Grævio, *quod dictum.* Dein Leid. 4. *prop. ratione brev.* Pith. *prop. idem breviter.* Edd. pr. quoque habent *breviter.*—11 '*Quid sequatur*] Al. *quod seq.* Duisb. *quid consequatur.*' Græv. '*Quid seq.*] Sic Leid. 2. et ed. Med. In reliquis *quid conseq.*' Oud. A G L R ψ, Tur. et Orell. *quid consequatur.* Vulg. *quid sequatur.*—12 '*Hoc modo. In patriam*] Mss. *hoc pacto. Modo:* nisi quod in Leid. 2. sit *hoc modo. Modo;* et in Voss. 3. *hoc modo pacto.* Placet mihi *hoc pacto. Modo in, &c.* Ei voci opponitur *nunc.* Dein *in patrem* Leid. 1. 3. 4.' *Oud.* A ψ *hoc pacto: Modo in patrem:* G R et Orell. *hoc pacto: In patriam.* Vulg. *hoc modo: In patriam.* Vid. Nott. Varr.—13 A, Erf. Leid. 1. 4. *nunc parens qualis:* Voss. 2. *nunc in patres qualis.*—14 A *beneficium.* Tum '*Cognoscitis*] An *cognostis?*' Orell. et quod Wetzel. conjecerat.—15 Lamb. ed. *nunc quam iste.*—16 G *gratias ret., considerate.*—17 '*Aliquantum*] Deest Leid. 3. In Voss. 2. 3. Leid. 4. edd. pr. *aliquantulum.*' Oud. *Aliquantulum* quoque G, Pith. Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *aliquantum.*—18 A *nam et quod dix.* G *nam quid dix.*—19 Pith. *hoc modo.*—

## NOTÆ

[g] *Transitio*] Perfecta est qua utrumque exponitur, et quid dictum fuerit, et quid dicendum sit: imperfecta alterum tantum exprimit, ut apud Tullium in orat. pro Rosc. 'Age nunc illa videamus, judices, quæ consecuta sunt.'

[h] *Correctio*] Illustris est illa ad laudem apud Cic. correctio l. II. de Off. 'Italiam ornare quam domum suam maluit; quanquam Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatior.' Hæc ad convicium aculeata pro Cœlio in sororem Clodii: 'Quod quidem facerem vehementius, nisi inimicitiæ intercederent cum istius mulieris viro: fratrem volui dicere: semper hic erro.'

modo; hoc facile[1] perfici posset. Item,[2] Nam postquam isti vicerunt, atque[3] adeo victi sunt: eam[4] quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quam boni dederit? O[5] virtutis comes invidia, quæ bonos insequeris[6] plerumque, atque adeo[7] insectaris![t] Commovetur[8] hoc genere animus auditoris. Res enim communi verbo[9] elata, tantummodo dicta videtur: ast ea,[10] post ipsius oratoris correctionem, magis idonea[11] fit pronuntiatione.[u] Non igitur satius esset,[12] dicet aliquis, ab initio, præsertim cum scribas, ad optimum et electissimum[13] verbum devenire? Est, cum non est[14] satius, si commutatio verbi id erit demonstratura,[15] ejusmodi rem esse, ut, cum[16] eam communi verbo appellaris, levius dixisse videaris; cum ad electius verbum accedas,[17] insigniorem rem[18] facias:[x] quodsi continuo venisses ad id verbum, nec rei, nec verbi gratia animadversa[19] esset.

[t] *Quæ bonos plerumque sequeris, immo persequeris.*
[u] *Graviori affirmatione.*
[x] *Aliquando tempus est, cum non præstat optimum verbum initio ponere, scilicet quando commutato vocabulo videberis minus aliquid dixisse communi verbo, ut prolato meliori verbo rem facias illustriorem.*

20 A et Leid. 4. *annuisset:* Voss. 1. *innuisset hoc.* Dein *modo* non est in ψ.—1 '*Facile hoc perf.*] Is Mstorum ordo; non *hoc fac.*' Oud. *Facile hoc* etiam Tur. et Orell. In G *id facile perf.* Vulg. *fac. hoc perf.* Vid. Nott. Varr.—2 Tur. omittit *Item.* Tum voculam *Nam,* quæ Lamb. et Schutz. ejecerunt, Orell. uncis inclusit. In ψ legitur *Nunc postquam.*—3 L ψ, Leid. 3. 4. *immo adeo.*—4 Lamb. Schutz. et Orell. legunt *nam quomodo;* quam lectionem Ern. malit recipere.—5 Schutz. e conj. habet *Item: O virt.*—6 G L, Voss. 1. Leid. 2. 4. *sequeris.*—7 L R ψ, tres Mss. Oud. et ed. Med. *immo adeo ins.* et sic Pith. et margo Cratandri. Voss. 3. *atque imo ins.* Deest *atque* ab A, et *adeo* ab Erf. et Voss. 1.—8 In A *Commonetur.*—9 In eodem Ms. *verba.*—10 '*Ast ea*] Voss. 3. Leid. 2. non habent *ast.* In Voss. 1. *at.* In ed. Med. *at ea res.*' Oud. *Ast* quoque in L ψ deest. Lamb. et Schutz. omittunt voces *ast ea;* quas Orell. uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—11 Schutz. edidit *magis insignis idonea,* quia postea est 'insigniorem rem facias.' Tum A, Tur. Erf. Duisb. Voss. 2. Leid. 3. 4. *pronunciatio.*—12 G *Nonne igitur,* et A G ac Erf. *satius esse.* Schutz. de Ern. sententia, *satius est.* Porro G *diceret aliquis.*—13 Duisb. Voss. 3. Leid. 2. 4. et Lamb. ed. *lectissimum:* ed. Med. *ad lectiss.* R *delectissimum:* Voss. 1. *elegantissimum.*—14 A *Quum est satius,* omissis *est* et *non:* Duisb. *Est tum est satius.*—15 A *erit demonstrata ira:* Erf. *erit demonstratur.*—16 R *ut, sed cum.*—17 '*Cum ad electius verbum accedas*] Leid. 1. a m. pr. *cum adfectantis verbum accedat;* suprascr. *ad.* Hinc in Leid. 4. *cum ad adfectantis v. accedat:* Leid. 3. *ad adfectatius v. accedat:* Voss. 2. *ad elegantius v.*' Oud. G R *affectius verbum:* ψ *affectantis verbum.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—18 Erf. *insigniores res:* ψ, Tur. et Lamb. ed. *insigniorem,* sine *rem.*—19 Erf. *gratia nostri adversa.*

XXVII. 37. Occupatio[i] est,[20] cum dicimus, nos præterire, aut non scire,[1] aut nolle dicere id quod tunc[2] maxime dicimus, hoc modo: Nam de pueritia quidem tua, quam tu omni intemperantiæ addixisti, dicerem, si hoc tempus idoneum putarem: nunc consulto[3] relinquo. Et illud prætereo, quod te tribuni rei militaris infrequentem tradiderunt;[y][4] deinde quod injuriarum[z] satisfecisti L. Labeoni, nihil ad rem[5] pertinere puto. Horum nihil dico: revertor ad illud de quo judicium est.[6] Item, Non dico te ab sociis pecunias accepisse:[7] non sum in eo occupatus, quod civitates, regna, domos omnium depeculatus[8] es:[a][k] furta, rapinas tuas omnes[9] omitto. Hæc utilis[10][l] est exornatio, si aut rem, quam non pertineat aliis ostendere, occulte[11]

[y] *Tribuni militum dixerunt te sæpius abesse ab exercitu.*
[z] *Injuriarum causa.* [a] *Compilasti.*

CAP. XXVII. 20 Schutz. *Occultatio est*, e Spaldingii correctione ad Quintil. IX. 3. 98.—1 ψ omittit verba *aut non scire.*—2 Idem Ms. non habet *tunc.*—3 Voss. 3. *ex consulto.*—4 '*Quod rei mil. te inf. tradidisti*] Nos hic verbum unum reposuimus ex duobus Gryph. libris Mss. quo planissima lectio redditur: *quod tribunis rei mil. te inf. reddidisti.* Ita autem se legisse in Ms. Lamb. testatur.' *Brut.* 'Leid. 1. a m. pr. *et rei mil. te inf. trad.* cui consentit ed. Omnib. omisso *et.* Leid. 3. *Te tribuno rei familiaris inf. trad.* Pro *te* in Voss. 2. *et.*' Oud. In A quoque *et rei mil.* Tur. *te rei militari:* G ψ omittunt *te tribuni.* Denique pro *tradiderunt*, A G habent *te tradidisti.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—5 '*Ad hanc rem pert.*] Ex Erf. Pith. et meo cod. adjeci *hanc.* Al. *ad rem pert.*' Græv. *Ad hanc rem* quoque cum edd. pr. dant A L R et omnes Mss. Oud. excepto Leid. 3. Vulg. *ad rem pert.*—6 '*Revertor ad illud de quo judicium est*] Voss. 1. *revertar ad ill. unde jud. est.* A Leid. 4. abest *quo.* Ed. Med. *sed rev.* Ed. Omnib. *judicatum.*' Oud.—7 Pith. *a sociis pec. acc.* Leid. 3. *pecuniam acc.* Voss. 2. Erf. et Cauch. *pecunias cepisse.* '*Pecunias accep.*] Sic in impressis fere omnibus legitur: *cepisse* habent duo Gryph. Mss.' *Brut.*—8 'Voss. 1. Leid. 1. *domus omn.* Tum ed. Med. *depopulatus*, e glossa.' *Oud.* —9 '*Rapinas omnes tuas*] Hic ordo in Mss. omn. et edd. pr. nisi quod *omnes* non compareat in Voss. 1.' *Oud.* Tur. Lamb. et Orell. *rap. omnes tuas.* Vulg. *rap. tuas omnes.*—10 Pith. *Hæc ideo utilis.*—11 Erf. *si aut ad rem, quam non pertinet alii ost., quod occ.* Schutz. *si aut ad rem, quod non pertineat aliis ost., occ.* 'Lamb. *quam non attineat*, multo magis ex usu et ratione Lati-

NOTÆ

[i] *Occupatio*] Melius ab aliis prætermissio vel præteritio appellatur: cujus exemplum suggerit Tullius Philipp. II. § 6. 'Et quidem cujus temperantiæ fuit de M. Antonio querentem abstinere maledicto?' &c.

[k] *Depeculatus es*] Cum primis temporibus maxima pars divitiarum ex pecoribus constaret, qui furarentur, depeculari dicti sunt.

[l] *Hæc utilis*] Adhibendam esse prætermissionem tribus de causis monet Hermogenes; vel quia res sunt parvæ, vel quia notæ, vel quia ingratæ.

admonuisse prodest, aut si longum est, aut ignobile,[12] aut planum non[13] potest fieri,[b] aut facile potest reprehendi;[14] ut utilius[15] sit occulte fecisse[16] suspicionem, quam hujusmodi[17] intendisse orationem, quæ redarguatur.[c]

Disjunctio est,[18] cum eorum, de quibus dicimus,[19] aut utrumque, aut unumquodque certo concluditur verbo, sic: Populus Romanus Numantiam delevit, Carthaginem sustulit, Corinthum disjecit,[20] [m] Fregellas evertit. Nihil[1] Numantinis vires corporis auxiliatæ sunt; nihil Carthaginiensibus scientia rei militaris adjumento fuit; nihil Corinthiis erudita[2] calliditas præsidii tulit; nihil Fregellanis[3] morum et sermonis societas[4] opitulata est. Item, Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur. Hic utrumque, et[5] in superiore exemplo unamquamque rem certo verbo concludi videmus. 38. Conjunctio est, cum interpositione[6] verbi et superiores orationis partes comprehenduntur, et inferiores, hoc modo: Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate.[7] Adjunctio est, cum verbum, quo res comprehenditur,[8] non interponimus, sed

[b] *Aut manifestum aut impossibile.*

[c] *Ut sit utilius rei quæ prætermittitur suspicionem dare, quasi esset alicujus momenti, quam eam aperte exponere, quæ facile refutari possit.*

ni sermonis.' *Brut.* Vulg. ut Ern.—12 A L et Pith. *aut long. est:* et sic Erf. in quo legitur *aut nobile.*—13 L R ψ *ignob., non pot. fieri.* '*Aut planum, aut non pot. fieri*] Secundam conjunctionem non invenio ullibi in Mss. quæ satis bene hinc potest abesse.' *Gronov.* 'Non est *aut* in Erf. Pith. Cauch. et Mss. quos Gronovius evolvit.' *Græv.* '*Aut pl. non pot. fieri*] Ita corrigendum, Mss. omn. et edd. pr. auctoribus. Prave inseruerunt alterum *aut.*' Oud. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *aut pl. non pot. fieri.* Al. edd. *aut pl. aut non pot. fieri.*—14 A *aut quod facile,* et R *deprehendi* omisso *potest.*—15 In A *aut utilius:* Erf. *utilius,* sine *ut.*—16 Lamb. conj. *jecisse.*—17 Erf. quatuor Mss. Oud. et ed. Med. *ejusm.* Tum Lamb. solus *intend. accusationem:* Tur. margo Crat. et Orell. *intend. actionem.* Vulg. *intend. orationem.*—18 ψ, Erf. Duisb. quatuor Mss. Oud. et ed. Med. *Disjunctum est.*—19 Voss. 3. *de quibus agimus.*—20 Voss. 1. Leid. 2. *Cor. dejecit:* G *Cor. devertit.*—1 L *Item, Nihil.*—2 In A *Corinthis erud. call.* Erf. omittit *erudita.*—3 Erf. *Fragellanis.*—4 G *sermonum,* et A *sacietas.*—5 Deest copula Erf. Duisb. et quatuor Mss. Oud.—6 In A et uno Gryphii libro *per interpositionem.*—7 A *venustate.*—8 R *comprehen-*

NOTÆ

[m] *Corinthum disjecit*] Notissima urbs Achaiæ Corinthus a L. Mummio consule capta et incensa est, A. U. C. 608. ante Chr. 146. Vulgo nunc dicitur *Coranto,* Turcis *Gereme,* ut ait Leunclavius.

aut primum aut postremum [9] collocamus. Primum, hoc pacto: [10] Deflorescit formæ dignitas aut morbo aut vetustate.[11] Postremum sic: Aut morbo aut vetustate [12] formæ dignitas deflorescit. [*p.* 33.] Ad festivitatem disjunctio [13] est apposita; quare rarius utemur ea,[14] ne satietatem pariat: ad brevitatem conjunctio; [15] quare sæpius adhibenda est. Hæ tres exornationes de simplici genere manant. [d] [16]

XXVIII. Conduplicatio [n] est, cum ratione amplificationis aut commiserationis,[17] ejusdem unius, aut plurium [18] verborum iteratio, [19] hoc modo: Tumultus C. Gracchi tumultus domesticos et intestinos comparat.[20] Item, Commotus non es, cum tibi mater pedes amplexaretur,[1] non es commotus? Item, Nunc etiam audes in horum conspectum venire, proditor patriæ, proditor, inquam, patriæ, venire audes in horum conspectum? Vehementer auditorem [2] commovet ejusdem redintegratio [e] [3] verbi, et vulnus majus

[d] *Oriuntur ex grammaticæ præceptionibus, ubi agitur de conjunctionibus.*
[e] *Repetitio.*

*duntur.*—9 Voss. 1. *sed hoc aut pr.*, et G *aut extremum coll.*—10 G *hoc modo.*—11 A *venustate.* Tum A et quinque Mss. Oud. *Postremo.* Pro *sic*, G *fit* habet.—12 A *venustate.*—13 Idem Ms. *disjunctionis.*—14 In Erf. *ea* omittitur.—15 Pro *ad brevitatem*, L habet *brev. parit.* Dein G *conjunctio posita est:* ψ et Tur. *conjunctio apposita est.* ‘*Ad brev. conj.*] Voss. 1. 3. ed. Omnib. *brevitatem parit conj.* Leid. 2. *at brev. pariat conj.* Leid. 1. 3. Voss. 2. ed. Med. *ad brev. conj. est apposita.* Frustra.’ *Oud.* Vulg. *ad brev. conj.* Vid. Nott. Varr.—16 Schutz. delevit verba *Hæ tres exorn. de simpl. gen. manant* ut ineptum glossema.

Cap. xxviii. 17 ‘*Miserationis*] Antiquiores libri Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. edd. pr. dant *commiserationis.*’ Oud. Tur. *miserationis.* Vulg. *commiserationis.* Vid. Nott. Varr.—18 L R ψ *plurimorum.*—19 G *reiteratio.*—20 ‘*Tum. C. Gracchi*] Leid. 1. *tum. C. Gracchus:* Leid. 3. *tum. Gracchus Gracchus.*’ Oud. *Tum. C. Gracchus* quoque Tur. et Orell. Vulg. *tum. C. Gracchi.* Dein ‘*Tum. dom. et int. comparat*] Leid. 1. Voss. 2. *tum. et dom. et int.* Leid. 3. *et int. et dom.* Voss. 1. *tum. domesticos hostes et int.* In eodem Leid. 3. *comparavit:* Leid. 1. *compararat.*’ Oud. G quoque habet *domesticos hostes*, et R ac Lamb. ed. *comparavit.* Totam sententiam sic dant Schutz. et Wetzel. *Tum. Gracchi, Gracchi tum. dom. et int. comparant.* Vid. Nott. Varr.—1 Pith. *mater tibi*, et G *pedes amplexetur.* Tum Pith. *comm. non es.*—2 Pith. *auditores.*—3 A G et

NOTÆ

[n] *Conduplicatio*] Ἀναδίπλωσιν Græci vocant. Cicero Catil. I. § 1. ‘O tempora! o mores! senatus hoc intelligit, consul videt: hic tamen vivit! Vivit? immo vero etiam in senatum venit: fit publici consilii particeps: notat et designat oculis ad cædem unumquemque nostrum.’

efficit in contrario causæ;[f] [4] quasi aliquod telum sæpius perveniat in eandem partem corporis. Interpretatio [o] est, quæ non iterans idem redintegrat [5] verbum, sed id commutat, quod positum est,[6] alio verbo, quod idem valeat, hoc modo: Rempublicam radicitus evertisti, civitatem funditus dejecisti.[7] Item, Patrem nefarie verberasti, parenti manus scelerate intulisti.[8] Necesse est ejus, qui audit, animum commoveri, cum gravitas [9] prioris dicti renovatur interpretatione verborum.

39. Commutatio [p] est, cum duæ sententiæ inter se discrepantes ex transjectione [g] ita efferuntur, ut a priore posterior, contraria priori, proficiscatur, hoc modo: Esse [h] [10] oportet, ut vivas; non vivere, ut edas. Item, Ea re [i] poëmata non facio, quia, cujusmodi volo, non possum; cujusmodi possum, nolo. Item, Quæ de illo dicuntur, dici non possunt; quæ dici possunt, non dicuntur. Item, Si poëma loquens pictura est; pictura tacitum poëma debet esse.[11]

[f] *In contraria causa.* [g] *Transpositæ.* [h] *Comedere.* [i] *Idcirco.*

Pith. *integratio.*—4 Lamb. conj. *in contraria causa.* Vid. Nott. Varr.—5 A G R *reintegrat.*—6 Pith. *positum est verbum,* et A *ab alio verbo.*—7 In Leid. 4. legitur *disjecisti,* et vox *Item* in A deest.—8 Erf. et Cauch. *attulisti.*—9 ψ *pravitas.*—10 Idem Ms. *Edere op.*—11 '*Si poëma loquens pict. est, &c.*] Pith. *poëma loq. pict. est, tac. poëma deb. esse:* Erf. *poëma loq. dictum tac. poëma.*' Græv. '*Si poëma loq. pict. est*] Ab Mss. omn. et ed. Omnib. abest τὸ *si.* Exemplum hoc exsulat ab Leid. 4. ed. Med.' *Oud.* Voces *Item: Si poëma . . . debet esse* in G desunt. Conjunctio *Si,* et *pictura* ante *tacitum* non sunt in A ψ. In Leid. 3. legitur *mutum poëma.* Vulg. ut Ern. Vid. Victor. Var. Lectt. XXII. 24.—

## NOTÆ

[o] *Interpretatio*] Latius patet quam hic describitur: est enim interpretatio ornata ejusdem sententiæ verbis idem fere valentibus explicatio. Tullius Verr. IV. § 45. 'Superbum est enim, judices, et non ferendum, dicere prætorem in provincia homini honesto, locupleti, splendido, Vende mihi vasa cælata: hoc est enim dicere, Non es dignus tu qui habeas quæ tam bene facta sint; meæ dignitatis ista sunt. Tu dignior, Verres, quam Calidius?'

[p] *Commutatio*] Græcis est ἀντιμεταβολὴ, cujus egregium exemplum suggerit Musonius philosophus apud Gell. lib. XVI. 'Si quid boni feceris cum labore, labor quidem transit, bonum autem manet; si quid turpe feceris cum voluptate, voluptas quidem transit, turpe autem manet.' Et Tullius de Leg. lib. III. 'Vere,' inquit, 'dici potest magistratum esse legem loquentem, legem autem mutum magistratum.'

Item, Quia stultus es, ea re taces; non tamen, quia taces, ea re stultus es.[12] Non potest dici,[13] quam commode fiat, cum contrariæ sententiæ translatione[14] verba quoque convertantur. Plura subjecimus[15] exempla, ut, quoniam difficile est hoc genus exornationis inventu,[16] dilucidum esset, ut,[17] cum bene esset intellectum, facilius in dicendo inveniretur.

XXIX. Permissio[q] est, cum ostendimus[18] in dicendo, nos aliquam rem totam tradere et concedere alicujus voluntati, sic: Quoniam omnibus rebus ereptis, solus superest[19] animus et corpus, hæc ipsa, quæ mihi de multis sola relicta sunt, vobis et vestræ condono[20] potestati. Vos me,[1]

12 G ψ, Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *Si stultus es.* ‘*Quia stultus es, &c.*] Pith. et Cauch. *si stult. es, ea re taces, non tamen, si taces, ea re stultus es.* Monstrosa est scriptura libri Erf. *Stultus es, ea re taces: sapiens tamen et tacens ea re stultus es.*’ Græv. ‘*Non tamen quia taces*] Leid. 4. *sapiens tamen et tacens.* Desunt *non tamen quia* in Voss. 2. In ceteris rursus et edd. pr. *si taces.*’ Oud. *Si taces* quoque A G L ψ et Tur. Hinc Ern. conj. *si quia stultus es.*—13 ψ *commode dici.* Dein ‘*Quin commode fiat*] Voss. 1. Leid. 1. 3. *quam comm. fiat*: ed. Omnib. *qui comm. fiat.*’ Oud. In A quoque *qui comm. fiat*: Tur. Junt. Schutz. Wetzel. et Orell. *quam comm. fiat*: G L R ψ *quin comm. fiat*; et sic vulg.—14 Erf. Tur. Voss. 2. 3. Leid. 3. 4. et Orell. *cum contr. sent. relatione*: Voss. 1. Leid. 1. *cum in contr. sent. transl.*: Lamb. ed. *cum in contr. sent. relatione.* Vulg. *cum contr. sent. transl.*—15 G L R ψ, Tur. Voss. 1. Leid. 1. 3. *hic subjecimus*: A *subiciemus.* Duisb. et Leid. 4. non habent *exempla.*—16 Pith. *inventum*: ψ *inconventu.*—17 *Ut* in G deest. Pro *ut*, Ern. suspicabatur *et* legend. Voces *dilucidum esset, ut* delevit Schutz.

CAP. XXIX. 18 Erf. Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. ed. Omnib. *ostendemus.*—19 ‘*Omnibus ereptis, superest, &c.*] Secutus sum Pal. 4. et 6. quibus secundas faciebat Bruil. additum hactenus, *omn. ereptis solum mihi sup.* plane superflue.’ *Grut.* ‘Pith. *ereptis solum modo superest.* Vulgg. *ereptis mihi superest.*’ Græv. ‘*Superest animus*] Sic Leid. 1. In ceteris et edd. pr. præfiguntur *solum mihi.* Voss. 2. *anima.*’ Oud. A *omn. rebus surreptis*, et A G L R ψ *solum mihi superest.* Tur. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *omn. rebus ereptis, superest.* ‘*Solus superest*] Restitui *solus*, quod Mss. plerique habent et edd. 1474. 1475. Med. utraque, Junt. Ald. &c. nisi quod fere *solum* habent, usitato ævo inferiori errore.’ *Ern.* et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—20 L *dono.*—1 ‘*Vos me vestro*] Sic Mss. quinque: verissime. V. Gronov.

## NOTÆ

q *Permissio*] Sive concessio tum fit, cum orator aliquid de suo remittere, et adversario videtur iniquum concedere, ut quæ deinde dicturus est, graviora videantur. Tullius Verr. II. § 46. ‘Quæ est ista prætura? Eripis hæreditatem quæ venerat a propinquo, venerat testamento, venerat legibus . . . Verum esto, eripe hæreditatem propinquis, da palæstritis, prædare in bonis alienis, nomine civitatis: everte leges, testamenta, voluntates mortuorum, jura vivorum. Num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit?’

quo pacto vobis[2] videbitur, utamini, atque abutamini[k] licebit impune:[3] in me, quicquid libet,[4] statuite: dicite, atque obtemperabo.[l][5] Hoc genus tametsi alias quoque nonnunquam tractandum est, tamen ad misericordiam commovendam vehementissime[6] est accommodatum.

40. Dubitatio[r] est, cum quærere videtur[7] orator, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus[8] potissimum dicat, hoc modo: Obfuit[9] eo tempore plurimum reipublicæ consulum sive stultitiam, sive malitiam dicere[10] oportet, sive utrumque. Item, Tu istud ausus es[11] dicere, homo omnium mortalium? nam quo te,[12] digno moribus tuis, appellem nomine? Expeditio[s] est, cum rationibus compluribus[13] enumeratis, quibus aliqua res aut fieri aut non fieri[14] potuerit, ceteræ tolluntur, una relinquitur, quam nos[15] intendimus...

[k] *Bene vel male accipite.* [l] *Statim parebo.*

et Græv. *Vos me vero* Voss. 2. ed. Med.' *Oud.* Græv. Schutz. et Orell. *Vos me vestro:* Tur. *Vos me vero.* Vulg. tantum *Vos me.*—2 *Vobis* in L deest. Tum A L et al. teste Grævio, *videtur.*– 3 '*Licebit impune*] Pal. 4. 6. Bruil. habent *impunite.*' Grut. 'Nonnulli Mss. *licebit impunite:* edd. vetustiores *licebit: impune in me:* margo Cratandri *licebit, imponite.*' Græv. Voss. 1. et Leid. 1. a m. sec. *inpunite:* L, Leid. 2. Voss. 3. *imponite.*—4 Voss. 3. *quis quid quilibet:* Leid. 4. *quod libet:* A G et ed. Omnib. *quid libet.* Vid. Nott. Varr.—5 '*Atque obtemperabo*] Lamb. vocem *atque* non habet. Forte non male legi possit *æque obtemperabo:* nam *atque* ferri non potest, quæ vulgata lectio est.' *Brut.* G *atque parebo.* Vid. Nott. Varr.—6 Pith. *vehementer.*—7 A G L, Erf. quatuor Mss. Oud. et edd. pr. *videatur.*—8 ψ omittit *de pluribus.*—9 Erf. *Offuit.*—10 G ψ et Tur. *dici.*—11 Pith. *tu istud audes dicere:* Erf. *tu ista audes dicere.* '*Tu istud ausus es*] Voss. 1. Leid. 2. *illud.* Voss. 3. *audes.* Voss. 2. *tu istud tu ausus es:* quod placet.' *Oud.*—12 '*Quæro, quonam te*] Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. 3. 4. *q. nam quo te:* Voss. 2. *q. namque quo te.* Sed egregie jam ed. Med. dedit *nam quo te,* omisso verbo *quæro,* quod languidam reddit sententiam. V. Græv.' *Oud.* R, Lamb. Grut. Græv.-Burm. *quæro, quonam te.* In A *quenam te,* et G *quo te,* sine *quæro.* Lips. Tur. Lall. Schutz. et Wetzel. . . . *nam quo te,* omisso *quæro.* Vid. Nott. Varr.—13 Voss. 1. *rat. quam pluribus:* Leid. 3. *rat. quam plurimis:* Voss. 3. *rat. plurimis.*—14 Erf. *aliqua res fieri pot.* A G, Tur. et Erf. *aliqua res fieri, aut non fieri pot.*—15 *Nos* non est in

## NOTÆ

[r] *Dubitatio*] Qua egregie utitur Mamertinus sub init. panegyrici, quem dixit Maximiano Augusto: 'Unde igitur ordiar? Commemorabo nimirum patriæ tuæ in remp. merita?' &c.

[s] *Expeditio*] Sic Tullius in orat. pro Deiot. conjurationis adversus Cæsarem reo, hujus criminis labem ab eo removet, § 15. 'Is igitur non modo a te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus, arguitur domi te suæ interficere voluisse,' &c.

dimus, hoc modo: Necesse est, cum constet istum fundum nostrum[16] fuisse, ostendas, te aut vacuum possedisse, aut usu tuum fecisse,[17] aut emisse, aut hæreditate tibi venisse. Vacuum, cum ego adessem, possidere non potuisti: tuum usu fecisse[18] etiamnum non potes: emtio nulla profertur: hæreditate tibi, me vivo, mea pecunia venire non potuit. Relinquitur ergo, ut me vi[19] de meo fundo dejeceris. 41. Hæc exornatio plurimum juvabit conjecturales argumentationes: sed non[20] erit, tanquam in plerisque, ut, cum velimus, ea possimus uti: nam facere id non[1] poterimus, nisi nobis ipsa negotii natura dabit facultatem.

XXX. Dissolutio[t] est, quæ[2] conjunctionibus verborum e medio sublatis, partibus separatis[3] effertur, hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus.[4] Item, Descende in integram defensionem, noli quicquam recusare, da servos in quæstionem,[5] stude verum invenire. Hoc genus et acrimoniam habet in se, et vehementissimum est,[6] et ad brevitatem accommodatum.

Præcisio[7] [u] est, cum, dictis quibusdam, reliquum,[8] quod

A.—16 A *istud nostr. fund.* Pith. *illum nostr. fund.* Tur. ed. 1474. Schutz. Wetzel. et Orell. *istum fund. nostr.* Vulg. *istum nostr. fund.*—17 Verba *aut usu tuum fec.* in ψ desunt.—18 '*Tuum usu fec.*] Erf. *tuum fec.*' Græv. '*Etiamnum non potes*] Pith. et Lamb. ed. *etiam nunc non potes.*' Idem. '*Tuum usu fec. etiamnum non potes*] Mss. omnes et edd. pr. *Tuum etiam nunc usu fec. non potes*: bene.' *Oud.* Pro *etiamnum*, A L habent *etiam nunc*, et G ψ *etiam.* Orell. *tuum etiam nunc usu fec. non potes.* Vulg. ut Ern.—19 Pro *vi*, A *rivo* habet. Tum Voss. 1. et al. teste Grævio, *ejeceris.*—20 G *Sed et non.*—1 A ψ *Nam fac. cum pot.* Duisb. *Nam fac. non pot.* Erf. *Hæc fac. non pot.* Dein A omittit *nisi.* In Erf. *nisi negotii natura.*

CAP. XXX. 2 '*Dissolutio est, quæ*] Erf. Cauch. Duisb. *Dissolutum est quod.* Sed in Cauch. et Duisb. est tamen *quæ*, non *quod.* Sic superius cap. 27. in Mss. *Disjunctum est*, pro quo in editis *Disjunctio est.*' Græv. *Dissolutum est, quod* etiam G, Tur. Leid. 1. 3. 4. Voss. 2.—3 Al. *separatis partibus.*—4 '*Obtempera leg.*] Additur in Voss. 1. *item, Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.*' Oud.—5 ψ *da servos inde quæst.* Erf. *de servo in quæst.*—6 A omittit *est.*—7 A *Percisio.*—8 G, Tur. et Pith. *dictis aliquibus, rel.* A *dictis rel.* omisso *quibus-*

NOTÆ

[t] *Dissolutio*] Ἀσύνδετον Græce dicitur: quale est illud Cæsaris de victoria sua Pontica, 'Veni, vidi, vici;' et Cicero Catil. II. 'Abiit, excessit, evasit, erupit.'

[u] *Præcisio*] Græcis ἀποσιώπησις, Ciceroni reticentia. Virgil. Ecl. III. 'Novimus et qui te, transversa tuentibus hircis, Et quo (sed faciles Nymphæ risere) sacello.' Et Æn. I. 'Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.'

cœptum est dici, relinquitur in audientium judicio,[9] sic: Mihi tecum præcertatio non est,[m] ideo quod populus Romanus me, nolo dicere, ne cui forte arrogans videar:[10] te autem sæpe ignominia dignum putavit. Item, Tu ista[11] nunc audes dicere, qui nuper alienæ domui?[12] non ausim dicere, ne, cum te digna dixero,[13] me indignum quidpiam[14] dixisse videar. Hic atrocior tacita suspicio, quam diserta explanatio facta est.[15]

Conclusio[x] est, quæ brevi[16] argumentatione ex iis quæ ante dicta sunt, aut facta, conficit id quod[17] necessario consequatur,[18] hoc modo: Quod si Danais[n] datum[19] erat oraculum, non posse capi Trojam sine[20] Philoctetæ[y] sagittis, hæ autem nihil aliud fecerunt,[1] nisi Alexandrum[2] [z] perculerunt; hunc extinguere,[3] id nimirum capi fuit Trojam.[4]

XXXI. 42. Restant etiam decem exornationes verborum: quas idcirco non vage dispersimus, sed a superioribus

[m] *Tecum non contendo.*  [n] *Græcis.*

*dam.* In ψ legitur *reliquum est.*—9 ‘ *Relinquitur in aud. judicio*] Voss. 1. ed. Omnib. *rel. inchoatum:* Voss. 3. *rel. incoactum:* Voss. 2. Leid. 4. ed. Med. *rel. in aud. judicium.*’ Oud. Schutz. Wetzel. et Orell. *relinq. inchoatum in aud. jud.* Tur. *relinq. in jud. aud.* Vulg. *relinq. in aud. jud.* In A *relinq. inchoatum hoc modo: Judicium sic michi tecum in certatione est, ideo quod, &c.* Tum Erf. *præcertatione est:* Lamb. ed. *par certatio non est.*—10 Verba *ne cui forte arrogans videar* absunt a Duisb.—11 A G ψ et Lamb. ed. *istud.*—12 Leid. 3. 4. Erf. et ed. Med. ac Orell. *domi.*—13 A *ne cui, quum re digna dicerem:* G ψ, Erf. et Tur. *ne, cum te digna dixerim:* Pith. *ne, cum te dignum dixero.*—14 Voss. 1. *cuipiam.*—15 Orell. conj. *facti est.*—16 ψ *gravi arg.*—17 Erf. Pith. et Duisb. *conf. quid nec.* Pronomen deest etiam in A, Leid. 1. 2. 4. Voss. 3. ed. Omnib. —18 In A *consequetur.*—19 Al. teste Grævio, *editum.*—20 ψ *Troj. nisi Phil.* —1 Leid. 3. *hæ vero nihil fec.* Vid. Gronov. ad lib. I. c. 4.—2 Ed. Med. *nisi quod Alex.*—3 Voss. 3. *hunc igitur ext.* Ed. Med. *ergo hunc exsting.*— 4 ‘ *Capi fuit Trojam*] Malim sic legi, *capere Trojam fuit.*’ Lamb. Schutz. edidit *capere fuit Troj.*

## NOTÆ

[x] *Conclusio*] Ad argumentationis partes potiori jure quam ad verborum figuras referetur.

[y] *Philoctetæ*] Philoctetes Pæantis filius ab Hercule moriente sagittas Hydræ felle imbutas accepit; sine quibus Trojam capi non posse Græcos monuerat oraculum Delphicum.

[z] *Alexandrum*] Paris, qui et idem Alexander est appellatus, Priami regis Trojanorum et Hecubæ filius, a Philoctete, quanquam alii a Pyrrho tradunt, interfectus est.

separavimus,[5] quod omnes in uno genere positæ sunt.[6] Nam earum [7] omnium hoc proprium est, ut ab usitata verborum potestate recedatur,[a] atque in aliam rationem cum quadam [8] venustate oratio conferatur. De quibus [9] exornationibus nominatio [b] est prima, quæ nos [10] admonet, ut, cui rei [11] nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo [12] verbo nominemus, aut imitationis aut significationis causa : [13] imitationis,[14] hoc modo, ut majores rudere, et vagire, et mugire,[15] et murmurare, et sibilare appellaverunt.[16] Significandæ rei causa, sic : Postquam iste in rempublicam fecit impetum, fragor civitatis inprimis est auditus.[17] Hoc genere raro utendum est, [p. 34.] ne novi verbi assiduitas odium pariat : sed si commode quis eo utatur,[18] et raro, non modo non offendet novitate, sed exornabit etiam orationem.[19] Pronominatio [20] [c] est, quæ

Cap. xxxi. 5 Leid. 4. Duisb. *sed sup.* et A *superavimus.*—6 Erf. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *sunt positæ.*—7 A, Erf. tres Mss. Oud. et ed. Omnib. *eorum.*—8 A *cum ven.* omisso *quadam.*—9 G *E quibus.*—10 Erf. *nosmet.*—11 G L R ψ, Erf. Tur. tres Mss. ap. Gronov. et omnes Mss. Oud. ac ed. Med. *cujus rei.* In A *cui ei.*—12 Pith. *idonee.*—13 Duisb. et Leid. 4. *aut imitationis verbo vel causa, aut significationis:* Voss. 1. *aut imit. causa aut signif.* Voss. 2. *aut imit. causa aut signif. causa :* ψ *aut imit. aut rei significandæ causa.*—14 Voss. 1. et edd. Med. Lamb. *Imitationis causa, hoc modo.*—15 '*Rudere et vagire et mugire*] Voss. 1. *rudire et mugire :* Voss. 2. *vagire aut mug.* Voss. 3. *rudere vagire, aut mug.* Leid. 1. *rudere et mug.* Leid. 3. *nostri rudere, vagire, mug., murm.* Leid. 4. *fortassis et mug.* ed. Omnib. *rudere et vagire.*' Oud. In Erf. *ut majores audere et mug.* A *rud., vagire, et murm.* G *rud., vagire, et mug., et murm.* Vulg. ut Ern.—16 Erf. et al. *appellarunt.* Tum pro *Significandæ,* A habet *Significatione,* et G *Aut significandæ.*—17 Erf. *inprimis. Hoc,* omissis *est auditus.* Pro *inprimis,* quidam amicus Orellii conj. *in rimis,* Orell. improb.—18 Erf. Pith. *si comm. quis ea utatur et raro, non :* Duisb. *sic comm. proferat quis, et raro non :* G ψ, Tur. et Leid. 4. *si comm. proferat quis, et raro non.* In A legitur *ea utatur.*—19 L, Voss. 1. 3. Leid. 2. *exornat etiam orat.* Voss. 2. Leid. 4. et Duisb. *exornet etiam orat.* Erf. *exornat etium*

NOTÆ

[a] *Ut ab usitata verborum potestate recedatur*] Hujusmodi exornationes tropi sunt. Tropus autem, teste Fabio, est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio. Decem hic enumerantur, cum tamen principes sint tantum quatuor ; synecdoche, metonymia, metaphora, et ironia, de quibus infra disseremus.

[b] *Nominatio*] Notior est Græco nomine ὀνοματοποιΐας, qua nomen fingitur : pro *latrare* dixit Lucretius ' baubari ;' machinæ bellicæ quæ cum sonitu et flamma ferreos globos evomit, recentiores bombardæ nomen fecerunt.

[c] *Pronominatio*] Græcis est ἀντονομασία. Duum esse generum recte Vossius observat : nam vel proprium

sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id quod suo nomine appellari non potest;[1] ut, si quis, cum loquatur de Gracchis,[2] At non[3] Africani nepotes, inquiet,[4] istiusmodi fuerunt. Item, si quis, de adversario cum[5] dicat, Videte nunc, inquit,[6] judices, quemadmodum me Plagiosippus[d] iste[7] tractarit. Hoc pacto non inornate poterimus et in laudando, et in lædendo, aut corpore, aut animo, aut[8] extraneis rebus dicere, sicuti cognomen,[9] quod pro certo nomine[10] collocemus. XXXII. 43. Denominatio[e] est, quæ a propinquis et finitimis rebus[11] trahit orationem, qua

*oratione:* Lamb. ed. *etiam exornabit orationem.*—20 Erf. et Leid. 4. *Pronunciatio.*—1 Erf. *non potest appellari*, Schutz. e conj. edidit *appellari non placet*, Wetzelio prob.—2 A *dum loquitur, de Gracchis dicat.*—3 *Annon* ψ, Erf. et omnes Mss. Oud. excepto Voss. 1. cum ed. Med.—4 A *inquit:* Tur. et Orell. *inquiat.*—5 '*Cum dicat*] Sic Voss. omnes et Leid. 2. 4. Bene. Vulgo deest *cum.*' Oud. *Cum dicat* quoque L, Schutz. Wetzel. et Orell. Vid. Nott. Varr. —6 *Nunc* in A deest: et Orell. solus legit *inquit.*—7 *Me* non est in A. G L ψ exhibent *Plagioxippus:* Tur. *Plagioxyppus;* et pro *iste* in A *ille* legitur. '*Plagiosippus*] Mss. plerique *plagioxippus:* suprascr. in Voss. 1. *flagioxippus.*' Oud. Vulg. *Plagiosippus.* Vid. Nott. Varr.—8 '*Aut in corp. aut an.*] Primum *aut* abest a Mss. omn. et edd. pr. *in* recte etiam deest plerisque libris. *Et animo* Leid. 4. *vel in an.* Voss. 3. *aut in anima* Leid. 2.' *Oud.* '*Aut in extr. rebus*] Rursus *in* deest Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. ed. Omnib. Verissime in Leid. 1. *lædendo corpore aut animo aut extr.* V. Græv.' *Idem.* *Aut* ante *corp.* abest ab A L; præpositio ante *animo* ab A, et ante *extraneis* ab A G. '*Aut corp. &c.*] Ter. delevimus *in*, auctoribus Mss. multis et bonis. . . . Etiam edd. Med. 1498. Junt. non habent in secundo et tertio.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vulg. *aut in corp., aut in an., aut in extr. rebus.* Vid. Nott. Varr.—9 Schutz. et Orell. *sicuti sit cogn.* edd. vett. teste Grævio, *sicuti pronomen.*—10 *Nomine* in A deest. Tum '*Collocemus*] Sic Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. cum Græv. Vulgo *collocamus.*' Oud. *Collocemus* quoque A L, Erf. Cauch. Schutz. Wetzel. et Orell. Al. edd. *collocamus.*

CAP. XXXII. 11 '*Quæ a prop. et fin. rebus*] Erf. *quæ ab prop. et in fin. rebus:* Cauch. *quæ ab rebus prop. et fin.*' Græv. '*Quæ ab rebus prop. et fin.*] Sic legunt Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. 4. ed. Med. Vulgo *a pr. et fin. rebus.* Deest

NOTÆ

ponitur pro communi, ut cum Clodius propter flagitium cum sororibus admissum 'Romanus Jupiter' vocatur a Cicerone, quoniam Jovem ferunt sororem habuisse conjugem; hic Jupiter proprium nomen ponitur pro quovis qui sororem novit: vel commune accipitur pro proprio, ut cum 'Urbs' pro Roma, 'astu' pro Athenis dicitur.

[d] *Plagiosippus*] Hac voce Philippum oratorem designari vulgo consentiunt: sed mira lectionum varietas depravati loci suspicionem affert. Plerisque, ut nobis, placet *Plagiosippus*, qua voce plagium et furtum objicitur Philippo: aliis *Plagioxiphus* a transverso gladio; aliis denique *Plagioxyppus.*

[e] *Denominatio*] Metonymia dicitur a Cicerone, a nonnullis hypallage, fitque cum causa pro effectu, vel subjectum pro adjuncto ponitur, aut contra.

possit intelligi res, quæ non suo vocabulo sit appellata. Id aut ab inventore conficitur,[12] ut si quis de Tarpeio[f] loquens, eum Capitolinum[13] nominet; aut ab invento,[14] ut si quis pro Libero[g] vinum, pro Cerere[h] frugem[15] appellet; aut ab instrumento dominum,[16] ut si quis Macedonas appellarit,[17] hoc modo: Non tam cito sarissæ[i] Græcia[18] potitæ sunt: aut idem, Gallos significans, dicat,[19] Nec tam facile ex Italia[20] materis[k] Transalpina depulsa est: aut id, quod fit, ab eo, qui facit; ut, si quis, cum bello velit ostendere aliquid quempiam fecisse, dicat, Mars[l] istud te[1]

præpositio Voss. 3.' *Oud.*—12 '*Id aut ab inventore*] Erf. *ita ut inventorum:* Duisb. *ita ab inventore.*' Græv. '*Ab inventore conficitur*] Pith. *ab inv. colligitur:* Crat. ed. *id aut ab invento colligitur, aut ab inventore conficitur.*' Idem. '*Id aut ab inventore conficitur*] Leid. 1. 3. 4. ed. Omnib. *ista ab inv.* Voss. 1. 3. *id aut ab invento colligitur aut ab inventore conf.* Voss. 2. *ista aut ab invento aut ab inventore sit: ab inventore conf.* Leid. 2. *id aut ab invento aut ab inventore conf.*' Oud. A R ψ, edd. 1475. Med. 1498. Junt. *Ista aut ab inventore conf.* G L *Id aut ab invento colligitur, aut ab inventore conf.* Vulg. ut Ern. Dein G *ab inventore ut si quis.* A omittit *si quis.*—13 Leid. 1. *Tarpeium, loquens de Capitolio nom.* Vocula *eum* ante *Capitolinum* abest a G et Leid. 3.—14 Pith. *aut ab inventore conficitur, ut si quis:* Erf. *aut invento, ut si quis.*—15 Erf. *fruges.*—16 Leid. 4. *in instr. dom.* ψ, Tur. Leid. 3. *instrumentum pro dom.*—17 '*Macedonus appellarit*] Voss. 1. Leid. 2. 4. *Macedones:* Voss. 2. 3. Leid. 4. *appellet.* Dein Voss. 1. *appellarit Sarissas:* non male.' *Oud.* A, Erf. Pith. *Macedones;* et A *appellaret:* ψ, Pith. Duisb. *appellet.*—18 Pro *sarissæ Græcia,* Erf. habet *ratis egregie.*—19 *Dicat* abest ab A L ψ, Erf. Pith. Duisb. omnibus Mss. Oud. et ed. Med. Dein G *Non tam.*—20 Leid. 4. *ab Italia.* Tum '*Materis*] Deest Voss. 2. *armatura* Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. cum edd. pr. *acies* Leid. 4. *matrix* Leid. 1.' *Oud.* A G L R *Cermatura:* ψ *armatura:* Tur. *matrix.* Vulg. *materis.* Vid. Nott. Varr.—1 Erf. *Mea vis istuc te fac.* Pith. *Mars et*

## NOTÆ

[f] *De Tarpeio*] Vestalis virgo Tarpeia cum arcem Sabinis prodidisset, ibi eorum scutis obruta Tarpeio monti nomen fecit. Capitolinus quoque dictus est, a capite hominis reperto, cum ibidem templi Jovis fundamenta jacerent.

[g] *Libero*] Bacchus vini repertor appellatus est Liber, an quod Bœotiam, in qua natus erat, liberam fecerit; an quod vinum liberet animum curis, et loquendi libertatem inducat.

[h] *Cerere*] Quam Saturni et Opis filiam frugum inventricem veteres dixere.

[i] *Sarissæ*] Hastæ prælongæ quatuordecim cubitorum, quibus Macedones utebantur.

[k] *Materis*] Teli Gallici genus, cujus meminit Strabo lib. IV. et Sisenna historicus apud Nonium, et alii. Materis Transalpinæ nomine intelligit Gallos, qui sunt, habita ratione Romæ, trans Alpes montes altissimos, quibus ab Italia dividitur Gallia.

[l] *Mars*] Veterum Deus belli præses.

facere necessario coëgit: aut si, quod [2] facit, ab eo quod fit, ut, cum desidiosam artem dicemus, quia [3] desidiosos facit; et frigus pigrum, quia pigros facit: [4] ab eo quod continet, id quod continetur, hoc modo denominabitur: Armis Italia non potest vinci, nec Græcia disciplinis: nam hic pro Græcis et Italis, [5] quæ continent, notata sunt. [6] Ab eo quod continetur, id quod continet, [7] ut, si quis aurum, vel [8] argentum, aut ebur nominet, cum divitias velit nominare. Harum omnium denominationum [9] magis in præcipiendo divisio, quam in quærendo [10] difficilis inventio est, ideo quod [11] plena consuetudo est non modo poëtarum et oratorum, sed etiam quotidiani sermonis, hujusmodi denominationum. [12]

Circuitio [m] est oratio, rem simplicem assumta [13] circumscribens elocutione, hoc pacto: [14] Scipionis providentia Carthaginis opes [15] fregit. Nam hic, nisi ornandi ratio [16] quædam esset habita, Scipio potuit et Carthago simpliciter appellari. [17]

44. Transgressio [n] est, quæ verborum perturbat ordinem

*istud te fac.* A *Mars istud fac.*—2 ‘ *Qui facit*] Sic Mss. omnes ; vere. Vulgo *quod.*’ Oud. *Qui facit* etiam A, Erf. Duisb. Cauch. et Schutz. In G *quis facit :* ψ *quid facit.*—3 Erf. *cum desidiosum Martem dicimus, quod.* G etiam *dicimus ;* et pro *quia* A ψ habent *que.* Tum Leid. 2. *desidium facit* —4 ‘ *Pigros facit*] Sic in solo Voss. 3. Ceteri dant *pigros efficit,* concinnius. *Homines* addunt edd. pr.’ *Oud.* Erf. *quod pigros efficit.* A L R ψ, Tur. Lamb. ed. et Orell. quoque habent *efficit.* Vulg. *quia pigros facit.*—5 Erf. *nam id pro Græcis talis :* Pith. *nam id pro Græcis et pro Italicis.* In ψ quoque *Italicis.*—6 Tur. *nom' notata sunt.* ‘ An *nomine notata sunt?*’ ait Orell. qui cum Schutz. habet *nominata sunt.* Vulg. *notata sunt.*—7 *Id quod continet* non leguntur in A, Duisb. Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. 3.—8 Pith. *et argentum:* A G L, Erf. quinque Mss. Oud. et ed. Med. *aut arg.* Tur. *vel* omittit. Dein Lamb. ed. *vel ebur.*—9 ψ *Horum.* Pro *omnium,* quæ in A deest, G habet *rerum* sup. lin. Denique *denominationum* non est in A ψ. In Tur. legitur *Horum est magis.*—10 Voss. 1. *in inquirendo :* ψ, Voss. 2. Leid. 1. 3. *inquirendo:* Erf. *in quirendo.*—11 ψ *ideoque plena.* G omittit *est* post *consuetudo.*—12 Erf. exhibet *poëtarum memoratorum, sed ;* et mox *hujusmodi nominationum.*—13 ‘ *Assumtam*] Mss. quinque *assumta ;* vere.’ *Oud.* *Assumta* quoque Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. In A G L R ψ *assumtam ;* et sic vulg. Vid. Nott. Varr.—14 ψ *eloquutionem,* et quatuor Mss. Oud. *hoc modo.*—15 Leid. 4. *Carthaginiensium,* et Voss. 1. *opem.*

NOTÆ

[m] *Circuitio*] Sive periphrasis, rem unam pluribus verbis exponit: ut, si quis appellare Ciceronem velit, eloquentiæ Romanæ principem dicat.

[n] *Transgressio*] Hyperbaton appellant Græci, quod schema non ad ver-

perversione, aut transjectione.[18] Perversione sic: Hoc vobis [19] Deos immortales arbitror dedisse pietate pro vestra.[20] Transjectione hoc modo: Instabilis in istum plurimum fortuna valuit.[1] Item, Omnes invidiose eripuit tibi [2] bene vivendi casus [3] facultates. Hujusmodi transjectio, quæ rem non reddit obscuram, multum proderit ad continuationes,[4] de quibus ante dictum est: in quibus oportet [5] verba sint ad poëticum quendam exstructa [6] numerum, ut perfecte et perpolitissime [7] possint esse absolutæ.

XXXIII. Superlatio [o] est oratio superans veritatem, ali-

16 *Ratio* in A omittitur.—17 G *nominari.*—18 '*Aut perversione*] Sic ed. Med. deest *aut* Mss. omn. et ed. Omnib. vel legitur *transject. aut perv.* Ed. Omnib. *et perv.*' Oud.—19 G *nobis.*—20 '*Pietate pro vestra*] Sic Pal. 1. et 2. neque aliter Fabr. aut libri Suffridi. Frequens id verbum apud Comicos. Vulgo erat *virtute pro vestra.*' Grut. 'Firmat hanc scripturam Erfurtensis.' *Græv.* '*Pietate pro vestra*] Voss. 2. Leidd. tres *virtute pro vestra.* Tum *nostra* et supra *nobis* in ed. Med.' *Oud.* A *virtutem pro vita*: G *virtute pro nostra*: R ψ *virtute pro vestra.* Vulg. *pietate pro vestra.*—1 A *invaluit.* Tum *Item* non legitur in A G L, Erf. et Pith. nec *invidiose* in Lamb. ed.—2 A non habet *eripuit tibi.* G habet *eripuit mihi*; ψ, Leid. 1. a m. pr. Leid. 3. 4. *eripuisti*; Voss. 2. et Duisb. *eripuisti tibi.*—3 *Casus* abest ab ψ, Leid. 3. 4. In Pith. Voss. 2. Leid. 1. *causa*: Erf. *causus.*—4 Voss. 1. *ad cont. verborum.*—5 Pro *oportet*, G habet *opus est*, et L *oportet ut.*—6 '*Sicut a poëtis in quemdam, exstruere num.*] Nullus dubito, quin rescribi debeat e Voss. 1. Leid. 2. edd. Med. Omnib. *sint ad poëticum quemdam exstructa num.* Vide Græv.' *Oud.* L *sint ad poëticum quendam exstructa num.* ψ *sint a poëtis in quendam exstruere num.* A G R et Tur. habent eandem lectionem ut vulgatam. '*Verba sint ad poëticum, &c.*] Sic reposuimus e Mss. pluribus et edd. 1474. Med. pr. 1475. Med. sec. Junt. Lectio vulgata *sicut a poëtis in quendam exstruere num.* est ab Aldo.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vid. Nott. Varr.—7 Lamb. et Schutz. *perpolite.*

NOTÆ

ba tantum, sed etiam ad sententias pertinet. Quamobrem a Longino recte definitur verborum aut sententiarum in orationis serie translatio. Præcipue conducit vehementibus animi motibus exprimendis. Quisquis enim vel ira, vel odio, vel metu maxime perturbatur, sui minime compos vix in oratione constat. Sic Æneas, lib. II. Æn. apud Virgil. improviso commotus urbis incendio, ubi arma amens cepit, Trojanorum cohortem ad pugnam excitat: 'Juvenes, fortissima frustra Pectora, si vobis audentem extrema cupido est Certa sequi, (quæ sit rebus fortuna videtis: Excessere omnes adytis, arisque relictis Di, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi Incensæ): moriamur, et in media arma ruamus.' Talis est sensus non perturbatus: Juvenes fortissimi, omnes Dii, quibus hoc imperium steterat, excessere relictis adytis et aris. Frustra succurritis urbi incensæ: si vobis certa cupido est me sequi audentes extrema, in media arma ruamus et moriamur.

o *Superlatio*] Aliis *exsuperatio*, Græcis dicitur hyperbole. Eam Aristoteles Rhet. l. III. juvenibus plerumque

cujus [8] augendi minuendive causa. Hæc sumitur separatim, aut cum comparatione.[9] Separatim sic: Quodsi concordiam retinebimus,[10] imperii magnitudinem solis ortu atque [11] occasu metiemur: cum comparatione, aut a [12] similitudine, aut a præstantia [13] [superlatio sumitur]. A similitudine sic: Corpore niveum candorem,[14] aspectu igneum ardorem assequebatur. A præstantia hoc modo: Cujus [15] ore sermo melle dulcior profluebat. Ex [16] eodem genere hoc est: Tantus erat in armis splendor, ut solis fulgor obscurior [17] videretur.

Intellectio [p] est, cum res tota parva [18] de parte cognos-

Cap. xxxiii. 8 Hoc *alicujus* suspectum Ernestio: Wetzel. delevit.—9 G *Hoc sumitur sep.* Verba *Hæc sum. sep., aut cum comp.* in A desunt.—10 '*Concordiam retinebimus*] Libri publicati adjiciunt *in civitate:* quod exclusi, quod abesset Pal. 4. 6. item Bruil. ac Fabr.' *Grut.* 'Recte Gruterus. Ejus libris adstipulantur Erf. et Duisb.' *Græv.* '*Conc. retin.*] Addunt *in civitate* Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. edd. pr. *retinebitis* ed. Omnib.' *Oud.* G R ψ etiam habent *retinebimus in civitate.* Vulg. *in civitate* omittuntur.—11 '*Ortu atque occasu*] Duisb. *ortu et occ.* Non inepte Pith. *ortu ab occ.*' Græv. Voss. 3. Leid. 4. *et occ.* ψ *ortu* omittit. Dein A *metiremur.*—12 Præpositio in A deest.—13 '*A præstantia*] Mss. omnes *a præsentia*, vel *a pntia.* Et mox quoque.' *Oud.* Præpositio non legitur in A G; et A L ψ, Erf. et margo Cratand. habent *præsentia.* Vulg. *a præstantia.* Tum Schutz. delevit verba *superlatio sumitur*, quæ Wetzel. et Orell. uncis includunt.—14 Leid. 3. *niveo;* et Erf. *ardorem*, pro *candorem.* Dein '*Adspectu igneum ardorem*] Desunt Voss. 2. *Adspectu* abest Leid. 1. a m. pr. In Leid. 3. simpliciter *nivis.*' Oud.—15 Erf. *cum ore:* Lamb. ed. *cujus ex ore.*—16 '*Ex eod. gen.*] Vulgg. et Mss. *Eod. gen.* Duisb. et Lamb. ed. *Ex eod. gen. est.*' Græv. '*Eod. gen.*] Leid. 2. ed. Omnib. *Ex eod. gen.* Leid. 3. *Eod. in gen.*' Oud. '*Ex eod. gen.*] *Ex* addidi e Mss. Cort. Leid. edd. 1474. 1475. Med. sec. Junt. Aldus omisit.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Al. edd. cum A G L R ψ et Tur. non habent præpositionem. Dein pro *hoc est*, in A legitur *est hæc.*—17 Erf. et Cauch. *obscurius.*—18 A omittit *parva.* Mox post *pars*, Schutz. e suspic. addidit, *aut*

NOTÆ

convenire dicit et iratis, quippe quæ vehementem animi motum indicet. Cic. Philipp. ii. 'Quæ Charybdis tam vorax? Charybdim dico? quæ si fuit, fuit animal unum: Oceanus, medius fidius, vix videtur tot res tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam cito absorbere potuisse.' De hyperbole plura Tullius l. ii. de Orat. § 268.

[p] *Intellectio*] Sive synecdoche fit, cum totum pro parte, aut pars pro toto sumitur. Id autem sex modis accidit: vel enim ponitur genus pro specie, ἄστρον pro canicula, quod usurpavit Theophrastus; vel species pro genere, ut Virgil. Æn. ii. 'Sectaque intexunt abiete costas.' Vel totum pro parte; Virgilius, 'Nunc te fluctus habet,' id est tuum corpus; 'Dona dehinc auro gravia sectoque elephanto.' Vel pars pro toto; Ajax apud Ovid. Met. xiii. 'Nempe ego mille meo protexi corpore puppes.'

citur, aut de toto pars. De parte totum sic intelligitur: Non illæ[19] te nuptiales tibiæ ejus matrimonii commonebant? Nam hic[20] omnis sanctimonia nuptiarum uno signo tibiarum intelligitur: de toto pars; ut si quis ei, qui vestitum aut ornatum[1] sumtuosum ostentet,[2] dicat, Ostentas mihi divitias, et locupletes copias jactas. 45. Ab uno plura intelliguntur, hoc modo:[3] Pœno fuit Hispanus auxilio, fuit immanis ille[4] Transalpinus: in Italia quoque idem nonnemo togatus[q] sensit.[5] A pluribus unum sic intelligitur:[6] Atrox calamitas pectora mœrore pulsabat. Itaque anhelans[7] ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur. Nam in superioribus[8] plures Hispani, et Galli, et togati, hic unum[9] pectus et unus pulmo intelligitur: et erit[10] illic diminutus numerus festivitatis,[11] hic adauctus gravitatis gratia.

Abusio[r] est, quæ verbo simili et propinquo pro certo et

*ab uno plura, aut a pluribus unum.*—19 A ψ *Num illæ.* Vid. Not. Varr.—20 Erf. *his.*—1 ψ, Voss. 3. Leid. 3. *vestimentum*, et Leid. 3. *aut ornamentum.*—2 A ψ *ostendet.*—3 '*Intelliguntur, hoc modo*] Erf. *hoc modo intell.* Duisb. *intelligantur hoc modo.*' Græv. 'Leid. 2. 4. Voss. 1. *hoc modo intelligentur.* In tribus et ed. Med. *hoc modo* præcedunt. Ed. Omnib. caret verbo: forsan verius.' *Oud.* *Intelliguntur* deest etiam in ed. 1475. Med. Junt. In A legitur, *Ab uno plurali modo intelligentur.* Vulg. *intelliguntur hoc modo.*—4 Pith. *imm. et ille.*—5 Erf. et Mss. Oud. cum edd. pr. *nonnemo sensit* (Leid. 2. *sentit*) *idem tog.* Verba *quoque idem* in A desunt, spatio relicto. Pro *nonnemo*, A habet *non vemo.* Vulg. *idem nonnemo tog. sensit.*—6 Leid. 4. *intelligetur:* Duisb. *intelligatur.* Voss. 3. et Schutz. omittunt.—7 '*Itaque anhelans*] Probarem præ his Duisburgensis scripturam, *Atque anhelans*, si plures libri annuerent.' *Græv.* *Atque anh.* etiam Leid. 4. Mox Erf. *spiritum ducebat.*—8 ψ *superiore.*—9 '*Hic unum*] Mss. omnes et edd. pr. *et hic unum.* F. *at.*' Oud. *Et hic unum* quoque G L et Duisb. In A *et uni cum.* Dein Voss. 3. *unus pulmo* sine copula.—10 G *et erat illic.* Tum '*Deminutus*] Sic Erf. Vulgg. *diminutus.*' Græv. '*Demin.*] Mss. omnes et edd. pr. *dimin.*' Oud. Lamb. Græv.-Burm. et Orell.

NOTÆ

Et cum Lucanus apicem, quod est fastigium pilei, cujus in extremo est modica lana, usurpat pro ipso pileo, 'Attollensque apicem generoso vertice flamen.' Vel singularis pro plurali; Virgil. 'Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.' Vel denique pluralis pro singulari; Statius, 'Sectæ prætendens colla Medusæ.'

[q] *Togatus*] Cum toga Romanorum esset propria, Romani appellabantur togati.

[r] *Abusio*] Sive catachresis figura est, qua vocis alicujus significationem durius deflectimus ad aliam longe a propria recedentem. Ita calamus sumitur vulgo pro penna, cum ille ex arundine fiat, hæc avium propria sit, ut notavit Isidorus. Parricidæ no-

proprio abutitur,[12] hoc modo: Vires hominis breves sunt, aut parva statura, aut longum in homine consilium,[13] aut oratio magna, aut uti pauco[14] sermone. Nam hic[15] facile est intellectu, finitima verba rerum dissimilium, ratione abusionis esse traducta.

XXXIV. Translatio[s] est, cum[16] verbum in quandam rem transfertur ex alia re, quod propter similitudinem recte videbitur[17] posse transferri. Ea utimur[18] rei ante oculos ponendæ causa, sic:[19] Hic Italiam[20] tumultus expergefecit terrore subito. Brevitatis causa, sic: Recens adventus[1] exercitus subito civitatem exstinxit.[2] Obscœnitatis vitandæ causa,[3] sic: Cujus mater quotidianis nuptiis delectatur.[4] Augendi causa, sic: Nullius mœror et calamitas[5] istius explere inimicitias, et nefariam saturare crudelitatem potuit. Minuendi causa, sic: Magno se prædicat auxilio fuisse, quia paululum in rebus difficillimis[6] aspiravit. Or-

*demin.*—11 Lamb. ed. *festivitatis causa.*—12 Voss. 3. Leid. 4. et Duisb. *qua verbo sim. . . . abutimur.* In G quoque *abutimur.*—13 A *aut parva stadia aut parva statura.* Schutz. conj. *prava statura* legend. Tum A et Erf. *long. in hominem cons.* Pith. *longum consilium.*—14 A *aut in pauco serm.* Duisb. et Leid. 4. *aut, uti parvo serm.*—15 ψ *Nam hoc*, et paulo post A *abusione.*

CAP. XXXIV. 16 A *quæ cum.*—17 '*Videtur*] Erf. et Duisb. *videbatur.*' Græv. '*Videbitur*] Sic Mss. sex et ed. Med. *videbatur* Voss. 3. *videtur* vulgo.' *Oud.* A G L R ψ, Tur. et ed. 1474. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *videbitur.* Al. edd. *videtur.* Tum *posse* in A deest.—18 '*Ea utimur*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *Ea igitur sumitur.* In Mss. quatuor *Ea igitur*, et mox Leid. 1. *fit sic.* Sed correctum *sumitur.*' Oud. Pith. *Ea sumitur rei:* A ψ *Ea igitur rei:* G L *Ea igitur sumitur rei.*—19 A *causa sit, sic.*—20 '*Hic Italiam*] Deest *hic* Leid. 1. *in Italia* Leid. 4.' *Oud.* Erf. *Hic in Italia tum. experg. errore sub.*—1 A *adventu.* Ab *adventus* usque ad finem hujus libri in L deest.—2 Grævii Ms. *civitatem subito*, et ψ *extraxit.*—3 Pro *vitandæ*, A habet *muandæ;* et Tur. omittit *causa.*—4 Erf. *delectetur.*—5 '*Nullius mœror et cal.*] Erf. *nullius hunc fors et cal.* Cauch. *Nullius iniæ, fors et cal.* Lamb. ed. *Nullus urbis mœror et cal.* margo Cratand. *Nullius urbis cal.*' Græv. '*Nullius mœror*] Nos ut Lambin. *Nullis verbis mœror*, edidimus: huic lectioni duobus Gryph. exemplaribus et Leoniceni suffragantibus.' *Brut.* '*Mœror et cal.*] Voss. 3. Leid. 3. *verbi cal.* Leid. 1. 4. Voss. 2. ed. Omnib. *urbis cal.* ed. Med. *urbis mœror et cal.* Forsan, *nullius orbi mœror et cal.*' Oud. A ψ *Nullius urbis et cal.* G *Nullius mœror et cal.* Vulg. ut Ern.—6 '*Difficillimis*] Liber Ms. habet *facillimis* pro *difficillimis:* et ita videtur aptius huic loco.'

## NOTÆ

men cum ad occisorem patris pertineat, extenditur a jurisconsultis ad eum qui principem aut patruum aut patronum interfecerit.

[s] *Translatio*] Consule Tull. de Orat. l. III. § 155. et seqq. ubi fuse et eleganter de metaphora scribit.

nandi causa,[7] sic: Aliquando reipublicæ rationes,[8] quæ malitia nocentum[9] exaruerunt, virtute optimatium revirescent. Translationem dicunt pudentem esse oportere, ut cum ratione[10] in consimilem rem transeat, ne sine delectu[11] temere et cupide videatur in dissimilem[12] transcurrisse.

46. Permutatio[1] est oratio, aliud verbis, aliud sententia[13] demonstrans. [*p.* 35.] Ea dividitur in tres partes; similitudinem, argumentum, contrarium. Per similitudinem sumitur, cum translationes, una, aut plures,[14] frequenter ponuntur a simplici ratione[15] ductæ, sic: Nam cum canes funguntur[16] officiis luporum, cui præsidio pecua[o][17] credemus? Per argumentum tractatur,[18] cum a persona, aut a loco, aut a[19] re aliqua, similitudo, augendi aut minuendi

[o] *Pecora.*

*F. Ursinus.*—7 '*Ornandi caussa*] Erf. *Gravandi caussa.*' Græv. '*Ornandi caussa*] Leid. 1. 3. 4. interponunt *Gravandi c. Nam cum canes, &c.* quæ deinde absunt.' *Oud.*—8 '*Reip. rationes*] Præmittit Leid. 4. *enim.* Voss. omn. Leid. 2. ed. Med. *reip. vires*; ed. Omnib. *populi Ro. vires.*' Oud. Erf. Pith. Tur. margo Cratandri, et Orell. *reip. vires.* A *rep. rationes.* Vulg. *reip. rationes.*—9 Al. *nocentium.* Tum '*Exaruerant*] Mss. omnes, ed. Med. *exuruerunt.*' Oud. A G R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *exaruerunt.* Vulg. *exaruerant.* Mox '*Reviruere*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *revirescent.* In ceteris *revirescunt.*' Oud. G R, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *revirescent*: A ψ *reviruere*; et sic vulg. '*Exaruerunt .. revirescent*] Sic e Mss. et edd. pr. reposuimus pro *exaruerunt . . . reviruere.* In lectione vulgata deberet esse ab initio, *tandem aliquando.*' Ern. Vid. Nott. Varr.—10 A *ratio.*—11 Erf. *ne sine delicto.* Orell. conj. legend. *nec sine delectu.*—12 G R et Tur. *dissimilem rem.*—13 Erf. *sententiis.*—14 A et ed. Med. *aut una aut plures.* Voces *una aut plures* non sunt in Pith. et Erf. nec *aut plures* in Voss. omn. et Leid. 2. 4.—15 '*A simplici ratione*] Pith. *a simili oratione*: Erf. *a simplici oratione.*' Græv. '*A simplici ratione*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *a simili.* Mss. omn. ed. Omnib. *oratione.*' Oud. A G ψ et Tur. *simili*, et A ψ *oratione.* Dein ψ *deducti.*—16 '*Funguntur*] Edd. *fungantur.* Ms. *fungerentur.*' Græv. Vulg. *funguntur.* Tum G *officio.*—17 A G R ψ, Tur. et edd. pr. *cuinam præsidio pecuaria.* Vid. Nott. Varr.—18 ψ *tractantur.*—19 '*Aut a loco, aut a re*] Bis deest præpositio Mss. sex. *Aut re*

NOTÆ

[1] *Permutatio*] Sive allegoria, quam non male continuatam metaphoram dixeris; cum obscurior est appellatur ænigma; cum aliud verbis, aliud sententia, sed oppositum demonstrat, ad ironiam refertur; cum autem aliud, sed simile connotat, proprie est allegoria. Cujus hoc sit exemplum ex Pison. § 20. 'Neque fui tam timidus, ut qui in maximis turbinibus ac fluctibus reip. navem gubernassem, salvamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. Alios ego vidi ventos: alias animo prospexi procellas: aliis im-

causa, ducitur;[20] ut si quis Drusum, Gracchum, nitorem[1] obsoletum[u] dicat. Ex contrario[x] ducitur sic; ut si quis hominem prodigum et luxuriosum illudens,[2] parcum et diligentem appellet.[3] Et in hoc postremo, quod ex contrario sumitur; et in illo primo, quod a similitudine[4] ducitur, per translationem argumento[5] poterimus uti. Per similitudinem, sic: Quid ait[6] hic rex, atque Agamemnon noster, sive, ut crudelitas est,[7] potius Atreus?[y] Ex contrario, si quem impium, qui patrem verberaverit,[8] Æneam[z] vocemus: intemperantem[9] et adulterum, Hippolytum[a] nomine-

ed. Omnib. *aut ab re* Med.' *Oud.* In A G *aut loco aut re aliqua.*—20 A ψ *dicitur.*—1 '*Nitorem obsoletum*] Sic Leid. 1. a m. pr. Sed corr. *numitorem*, ut est in reliquis, vel *numitoremque* cum Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med.' *Oud.* A G *munitorem obs.* R ψ et Tur. *Numitorem obs.* 'Schutz. *Gracchi nitorem obs.* sed puto potius fuisse, *Gracchorum nit. obs.*' Orell. Vulg. *nitorem obs.* Vid. Nott. Varr. Dein Erf. non habet *dicat.*—2 '*Includens*] Deest Leid. 4. *inpudentemque* Leid. 3.' *Oud.* In Erf. *imprudens:* A ψ *imprudentemque:* G *inpudentemque.*—3 A, Erf. quatuor Mss. Oud. et ed. Med. *appellasset.*—4 Erf. *et in illo primo.* et Pith. *ad similitudinem.*—5 Schutz. e suspicione dedit *permutatione per argumentum.*—6 Erf. et Voss. 1. 2. 3. *agit.*—7 '*Sive ut crudelitas est*] Exsulat *ut* a Voss. 2. *credulitas* Leid. 1. 4. Voss. 2.' *Oud.* Lamb. ed. *sive potius, ut crud. est, Atr.* Crat. ed. *sive, ut crudelis est, potius Atr.*—8 '*Si quem imp., qui patr. verberaverit*] Erf. et Duisb. *si quempiam qui patr. verberavit:* Pith. *aut si quem imp., qui patr. verberaverit:* Cauch. *aut si quem imp. qui patrem verberavit.*' Græv. '*Ut si quem imp.*] Sic Mss. omn. et ed. Med. *sic ut si quem* Mss. duo. Vulgo *ut* deest. *Si quempiam* Leid. 4.' *Oud.* '*Verberarit*] Ita Voss. 1. Leid. 1. 3. 4. *verberavit* Voss. 2. ed. Med. Vulgo *verberaverit.*' Idem. In A *ut si quempiam:* G *sic ut si quem imp.* ψ *ut si quem imp.*—9 Erf. *item intemp.*

## NOTÆ

pendentibus tempestatibus non cessi.'

[u] *Nitorem obsoletum* [*Numitorem obs.*] Turnebus de homine seditioso dictum accipit quod Numitor cum suo nepote coortus in Amulium, regno ipsum exturbavit. Idem tamen censet ex antiquis libris potius legendum, *ut si quis Drusum, Gracchum, munitorem obsoletum dicat:* nam Gracchum constat, ut Plutarchus in ejus vita scribit, e viarum munitione plebis Romanæ gratiam sibi conciliasse.

[x] *Ex contrario*] Tumque est ironia. Tullius Philipp. III. § 27. 'O præclarum custodem ovium, ut aiunt, lupum! custosne urbis, an direptor et vexator esset Antonius?'

[y] *Atreus*] Pelopis et Hippodamiæ filius, uxoris stuprum ulturus Thyestæ fratri, filium comedendum apposuit.

[z] *Æneam*] Heroëm illum qui patrem Anchisen ex ardente Troja sublatum humeris eripuit, Virgilii carmine notissimum.

[a] *Hippolytum*] Thesei et Hippolytæ Amazonis filius, cum Phædræ novercæ libidini constantissime resisteret, ab ea apud patrem accusatus fugit; ab equis exterritis dejectus curru et loris implicatus, obiit misere discerptus. At mox ad vitam ab

mus. Hæc sunt fere,[10] quæ dicenda videbantur de verborum exornationibus. Nunc res ipsa monet, ut deinceps ad sententiarum exornationes[11] transeamus.

XXXV. 47. Distributio[b] est, cum in plures res aut personas, negotia quædam[12] dispertiuntur, hoc modo: Qui vestrum, judices,[13] nomen senatus diligit, hunc oderit[14] necesse est: petulantissime enim semper iste[15] oppugnavit senatum. Qui equestrem locum, splendidissimum cupit esse in civitate, is oportet[16] istum maximas pœnas dedisse velit, ne iste[17] sua turpitudine ordini honestissimo maculæ atque dedecori sit. Qui parentes[18] habetis, ostendite istius supplicio, vobis homines impios non placere. Quibus liberi sunt, statuite exemplum, quantæ pœnæ in civitate sint hominibus istiusmodi comparatæ.[19] Item, Senatus officium

Paulo post Erf. *Yppolitum*, et G *nominamus*.—10 G et Pith. *ferme*. In A deest.—11 Erf. et Mss. quinque meliores Oud. *exornationem*.

CAP. XXXV. 12 ψ *Hic sextus incipit liber*. Erf. *Distributionem, cum per plures aut personas:* Duisb. Tur. Leid. 4. et Orell. *Distributio est, cum per plures res aut pers.* Vulg. *in plures res aut pers.* Dein '*Personas certas negotia quædam dispertiuntur*] Erf. et edd. quædam *pers. neg. quædam certa disp.* Duisb. et alii libri ac edd. rectius quam vulgatæ, *pers. certa neg. quædam disp.*' Græv. 'Mss. omnes et ed. Omnib. *pers. neg. quædam certa;* sed abest *certa* ab ed. Omnib.' *Oud.* A G R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt *certas*. A G R *certa quædam*, et Tur. *quædam certa*, quod admodum placet Orell. In ψ *certa quædam* desunt. Vulg. *pers. certas, neg. quædam disp.*—13 '*Qui vestrum judices*] Voss. 2. 3. *quicumque*. Voss. 1. 2. *o jud.* Abest *judices* a Leid. 1. 3.' *Oud.* Dein Voss. 1. *senatusque*.—14 G *ut hunc*, et A *ondere*.—15 *Iste* abest a Leid. 4. et Duisb.—16 Tur. *optet*, omisso *velit*. Tum G R *maximam pœnam:* Leid. 4. *maxime pœne*. Porro G, Leid. 3. 4. carent τῷ *velit*. Vid. Nott. Varr.—17 Schutz. e conj. delevit *iste*. In ψ *ista sua*.—18 Erf. *parentis*, et mox idem Ms. habet *placare*.—19 '*Quibus liberi sunt, statuite exemplum*] Erf. *quibus liberum constat vitæ exemplum*.' Græv. 'Leid. 1. 3. 4. *quibus libertus constat, vitæ exemplum*. Pro *statuite*, in Voss. 2. *ite*.' Oud. In ψ *quibus libertas vitæ constat exemplum quantæ pœnæ sint hom. istiusm. comp.* '*In civ. sint hom. hujusmodi*] Erf. *sint in civ. hom. istiusmodi*. In Canch. quoque Ms. et ed. Lamb. est *istiusmodi*.' Græv. '*Hujusmodi*] Prave Omnibonus mutavit, quod inveni in Mss. omn. et ed. Med. *istiusmodi*.' Oud. *Istiusmodi* etiam G R, Tur. et ed. 1474. cum Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *hujus-*

## NOTÆ

Æsculapio revocatus in Italiam se recepit, et se Virbium nominari jussit, quod bis vir fuisset.

[b] *Distributio*] Est cum totum in partes dividitur. Ut Catil. II. § 7. 'Quis tota Italia veneficus? quis gladiator? quis latro? quis parricida? quis adulter? quæ mulier infamis? quis perditus inveniri potest, qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur?' Poterat sine ornatu rem uno verbo comprehendere; improbi omnes sunt familiares Catilinæ.

est,[20] consilio civitatem juvare: magistratus officium est, opera[1] et diligentia consequi voluntatem senatus: populi[c] officium est, res optimas, et homines idoneos maxime,[2] suis sententiis deligere[3] et probare: accusatoris officium est, inferre crimina; defensoris, diluere et propulsare: testis est, dicere, quæ sciat, aut audierit;[4] quæsitoris[d] est, unumquemque horum in officio suo[5] continere. Quare, L. Cassi, si testem,[6] præterquam quod sciat, aut audierit, argumentari, et conjectura prosequi patieris;[7] jus accusatoris cum jure testimonii commiscebis, testis improbi cupiditatem confirmabis, reo[8] duplicem defensionem parabis. Est hæc exornatio[9] copiosa. Comprehendit enim brevi multa, et suum cuique tribuens officium, separatim[10] res dividit plures.

XXXVI. 48. Licentia[e] est, cum apud eos, quos aut[11]

*modi.* Denique ψ *comparare.*—20 Erf. *sen. est officium,* et mox *magistr. est officium.*—1 A G, Leid. 3. ed. Omnib. *opere et dilig.* ψ, Duisb. et Leid. 4. *honore et dilig.* Paulo post pro *senatus,* in ψ legitur *populi.*—2 Lamb. ed. *maxime idoneos.*—3 '*Sententiis eligere*] Erf. Pith. et margo Cratand. *sent. diligere:* Cauch. *deligere.*' Græv. 'Mss. omn. et edd. pr. *diligere,* vel *deligere.* Vere.' *Oud.* In A *dilegere:* G ψ *diligere:* R, Schutz. Wetzel. et Orell. *deligere.* Vulg. *eligere.*—4 Duisb. *def. est, dil.* et mox idem Ms. et G habent *testis dicere.* '*Quæ scierit aut audierit*] Immo *sciat,* ut est in omnibus scriptis.' *Gronov.* 'Erf. Pith. et alii Mss. *quæ sciat, aut audierit.* Vulgati, *quæ scierit, aut audierit.*' Græv. '*Testis est dicere, quæ sciat*] Deest verbum substantivum Voss. 2. 3. Leid. 1. 3. 4. *Scierit* in solis Voss. 3. Leid. 4. *sciat* recte jam expressum fuit in edd. Med. Omnib.' *Oud.* *Sciat* quoque A G R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. In ψ etiam *aut audiat, Quæstoris.* Vulg. *scierit, aut audierit.*—5 Erf. et Leid. 4. omittunt *suo.*—6 A *Quare, L. Crassi, si in causis teste:* R ψ *Quare, L. Cassi, in causis si testem:* Tur. et Leid. 4. *Quare in causis si testem.* Tum A *quam quod,* et Leid. 2. *scierit.* Vid. Nott. Varr.—7 Tur. Leid. 3. *consequi:* et Leid. 2. 4. ed. Omnib. *patiaris.*—8 Erf. *eo dupl.*—9 G *Est hæc ornatio:* Pith. *Hæc est exornatio.*—10 '*Et suum cuique ... separatim*] Deest copula Voss. 2. 3. Leid. 3. 4. *unicuique* ed. Med. *et separatim* Voss. 2. Leid. 1. 3. 4. ed. Med. *separat et* Voss. 1. 3. Leid. 2. *et separat et* ed. Omnib.' *Oud.* Vid. Nott. Varr.

## NOTÆ

[c] *Populi*] Populum Romanum intellige, cujus erat tanta auctoritas, ut non modo summos magistratus eligeret; verum etiam ab ipsis regibus aliisque ad eum incolumi republica provocari liceret.

[d] *Quæsitoris*] Qui scilicet judex capitalibus quæstionibus præfectus, cavebat ne quid accusator, defensor, et testis præter leges facerent.

[e] *Licentia*] Quam recte Græci *παῤῥησίαν,* laudabilem loquendi libertatem, appellant; minus commode, ut observat Vossius, hic dicitur licentia, cum ea vox in vitio ponatur. Quintil. IX. 2. negat eam esse figuram;

vereri aut metuere debemus, tamen aliquid pro jure nostro dicimus, quod eos minime offendat,[12] aut quos ii diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur, hoc modo: Miramini, Quirites, quod [13] ab omnibus vestræ rationes deserantur? quod causam vestram nemo suscipiat? quod se nemo vestri defensorem profiteatur? id tribuite [14] vestræ culpæ; atque desinite mirari. Quid enim est, quare non omnes istam rem fugere ac vitare [15] debeant? Recordamini, quos habueritis defensores; studia eorum vobis ante oculos proponite; [16] deinde exitus omnium [17] considerate: tum vobis [18] veniet in mentem, ut vere dicam, negligentia vestra, sive ignavia potius, illos omnes ante oculos vestros trucidatos esse, inimicos eorum [19] vestris suffragiis in amplissimum locum pervenisse.[20] Item,[1] Nam quid fuit, judices, quare in sententiis ferendis [2] dubita-

Cap. xxxvi. 11 Tur. omittit *aut.*—12 ‘*Quod eos minime offendat*] Duæ ultimæ voces exsulant a Voss. 2. Leid. 1. 3. 4. in quo est *quo* a m. sec. uti dant Leid. 1. 3. Voss. 2.’ *Oud.* In A etiam *quo eos*, omissis *minime offendat.* Vulg. *quod eos min. off.* Paulo post, *cum* in A deest, et idem Ms. habet *reprehendere videamur:* ψ *reprehendere videantur.* ‘*Cum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur*] Abest *cum* a Leid. 1. 3. 4. *aliquo in errato* Mss. quatuor, bene. *Jure* Leid. 2. *reprehendere videamur* Leid. 1. 3. 4. Abest etiam *posse* ab ed. Med. Unde commode legi posset *quo eos, aut q. ii d., aliquo in errato vere reprehendere videamur.* Nil tamen mutatum velim.’ *Oud.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—13 A *quoniam.*—14 A *confiteatur? Id attribuite:* Voss. 3. Leid. 4. et ed. Med. *prof.? Id attribuite.* Dein ‘*Atque desinite mirari*] Deest copula bene Voss. 2. Leid. 1. 3. ed. Omnib. *atque istud des. mir.* Voss. 1. Leid. 2. ed. Med. *et istud des. mir.* Voss. 3. *atque id des. mir.* Leid. 4. *des. istud mir.* ed. Omnib.’ *Oud.* A R et Tur. *atque istud des. mir.* G *atque illud des. mir.* Vulg. *atque des. mir.* Præterea Duisb. *Quid id est? quare:* Tur. et Orell. *Quid est enim? quare.*—15 A *istam refugere ac vitare deb.* Erf. *fugere a civitate deb.*—16 ‘*Eorum vobis ante oculos ponite*] Duisb. *eorum ante oculos proponite.* Sic et quædam edd.’ *Græv.* ‘*Ante oculos ponite*] Sic est in solo Leid. 3. sed Voss. 1. *præponite.* In ceteris *proponite.* Ed. Med. *vestros ponite.*’ Oud. In A *præponite:* R, Tur. *ponite;* et sic vulg. G ψ et edd. vett. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *proponite.*—17 G *exitus eorum cons.* Lamb. ed. *omn. exitus cons.*—18 A *cum nobis:* G *eum vobis.* Tum A G ψ, Erf. et Tur. *veniat.*—19 *Eorum* non legitur in Erf.—20 Pith. *devenisse.*—1 A habet *Item num omnes hec testibus comprobatæ? Num quid fuit, &c.*—2 Tur. Voss. 1. Leid. 1. 2. ed.

## NOTÆ

‘Quid enim minus figuratum,’ inquit, ‘quam vera libertas?’ Est tamen figurata quædam παῤῥησία, ut, cum ait Tullius pro Ligar. ‘Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam ex magna parte, nulla vi coactus, judicio meo ac voluntate, ad ea arma profectus sum, quæ erant sumta contra te.’ Quo loco notat Fabius non solum ad utilitatem Ligarii respici, sed magis laudari victoris clementiam non posse.

veritis, aut istum hominem nefarium ampliaveritis?[p] non[3] apertissimæ res erant crimini datæ? non[4] omnes hæ testibus comprobatæ? non[5] contra tenuiter et nugatorie responsum? Hic vos[6] veriti estis, si primo cœtu[q] condemnassetis,[7] ne crudeles existimaremini? Dum eam vitastis vituperationem,[8] quæ longe a vobis erat abfutura,[9] eam invenistis, ut timidi atque ignavi putaremini. Maximas, et privatas, et publicas calamitates[10] accepistis: cum etiam majores impendere videantur, sedetis et[11] oscitamini.[r] Luce noctem, nocte lucem[12] expectatis. Aliquid quotidie acerbi atque incommodi nuntiatur, et eum,[13] cujus opera vobis hæc accidunt,[14] remoramini diutius et alitis; ac reipublicæ perniciem[15] retinetis, quoad potestis, in civitate. XXXVII. 49. Ejusmodi licentia si nimium[16] videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur; nam continuo aliquid hujusmodi licebit inferre: Hic ego[17] virtutem vestram quæro, sapientiam desidero, veterem consuetudinem requiro; ut quod erit[18] commodum licentia, id mitigetur

[p] *Distuleritis judicium hominis scelerati.*
[q] *Prima actione.* [r] *Estis otiosi.*

Omnib. *ferundis.*—3 A *num apert.* G *numne apert.*—4 A G *num omnes.* Dein G *hæ sunt comprobatæ:* Duish. Leid. 3. 4. *hæ test. confirmatæ.*—5 A G *num contra.*—6 A *Hic ver. estis.*—7 G R ψ *condemnassetis eum.* Tum '*Existimaremini.*] Alii cum interrogatione *existimaremini?*' Græv. Et sic vulg.—8 Erf. *vitatis operationem.*—9 In A *nobis aberat abfutura:* G ψ *robis aberat affutura.* Mox pro *putaremini*, G habet *existimati estis.* Vid. Nott. Varr.—10 Erf. *Maximis privatis et publicis calamitatis:* Pith. *Maximas privatas et publicas calamitates.*—11 *Et* in A deest.—12 '*Luce noctem, nocte lucem ex.*] Erf. *noctem, non lucem exp.* Canch. *luci noctem, nocte lucem exp.*' Græviūs. In ψ et Mss. quatuor Oudendorpii *Noctem, non lucem exp.*—13 A *etiam eum* Copula abest ab Erf.—14 '*Vobis hæc accidunt, rem.*] Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. ed. Omnib. *nobis*, et in iisdem cum Voss. 2. 4. ed. Med. *vos rem.* quod probo.' *Oudendorp.* Erf. *vobis hæ accidunt res, rem.* In A G R, Tur. et Orell. *vos rem.* Vulg. *vos* deest.—15 '*Ac reip. perniciem retinetis.*] Voss. 1. Leid. 2. 3. 4. *ad reip. pern.* Leid. 1. Voss. 2. *ad reip. pern., et retin.* Voss. 3. ed. Med. *et ad reip. pern. retin.* Ed. Omnib. *atque reip. pern. retin.* Lege *atque ad reip. pern. retin.*' Oud. In G R ψ et Tur. *ad reip.* A *et ad reip.* Orell. *atque ad reip.* Vulg. *ac reip.* 'Libri veteres quidam habent vel *ad*, vel *ac ad*, etiam *atque*. Primum copula necessaria est, si *ad* verum est; *ac ad* non dicunt Latini. Credo *atque* vitiose scriptum esse pro *adque*.' Ern. Vid. Nott. Varr.

Cap. XXXVII. 16 ψ *lic. summum vid.*—17 ψ *Hic ego ergo virt.* Pith. et edd. quædam *Hic ergo virt.*—18 '*Ut quod erit comm.*] Abest *ut* a Leid. 4. et Leid. 1. a m. pr. Mss. quinque, ed. Med. *erat.*' Oud. Schutz. solus *et quod erit.* Mox '*Id laude mitigetur*] Leid. 1. *mitigabitur:* sed Voss. 2. 3. Leid. 3. *id compri-*

laude, ut altera res ab iracundia et molestia removeat, altera ab errato deterreat.[19] Hæc res, sicut in amicitia, ita [20] in dicendo, si loco [s] fit, maxime facit, ut et illi, qui audient,[1] a culpa absint, et nos, qui dicimus, amici ipsorum et veritatis [2] esse videamur. Est autem quoddam genus licentiæ in dicendo,[3] quod astutiore ratione [4] comparatur: cum aut ita objurgamus eos qui audiunt, quomodo ipsi se cupiant [5] objurgari; [f] aut id,[6] quod scimus facile omnes audituros, dicimus [7] nos timere, quomodo accipiant; sed

[s] *Opportune.*

*matur laude.* Lego, *Quod erat comm. lic., id comprimatur laude.* Abest *licentia* a Leid. 2.' *Oud.* A R *id laude comprimetur:* Schutz. et Orell. *id comprimetur laude:* ed. 1474. et Wetzel. *id mitigetur laude:* vulg. *id laude mitigetur.* Vid. Nott. Varr. Dein G ψ, et ed. Med. *ita ut altera.*—19 Voss. 1. Leid. 1. 2. ac Lamb. ed. *iracundiæ mol.* et G *demoveat, altera res ab err. det.* '*Altera ab errato*] Sic solus Leid. 3. Ceteri Mss. cum edd. pr. repetunt *altera res ab err.*' Oud. Tum ψ *detineat.*—20 A *in amic. item in dic.* Erf. *in amicitiam item in dic.*—1 G, omnes Mss. Oud. et edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *audient.* Al. edd. *audiunt.*—2 G *tam amici ipsorum quam ver.* A R, ed. 1474. Wetzel. et Orell. *am. ipsorum et ver.* Schutz. cod. Erf. secutus, habet *tam ipsorum quam ver. amici.* Vulg. *amici eorum et ver.* Vid. Nott. Varr.—3 Voss. 1. Leid. 1. *dicundo.*—4 A *astuta oratione:* G *astute cum ratione:* Erf. *astuti operatione:* Leid. 3. 4. *astuta operatione:* Voss. 2. *astutiore licentiæ ratione:* ed. Omnib. *astuta comparatione.*—5 Deest *ipsi* ab Leid. 4. et Duisb. *se* ab Leid. 2. In ed. Med. *sese.* Tum Mss. et edd. ante Ern. *cupiunt;* et sic Orell.—6 *Id* in G deest.—7 *Facite omnes audituros, dicimus* exulant a Leid. 4. *Dicitur* abest

## NOTÆ

[f] *Quomodo ipsi se cupiant objurgari* [*cupiunt obj.*] Eximium in paucis offert exemplum Incerti Paneg. Constantino Augusto c. 9. 'Laudare me existimas, imperator, cuncta quæ in illo prælio feceris? Ego vero iterum queror. Prospexeras omnia, disposueras universa, summi imperatoris officia compleveras: cur ipse pugnasti? cur te densissimis hostium globis miscuisti? cur salutem reipublicæ in pericula tanta misisti? An nescire nos putas, quod dum nimio rapereris ardore, in media hostium tela deveneras, et nisi viam tibi cædibus aperuisses, spem totius generis humani et vota deceperas? . . . Quid est tibi, imperator, cum inferiore fortuna? Illos pugnare fas est, quibus suo cujusque fato aut vincendum est, aut cadendum; tu, cujus ex vita omnium fata pendent, ad ullum discrimen accedas? inter tot tela gladiosque versere? Quis hoc a te exigit, aut quis pati possit, ut quicquam in te belli casibus liceat? Deceat te, imperator, hostem ferire? Immo non decet laborare . . . Hæc ego non dicerem neque ab aliis dicta memorarem, nisi beneficio tuæ lenitatis tutior esset nostra in verbis, quam tua in armis audacia. Nova enim quadam varietate naturæ, confusoque virtutum temperamento, idem es in præliis ferocissimus, et parta securitate mitissimus.'

tamen veritate[8] commoveri, ut nihilo secius dicamus. Horum amborum generum exempla subjiciemus.[9] Prioris hujusmodi: Nimium, Quirites, animis estis simplicibus et mansuetis:[10] nimium creditis[11] unicuique: existimatis unumquemque eniti, ut perficiat, quæ vobis pollicitus sit. Erratis, et frustra falsa spe jam diu detinemini.[12] Stultitia[t] vestra id, quod erat[13] in vestra potestate, ab aliis petere, quam ipsi[14] sumere maluistis. Posterioris licentiæ hoc erit exemplum: Mihi cum isto, judices, fuit amicitia, [*p.* 36.] sed ista[15] amicitia, tametsi vereor quomodo accepturi sitis, dicam tamen, vos me privastis. Quid ita? quia,[16] ut vobis essem probatus, eum, qui vos oppugnabat, inimicum, quam amicum habere malui.[17] 50. Ergo hæc exornatio, cui licentiæ[18] nomen est, sicuti demonstravimus, duplici ratione tractabitur; acrimonia,[19] quæ si nimium fuerit aspera, mitigabitur laude, et assimulatione,[20] de qua posterius[1] diximus, quæ non indiget mitigationis, propterea quod imitatur licentiam,[2] et sua sponte ad animum auditoris se accommodat.[3]

[t] *Simplicitate.*

a Leid. 3. et Erf.—8 A et Erf. *veritati:* ψ *in veritate.*—9 Leid. 2. *subjecimus:* ed. Med. *subjiciamus:* Erf. *subjicient.* In eodem Ms. *Prius est hujusm.* Duisb. et Leid. 4. *Prioris est hujusm.*—10 ‘*Animis estis simplicibus*] Leid. 2. *an. estis omissis, simplicibus:* quod eruditius est, quam ut a librario proficisci potuerit. Adi J. F. Gronov. Observ. III. 7.’ *Oud.* Unde Schutz. *an estis simpl. et omissis.*—11 ψ *conditis.*—12 A *jam diu tenemini:* Tur. *jamdiu frustra detinemini.*—13 A G R *Stult. vestra quia quod erat:* ψ *Stult. vestra quæque erant:* Tur. *Stult. vestra est, quia quod erat:* Schutz. *detin., qui quod erat.* ‘*Stult. vestra, id quod, &c.*] Sic hunc locum ducibus libris scr. et edd. vett. refinximus, ex vulgato *Stult. vestra est, qui, quod erat:* quod nemini perito satis placeat.’ *Ern.* quem Wetzel. sequitur. Vid. Nott. Varr.—14 ψ *quoniam ipsi:* Lamb. ed. *quam vos ipsi.*—15 G R et vulg. *ista tamen amic.* Mox ψ *accepturi estis,* et A G R ψ, Tur. Græv.-Burm. et Orell. *tamen dicam vos.* ‘*Tamen dicam*] Sic Mss. omnes et edd. pr.’ *Oud.* ‘*Sed ista tamen amic. . . . sitis, vos me privastis*] Sic hic locus est in vulgatis: at in Mss. pluribus et melioribus, etiam Lips. et edd. pr. ut 1474. Med. pr. Omnib. Med. sec. Junt. sic est, ut edidi. . . . Vulgatum primus dedit Aldus, sed e scriptis libris; nam sic est in Ms. Cort.’ *Ern.* quem Schutz. et Wetzel. sequitur. Vid. Nott. Varr.—16 *Quia* in G deest.—17 Leid. 2. *hab. volui.*—18 Leid. 3. *licentia.*—19 Erf. *acrimoniam.*—20 ‘*Mitigabitur laude et assimilatione*] Erf. *mitigabit laus et assimilatio:* al. *mitigabitur laude. Et assimulatio est.*’ Græv. ‘*Mitigabitur laude*] Leid. 3. *mitigabit:* Leid. 4. *mitigabit laus.*’ Oud. Tum pro *et assimulatione,* A habet *a similitudine;* G *et dissimulatione.*—1 ‘*Posterius dix.*] Ed. Omnib. male *superius dix.*’ Oud. In A quoque et edd. ante Lamb. *superius.* Vid. Nott. Varr.—2 Schutz. e suspic. edidit *im. insinuationem.*—3 ‘*Ad an. aud. se accommodat*] Erf. et Cauch.

XXXVIII. Deminutio[4][g] est, cum aliquid esse in nobis, aut in iis[5] quos defendimus, aut natura, aut fortuna, aut industria dicemus egregium:[6] quod, ne qua significetur arrogans ostentatio, deminuitur[7] et attenuatur oratione, hoc modo: Nam hoc pro meo jure, judices, dico, me labore[8] et industria curasse, ut disciplinam militarem non in postremis tenerem. Hic si quis dixisset, ut optime tenerem, tametsi vere dixisset,[9] tamen arrogans visus esset: nunc et ad invidiam vitandam, et ad laudem comparandam[10] satis dictum est. Item, Utrum igitur avaritiæ causa an egestatis[11] accessit ad maleficium?[12] Avaritiæ? at largissimus fuit[13] in amicos; quod signum liberalitatis est,[14] quæ est contraria avaritiæ. Egestatis? at[15] huic quidem pater (nolo nimium dicere) non tenuissimum patrimonium reliquit. Hic quoque vitatum est,[16] ne magnum aut maximum diceretur: hoc igitur[17] in nostris, aut eorum, quos defende-

*Ad an. aud. sit accommodata:* Wechel. ed. *ad an. aud. se commodat:* al. *se ad an. aud. accommodat.*' Græv. G *ad an. aud. accommodata:* Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. *ad an. aud. sit accommodata.*

CAP. XXXVIII. 4 '*Deminutio*] Duisb. et edd. *Diminutio.*' Græv. '*Deminutio*] Sic Leid. 1. In ceteris et edd. pr. *Diminutio.*' Oud. *Diminutio* quoque A ψ et Tur.—5 '*Esse in nobis aut in iis*] Voss. 1. 2. Leidd. omn. ed. Med. *inesse nobis.* Voss. 1. Leid. 2. ed. Med. *aut his.*' Oud. G *inesse nobis:* R, Tur. et Orell. *inesse in nobis.* Vulg. *esse in nobis.* Vid. Nott. Varr.—6 Lamb. ed. *egregium dicemus.*—7 Duisb. *et dem.* A G R ψ, Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *dim.*—8 G ψ et Tur. *laborasse:* R *elaborasse.*—9 ψ *etsi,* et A *vere dixisse.*—10 '*Nunc et ad inv. vit. et ad laudem comp.*] Duisb. *Nunc ad inv. vit. et laudem comp.* rotundius quam vulgatæ.' *Græv.* 'Prius *et* deest Leid. 4. ed. Med. Secundo loco *ad* bene deest Mss. omn. et edd. pr. excepto Leid. 4.' *Oud.* Prius *et* in A, et alterum *ad* in G deest.—11 '*Avaritiæ caussa, an egestatis*] Sic Voss. 3. In ceteris et edd. pr. male *aut eg.*' Oud. *Aut eg.* quoque A G ψ. In Erf. *avaritia eg.* sine *causa an.*—12 Erf. *maleficiam.*—13 A *aut,* et G R ψ, Tur. *larg. fuit hic.*—14 ψ non habet *est,* post *liberalitatis.* Dein quædam edd. *contr. est av.* al. *contr. av. est.* Verba *quod signum . . . avaritiæ* Schutz. delevit: Wetzel. uncis inclusit. Orell. tantum voces *quæ contr. est av.* uncis inclusit.—15 Erf. omittit *at.*—16 G *Hic ergo vit. est:* Pith. et Leid.

## NOTÆ

g *Deminutio*] Ταπείνωσιν appellant Græci; ut, cum uberrimos fletus lacrymulam vocabat Plancii adversarius: quod indicant illa verba Cic. pro Planc. § 76. 'Et mihi lacrymulam Cispiani judicii objectas. Sic enim dixisti, Vidi ego lacrymulam tuam. Vide quam me verbi tui pœniteat. Non modo lacrymulam, sed multas lacrymas et fletum cum singultu videre potuisti.' Fabius VIII. 3. μείωσιν vocat, cum aliquid sermoni deest, quominus plenus sit, et inter orationis obscuræ vitia reponit.

mus,[18] egregiis commodis proferendis observabimus: nam ejusmodi[19] res et invidiam contrahunt in vita, et odium in oratione, si inconsiderate tractes. Quare, quemadmodum ratione in vivendo[20] fugitur invidia, sic in dicendo, consilio vitatur odium.

XXXIX. 51. Descriptio[h] nominatur, quæ rerum consequentium[1] continet perspicuam et dilucidam cum gravitate expositionem, hoc modo: Quodsi istum, judices, vestris sententiis liberaveritis, statim sicut e cavea[u] leo missus,[2] aut aliqua teterrima bellua soluta ex catenis, volitabit[3] et vagabitur in foro, acuens dentes multos,[4] in cujusque fortunas, in omnes amicos atque inimicos, notos atque ignotos incursans; aliorum famam depeculans,[x] aliorum caput oppugnans,[5] aliorum domum atque omnem familiam[6] perfringens, rempublicam funditus labefactans.[7] Quare, judices, ejicite eum de civitate, liberate omnes formidine; vobis denique[8] ipsis consulite: nam si istum impunitum dimiseritis,

[u] *Area quæ est in medio theatro.* [x] *Evertens.*

2. *vitandum est.*—17 G *Hoc ergo.*—18 A G, Duisb. quinque Mss. Oud. cum ed. Med. *defendimus.* Mox Voss. 1. Leid. 1. *comm. proferundis.*—19 A *nam et ejusm.* G *nam hujusmodi.*—20 '*Ratione in vivendo*] Voss. 1. 2. Leid. 2. ed. Med. *in rat. vivendi.* V. Gronov.' *Oud.* Grut. et Oliv. *ratione vivendi:* A G R ψ, Tur. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *ratione in vivendo.* Vid. Nott. Varr. Mox Voss. 1. Leid. 1. *in dicundo.*

CAP. XXXIX. 1 G *sequentium.*—2 '*E cavea leo emissus*] Sic scripsi, Erf. Duisb. et Lambinianam editionem secutus. Vulgo *leo missus.*' Græv. 'Voss. 1. ed. Med. *ex:* Voss. 2. *et:* Leid. 3. *a.* *Inmissus* Voss. 1. *missus* Voss. 3. Leid. 2. ed. Omnib. Sed in Leid. 1. *semissus*: Voss. 2. *fenissus.*' Oud. In ψ *a cavea:* Gryph. B C *leo Phœnissus.* A G R et Tur. *e cavea leo missus;* et sic vulg. Tum ψ *deterrima bellua.*—3 G ψ *volutabit.*—4 '*Acuens dentes multos*] Leid. 1. a m. pr. item Leid. 3. 4. *habens.* Dein *multas* Leid. 1. a m. pr. *inultos* jam ed. Med. expressit.' *Oud.* 'Lambin. vocem *multos* tollit, tanquam redundantem. In duobus Gryph. *habens dentes multos* legitur.' *Brut.* *Habens* etiam A ψ. Vocem *multos* Schutz. delevit, Ern. probante: Wetzel. et Orell. uncis includunt. Vulg. *acuens dentes multos.* Vid. Nott. Varr.—5 Ed. Cratand. *depugnans.*—6 '*Atque omn. fam.*] Voss. 1. Leid. 4. ed. Omnib. *at omn. fam.* Leid. 1. *ac fam.* Voss. 3. *et omn. fam.* Leid. 2. *ac fam. omn.* Vere.' *Oud.* —7 '*Remp. funditus labef.*] Desunt duæ primæ voces Leid. 1. *remp.* abest Voss. 2. Leid. 3. 4. sed in duobus ultimis *funditusque.*' Oud. Duisb. quoque *funditusque.* In A *perfr., et funditus.* Tum Erf. non agnoscit *labefactans.*—8 Al.

NOTÆ

[h] *Descriptio*] Refertur ad hypotyposin, quam demonstrationem Cornificius, Cicero vocat subjectionem sub aspectum; cujus exempla proferemus inferius n. 68.

in vosmet ipsos, mihi credite, feram et truculentam bestiam immiseritis.[9] Item, Nam si de hoc, judices, gravem sententiam tuleritis, uno judicio[10] simul multos jugulaveritis. Grandis natu[11] parens, cujus[12] spes senectutis omnis in hujus[13] adolescentia posita est, quare velit in vita manere, non habebit: filii parvi, privati patris[14] auxilio, ludibrio et despectui paternis inimicis erunt oppositi: tota domus hujus[15] indigna concidet calamitate: at inimici statim sanguinolenta palma,[16] crudelissima victoria potiti, insultabunt[17] in horum miserias, et superbi re simul et verbis invehentur.[18] Item, Nam[19] neminem vestrum fugit, Quirites, capta urbe, quæ miseriæ consequi soleant:[20] arma qui contra tulerint,[1] statim crudelissime trucidantur:[2] ceteri, qui possunt per ætatem et vires laborem ferre,[3] rapiuntur in servitutem; qui non possunt, vita privantur:[4] uno denique atque eodem tempore domus hostili flagrat[5] incendio, et quos natura[6] aut voluntas necessitudine aut benevolentia conjunxit,[7] distrahuntur: liberi partim e gremiis[8] parentum diripiuntur,[9] partim in sinu jugulantur,[10] partim ante

teste Grævio, *vobisque ipsis.*—9 ‘*Bestiam, judices, immis.*] Voss. 3. Leid. 2. 3. ed. Med. carent τῷ *judices*, melius.’ *Oud.* Vocem *judices* Ern. delevit, et eum sequuntur Schutz. et Wetzel. Al. edd. *best., jud., imm.*—10 A *uno in judicio.*—11 A *natum.*—12 A *cui.* ‘*Cui* dicitur habere Erf. recepitque Schutz. sed fortasse scriptum erat, ut in Tur. *cui*’.’ Orell. Vulg. *cujus.*—13 ψ omittit *hujus.*—14 A *parentis.*—15 G *ejus.*—16 Erf. *sanguinolentam palmam.*—17 ψ et Ms. Lips. *exsultabunt.*—18 ‘*Superbi re simul et verbis inv.*] Voss. omn. Leid. 2. 3. 4. *superbia simul, &c.* ed. Med. *superbi rebus s.* Leid. 1. *invenientur.*’ Oud. G *superbi rebus:* ψ *superbi a re:* R *superbi simul*, omisso *re:* Tur. *superbia simul.* Tum A ψ *invenientur.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—19 A et Tur. omittunt *Nam.* Dein ‘*Neminem vestrum*] Sic Mss. omnes et edd. pr. Vulgo male *nostrum.*’ Oud. G R ψ, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *nostrum:* A, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *vestrum.*—20 ψ *valeant.*—1 A G ψ, Græv-Burm. et Orell. *tulerunt.* Vulg. *tulerint.*—2 ψ, Ms. Lips. Voss. 1. Leid. 1. 3. *trucidabuntur.*—3 ‘*Per laborem et vires laborem f.*] Leid. 1. *per æt. herilem l. f.* Voss. 2. *per æt. dominorum l. f.* Leid. 3. *per æt. ævi l. f.* ed. Med. *per æt. et vires laborem dominorum f.* Videtur excidisse *herilem.* Sic ‘herile imperium,’ ‘præceptum,’ &c. ‘labor herilis’ ab hero imponi solitus. Adi Comment.’ *Oud.* A *per virtutem lab. f.* R *per æt. et per vires l. f.* Vulg. *per æt. et vires l. f.* Vid. Nott. Varr.—4 G R *privabuntur.*—5 ‘*Hostili flagrabit*] Erf. *hostilis flagrabat:* edd. *hostili flagrat:* ed. Lamb. *hostili flagrant.*’ Græv. Schutz. *flagrant:* Wetzel. et Orell. *flagrat.* Vulg. *flagrabit.*—6 ψ *natam.*—7 ‘*Necess. aut benev. conjunxit*] Erf. *nec. benev. conjunxit:* Pith. *necess. et benev. conjunxerit.* Plerique editi etiam habent *conjunxerit*, sed male.’ *Græv.* ‘Leid. 2. *nec. et beniv.* in Voss. 1. Leid. 1. quoque *et benev.* in Voss. 3. *ac beniv.* deest copula ed. Omnib.’ *Oud.* Vulg. *nec. aut ben. conjunxit.* Dein G R ψ *distrahentur.*—8 R, Tur. et Leid. 3. *e gremio.*—9 G R *diripientur:* Schutz.

pedes[11] constuprantur. Nemo, judices,[12] est, qui possit satis rem [13] consequi verbis, nec referre [14] oratione magnitudinem calamitatis. Hoc genere [15] exornationis, vel indignatio, vel misericordia potest commoveri, cum res consequentes comprehensæ universæ perspicua [16] breviter exprimuntur oratione.

52. Divisio [i] est,[17] quæ rem semovens ab re,[18] utramque absolvit [y] ratione subjecta; hoc modo: XL. Cur ego [19] nunc tibi quicquam objiciam? si probus es, non meruisti: sin improbus, non commoveris.[20] Item, Quid nunc ego de meis promeritis [1] prædicem? si meministis, obtundam: sin [2] obliti estis, cum re nihil egerim, quid est, quod verbis proficere possim? Item, Duæ res sunt, quæ possunt homines ad turpe compendium [z] [3] commovere, inopia atque [4] avaritia. Te avarum in fraterna divisione cognovimus: inopem atque egentem nunc videmus: qui [a] potes igitur ostendere, causam maleficii non fuisse? Inter hanc divisionem, et illam

[y] *Rei propositæ solutionem affert.*
[z] *Ad infamem quæstum.* [a] *Qua ratione.*

et Orell. *deripiuntur:* A *dirumpuntur.* Vulg. *diripiuntur.* Vid. Nott. Varr.—10 Leid. 3. *in sinuo;* Erf. *in sinum;* et G R *jugulabuntur.*—11 ‘*Ante pedes*] Leid. 2. *ante patres:* Leid. 3. 4. ed. Omnib. *ante ædes:* Med. *ante pedes parentum.* Forsan scripsit auctor *ante Lares* vel *Penates.*’ Oud. Vulg. *ante pedes.* Tum G R *constuprabuntur.* Vid. Nott. Varr.—12 Erf. *judicum.*—13 G *qui posset satis cons.*—14 ‘*Referre*] Voss. 1. Leid. 2. *efferre;* non male: *ferre* Leid. 3.’ *Oud.* Schutz. e conj. edidit *aut referre:* Ern. suspic. *nec qui ref.*—15 Erf. *Hoc de gen.*—16 *Universæ* in ψ deest, et G habet *perspicue brev.* Hic locus, *res conseq. . . . universæ*, Ernestio videbatur corruptus.—17 R *Div. est oratio.*—18 ‘*Semovens a re*] Mss. quatuor *ab re.* Leid. 3. *removens.*’ Oud. G *removens*, et A *abire.* Erf. *semovens ab re utraque absolvito.*

Cap. XL. 19 Duisb. *Cur igitur nunc.*—20 ‘*Sin inpr., non commoveris*] Legendum fortasse est, *non commoreberis.*’ Lamb. ‘Erf. et Duisb. *si impr., non commovere:* Pith. *sin impr., non commoveres.*’ Græv. ‘*Sin inpr. non commorereris*] Mss. omn. et edd. pr. *si.* Dein *commoveris* in solo Leid. 3. *commovearis* Voss. 2. In ceteris et edd. pr. *commorere.* Non male Lamb. *commovereris.*’ Oud. Vulg. *sin impr., non commoveris.*—1 ‘*De meis propriis meritis*] Deest *meis* Leid. 3. 4. Bene; nisi quod malim cum Grævio *de meis promeritis.*’ Oud. A G R ψ, Tur. et vulg. *de meis propriis mer.* Schutz. *de meis mer.* Vid. Nott. Varr. —2 A G ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. *si obl.*—3 ψ *turpe concipiendum.*—

## NOTÆ

[i] *Divisio*] ‘Rem dividi, non concidi utile est,’ inquit Seneca Epist. 89. ‘idem enim habet vitii nimia, quod nulla divisio: simile confuso est, quicquid usque in pulverem sectum est.’

quæ de partibus orationis [5] tertia est, de qua in libro primo diximus secundum narrationem,[b] [6] hoc interest: illa dividit per enumerationem, aut per expositionem, quibus de rebus in tota oratione [7] disputatio futura sit: hæc se [8] statim explicat, et brevi [9] duabus aut pluribus partibus subjiciens rationes,[10] exornat orationem.

Frequentatio [k] est, cum res in tota causa [11] dispersæ coguntur [c] in unum,[12] quo gravior, aut acrior, aut criminosior oratio sit, hoc pacto: [13] A quo tandem abest iste vitio? quid est, judices, cur [14] velitis eum liberare? Suæ pudicitiæ proditor est, insidiator alienæ; cupidus, intemperans, petulans, superbus; impius in parentes, ingratus in amicos, infestus in cognatos,[15] in superiores contumax, in æquos et pares [16] fastidiosus, in inferiores crudelis, denique in omnes [17] intolerabilis. 53. Ejusdem generis est illa frequentatio,[18] quæ plurimum conjecturalibus causis opitulatur, cum suspiciones, quæ separatim dictæ,[19] minutæ et infirmæ erant, unum in locum coactæ rem videntur [20] perspicuam facere, non suspiciosam,[d] hoc pacto: Nolite igitur, nolite, judices, ea,[1]

[b] *Post narrationem.* [c] *Colliguntur.*
[d] *Non sola suspicione innixam.*

4 *Atque* non est in A.—5 ‘*De part. orat.*] Voss. omn. Leid. 2. *in part.* ed. Med. *de part. Rhetoricæ.*’ Oud.—6 Erf. *In lib. pr. dum narrationem demonstravimus:* A ψ *In lib. pr. dix. dum narrationem demonstravimus:* G *In lib. pr. dix. secundum narrationem demonstravimus.* Tum A *Hoc interest drne.* Voss. 1. Leid. 2. et Lamb. *quod illa div.* ed. Med. *quia illa div.*—7 ‘*In totam orationem* Erf. Tur. in quo latet verum, *per totam orationem.*’ Orell. qui h. l. ut corruptum notavit.—8 G *hæc autem se.*—9 G et quædam edd. *breviter.*—10 In Duisb. *partibus*, et in G *rationes* deest.—11 Duisb. Erf. et Leid. 4. *res tota causa:* Leid. 3. *res tota in causa* —12 G ψ *in unum locum:* Schutz. *unum in locum.* Vulg. *locum* abest. Vid. Nott. Varr.—13 A *hoc modo.*—14 ‘*Quid est, judices, cur*] Mss. plerique *quid est cur jud.* Leid. 1. 4. Voss. 2. ed. Omnib. *judicio:* Leid. 2. *quid est quod jud.*’ Oud. ψ et Duisb. *Quid est, cur judicio:* Tur. *Quid est, cur indicio:* Erf. *Quid est, cur judicio velit eum lib.*—15 ‘*Infestus cognatis*] Voss. 3. edd. pr. *inf. in cognatos.*’ Oud. A G R ψ, Tur. Schutz. *inf. cognatis.* Vulg. *inf. in cognatos.* Vid. Nott. Varr.—16 A *in æq., in pares.*—17 Erf. *in omnibus.*—18 *Generis* non est in A, nec *frequentatio* in Voss. 2.—19 Lamb. *jactæ.*—20 Leid. 4. Erf. et Duisb. *viderentur.*—1 Duisb. et Leid. 4.

## NOTÆ

[k] *Frequentatio*] Ad anacephalæosin, cujus est præcipue in peroratione locus, reducitur. Tot exempla fere sunt apud Tullium, quot orationum epilogi.

quæ dixi, separatim spectare: sed omnia[2] colligite, et conferte in unum.[3] XLI. Si et commodum ad istum ex illius morte[4] veniebat, et vita hominis est turpissima, animus avarissimus,[5] fortunæ familiares attenuatissimæ,[6] [p. 37.] et res ista bono nemini præter istum fuit:[e] neque alius quisquam[7] æque commode, neque iste[8] aliis commodioribus rationibus facere potuit: neque præteritum quicquam est ab isto, quod opus fuerit ad maleficium:[9] neque factum, quod opus non fuerit: et cum locus idoneus maxime quæsitus, tum occasio[10] aggrediendi commoda, tempus adeundi opportunissimum, spatium conficiendi longissimum sumtum est, non sine maxima occultandi et perficiendi maleficii spe:[11] et præterea ante, quam occisus homo is est, iste visus est in eo loco, in quo occisio facta, solus: paulo post in ipso maleficio,[12] vox illius, qui occidebatur, audita:[13] deinde post occisionem, istum multa nocte domum rediisse[14] constat: postera die[15] titubanter et inconstanter

[e] *Res ista nulli nisi isti fuit utilis.*

*nol. ig., nol. ea:* Lamb. ed. *nol. ig., jud., nol.*—2 A *hæc omnia,* sine *sed.*—3 ψ, Pith. Leid. 2. Voss. 3. cum ed. Med. addunt *locum.*

Cap. xli. 4 G *ex istius morte:* Erf. *ex morte illius.*—5 A *an. amantissimus:* Duisb. et Leid. 4. *an. amarissimus.*—6 '*Fortuna familiaris rei adtenuatissima*] Voss. omn. Leid. 2. ed. Omnib. *fortunæ familiares adtenuatissimæ:* Leid. 4. *fortuna, familia, res attenuatissime:* ed. Med. *fortunæ attenuatissimæ.* Vera videtur Gronovii correctio *fortunæ familiaris rei:* Leid. 1. *tenuissima.*' Oud. A R ψ *fortuna:* A G R ψ *familiaris rei;* et A G *attenuatissime;* R ψ *attenuatissima.* '*Fortunæ familiares attenuatissimæ*] Sic fere libri scripti et edd. vett. quod sine dubio melius est vulgato *fortuna familiaris rei attenuatissima.* Quidam etiam libri *familiares* omittunt, ut ed. Med. prima: quod etiam magis placet. Conjectura Gronovii *fortunæ rei familiaris att.* est in ed. Aldi: mihi non placet.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. Vid. Nott. Varr.—7 *Quisquam* in A deest.—8 Schutz. de Ern. suspic. *ipse.*—9 G *fuit ad malef.* Verba *ad malef.: neque factum, quod opus non fuerit,* Leid. 3. 4. et Erf. omittunt. Schutz. expunxit *neque factum, quod opus non fuerit,* quæ non sunt in A et Duisb. et quæ Wetzel. uncis includit. Pro *fuerit,* G ψ habent *fuit.*—10 G *quæsitus est, tum occ.* A *quæs., et non occ.* Dein ψ *aggregandi.*—11 *Longissimum sumtum est . . . et perficiendi* non sunt in Pithœi cod. '*Occult. et perficiendi maleficii spe*] Erf. *occult. et perficiundi malef. spe:* Duisb. *occ. malef. spe:* Lamb. ed. *perficiendi et occ. malef. spe.*' Græv. Schutz. delevit verba *et perficiendi,* quæ non sunt in Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. et Tur. prob. Ern. et quæ Wetzel. et Orell. uncis includunt. A Leid. 2. et 4. abest *maleficii.* Dein Tur. *antequam is homo occ. est:* et Lamb. *visus est in loco.*—12 G, Leid. 3. Tur. et Orell. *in ipso loco maleficii:* ψ *in ipso loco malefici:* Voss. 2. *in ipso maleficii loco, in quo:* Schutz. *in ipso,* sine *maleficio.* Vulg. *in ipso maleficio.*—13 '*Audita est*] Verbum deest Voss. omn. Leid. 2. 4. Bene.' *Oud.* Abest etiam ab Erf. Duisb. Schutz. Wetzel. et Orell.—14 Duisb. et omnes Mss. Oud. *redisse.*—15 A, quinque meliores

de occisione illius [16] locutum: hæc partim testimoniis, partim quæstionibus et argumentis [17] omnia comprobantur, et rumore populi, quem ex argumentis natum, necesse est esse [18] verum: vestrum est, judices, his in unum locum collatis,[19] certam sumere scientiam,[20] non suspicionem maleficii. Nam unum aliquid,[1] aut alterum potest in istum casu [2] cecidisse suspiciose: ut omnia [3] inter se a primo ad postremum conveniant [maleficia],[4] necesse est casu non posse fieri. Vehemens est hæc [5] exornatio, et in conjecturali constitutione causæ ferme [6] semper necessaria, et in ceteris generibus causarum, et in omni oratione adhibenda nonnunquam.

XLII. 54. Expolitio [1] est, cum in eodem loco manemus, et aliud atque aliud dicere videmur. Ea dupliciter fit,[7] si aut eandem plane [8] rem dicemus, aut de eadem re. Ean-

Mss. Oud. cum Erf. Duisb. et Lamb. ed. *postero die.*—16 Leid. 3. *de occ. ejus:* Leid. 4. et Cauch. *de occ. filiis:* Duisb. *de occ. filium.*—17 Copula in A G deest; et in G legitur *partim argumentationibus.* In Erf. *partim quæst. argumentatis comprobata, et rumorem pop.* Orell. includit uncis verba *et argumentis,* quæ Tur. omittit.—18 Abest *est* ab A G, et *esse* a Leid. 4. et Duisb.—19 '*Vestrum est, jud., his in unum locum coll.*] Erf. *vestr., jud., erit, ex his in unum coll.* Nec longe abit Duisb. *vestr., jud., ex his in unum coll.* Cauch. *vestr. est, jud., ex his in unum coli. Ex* sane non est negligendum.' *Græv.* '*Vestr. est, jud., his*] Voss. 3. *vestr. quapropter est, jud.* Leid. 4. *vestr. jud. ex his.*' Oud. '*His in unum locum coll.*] Leid. 2. *his omnibus, &c.* bene. *Locum* deest ed. Med. *Collocatis* Mss. quatuor cum ed. Omnib.' *Idem. Vestr., jud., est* Tur. et Orell. qui mox *locum* uncis includit. Tum A *collatis.* Vulg. ut Ern.—20 A G R ψ, Voss. 1. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *sum. sententiam.* Vid. Nott. Varr.—1 Lamb. *aliquod.*—2 Quatuor Mss. Oud. cum ed. Omnib. *casum.* Vid. Nott. Varr.—3 G *ut autem omnia,* et mox *ad extremum.*—4 Duisb. *maleficio.* Lambinus delevit *maleficia,* et eum sequuntur Schutz. et Wetzel. Orell. uncis inclusit. In Voss. 3. *nec. est casu maleficium non posse fieri:* ψ, Erf. et Leid. 2. *non potest fieri.* Vid. Nott. Varr.—5 '*Hæc est*] Sic Mss. excepto Leid. 3. in quo *est hæc.*' Oud. *Hæc est* quoque Erf. Tur. et Orell. Vulg. *est hæc.*—6 ψ *fere.*

CAP. XLII. 7 '*Ea autem dupl.*] Cauch. et Lamb. ed. *ea dupl.*' Græv. Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *ea autem dupl.* ed. Omnib. dupl. *autem.* Vulg. *autem* deest. Tum Duisb. et Leid. 4. non agnoscunt *si.*—8 Tur. omittit *plane.*

## NOTÆ

[1] *Expolitio*] Hanc adhibet Tullius pro Sext. § 7. 'Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers consilii, aut ingenii? nihil audieram? nihil videram?' &c. Non adeo jejunam ac pauperem, quod notat Fabius, natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici nisi semel non possit: verum in id potissimum incumbere debet orator, ut, cum idem dicat, aliud dicere videatur, alioquin in βαττολογίαν incidet, qua idem inepte ac sine causa repetitur.

dem rem [9] dicemus, non eodem modo (nam id quidem obtundere [f] [10] auditorem est, non rem expolire), sed commutate.[g] [11] Commutabimus tripliciter, verbis, pronuntiando, tractando. Verbis commutabimus,[12] cum, re semel dicta, iterum, aut sæpius aliis verbis, quæ idem valeant, eadem res proferetur,[13] hoc modo: Nullum tantum est periculum, quod sapiens [14] pro salute patriæ vitandum arbitretur. Cum agetur [15] incolumitas perpetua civitatis; qui bonis erit rationibus præditus,[16] profecto nullum vitæ discrimen sibi pro fortunis reipublicæ fugiendum putabit: [17] et erit in ea sententia semper, ut pro patria studiose quamvis [18] in magnam descendat vitæ dimicationem.[h] [19] Pronuntiando commutabimus, si tum [20] in sermone, tum in acrimonia; tum in alio atque alio genere vocis atque gestus, eadem [1] verbis commutando, pronuntiationem quoque vehementius immutabimus.[2] Hoc neque commodissime scribi [3] potest,

[f] *Fatigare.* [g] *Sed diverso modo.*
[h] *Ex animo se objiciat cuilibet magno vitæ periculo.*

Dein '*Dicimus*] Mss. omnes, edd. pr. *dicemus*, recte.' *Oud.* Erf. *dicemus rem:* Græv.-Burm. *rem dicimus:* vulg. *rem dicemus.*—9 Ab Erf. abest *Eandem rem.*—10 '*Nam id obtundere*] Erf. *nam id optinere.* Vulgati *nam id quidem obtundere.* Delevi autem *quidem*, volentibus Pith. et Duisb.' *Grævius.* 'Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *nam id quidem obt.* Leid. 4. *nam id obtinere alias obt.*' Oud. Tur. omittit *quidem.* Verba *nam id . . . expolire* in A desunt. Vid. Nott. Varr.—11 '*Sed commutare*] *Sed commutate* legas, ut Lamb. recte ex Mss. emendat; a quibus stant nostri, et ratio adeo, quam sequimur.' *Brut.* '*Sed commutate*] Sic Voss. 2. in ceteris *sed commutare;* unde Omnib. addidit *debemus.* Ed. Med. *sed commutatione.*' Oud. In A *si commutate:* G *sed commutare oportet:* R ψ *sed commutare*, et *commutatione* sup. lin. Vulg. *sed commutate.* Vid. Nott. Varr. Tum Pith. Voss. 1. Leid. 1. *Comm. rem tripl.* Leid. 2. Voss. 3. ed. Med. *Commutatio fit tripl.* G *Commutabimus tripl. fit*, et *Commutatio* sup. lin.—12 Schutz. conjecit *traducendo;* et in G legitur *Verbis commutabitur.* Dein Lamb. ed. *si, cum res dicta sit:* Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *si cum res semel dicta est.* Pro *cum*, ψ habet *sicut;* et pro *re*, G ψ, Erf. Voss. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *res.*—13 Desunt *eadem res* in Leid. 3. *Profertur* Duisb. Voss. 3. Leid. 4. *proferatur* ed. Med.—14 A *qm sapientis.*—15 '*Cum agetur*] Vitiose Voss. 2. Leid. 3. edd. pr. *cum augetur:* Leid. 1. in marg. *adaugetur.*' Oud. R a m. sec. et A G ψ *augetur.* Vid. Nott. Varr. Mox Schutz. de Ern. suspic. delevit *perpetua.*—16 Leid. 2. 4. et Duisb. habent *Erat rat.* et Leid. 4. Duisb. omittunt *præditus.*—17 Duisb. *putavit.*—18 Al. pro *quamvis* legunt *pugnet.* Vid. Nott. Varr.—19 Erf. *diminutionem.*—20 Erf. Duisb. Leid. 1. 4. ed. Omnib. *cum in serm.*—1 G *eandem.*—2 '*Pronuntiatione . . . inmutabimus*] Voss. omn. Leid. 3. ed. Med. *pronuntiationem.* Probo. Tum Voss. 2. *inmutaverimus:* ed. Omnib. *commutaverimus.*' Oud. A G ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *pronuntiationem:* vulg. *pronuntiatione.* Præterea G *commutabimus:* Erf. et Duisb. *immutaverimus.*—3 Leid. 3. Voss. 2. *neque commode*

neque parum est apertum: quare non eget exempli.[4] 55. Tertium genus est commutationis, quod tractando conficitur, si sententiam trajiciemus[5] aut ad sermocinationem, aut ad[6] exsuscitationem.[i] XLIII. Sermocinatio[m] est, (de qua planius paulo post suo loco[7] dicemus, nunc breviter ad hanc rem, quod satis sit,[8] attingemus,) in qua constituetur alicujus personæ oratio accommodata ad dignitatem, hoc modo, ut,[9] quo facilius res cognosci possit, ne ab eadem[10] sententia recedamus:[k] Sapiens, qui[11] omnia reipublicæ causa suscipienda pericula[12] putabit, sæpe ipse secum sic loquetur:[13] Non mihi soli, sed etiam, atque adeo[14] multo potius, natus sum patriæ: vita, quæ fato debetur, saluti patriæ potissimum solvatur. Aluit hæc me: tute atque honeste produxit[l][15] usque ad hanc ætatem: muniit meas rationes[16] bonis legibus,[m] optimis moribus, honestis-

[i] *Si transferamus sententiam ad dialogismum aut ad commotionem, tum nostri, tum auditorum.*

[k] *Ab exemplo quod sit ejusdem generis.*

[l] *Educavit.*

[m] *Procuravit meas utilitates legibus, &c.*

------------

*scribi:* Leid. 2. *quoque commodissime scr. non.*—4 A, Tur. et Lamb. ed. *exemplo.*—5 ψ *triciemus.*—6 Præpositio non est in A G, Erf. Duisb. quatuor Mss. Oud. cum ed. Omnib.

Cap. XLIII. 7 Erf. *Sermocinatione de qua.* '*De qua planius paulo post suo loco*] Leid. 3. 4. *quam, &c.* Voss. 2. *quam paulo prædicemus:* Voss. 3. *plenius:* deest *paulo* Leid. 2. *suo loco* caret Leid. 4.' *Oud.* In A G R quoque *quam,* et G *plenius.* Erf. et Duisb. omittunt *suo loco.* Vulg. ut Ern.—8 '*Brev. ad hanc rem, quod satis sit*] Pith. *Brev. quod ad hanc rem satis sit.* Lambinus in margine, 'Forte *brev. quoad satis sit.*'' Græv. 'Mss. quinque, edd. pr. *quod ad hanc rem satis sit:* Voss. 1. *quod hanc ad rem satis sit.*' Oud. In G *satis est.* Vulg. ut Ern.—9 Duisb. *hoc modo, quo.*—10 A *nec,* et ψ *ea de sent.*—11 '*Sapiens qui omnia*] Pal. 4. excludit pronomen *qui;* forsan recte.' *Grut.* 'Erf. et Duisb. *sapiens omnia.*' Græv. ψ, Leid. 4. Duisb. et ed. Omnib. non agnoscunt pronomen *qui.*—12 In G *pericula* deest.—13 Lamb. ed. *secum ita loquitur:* ed. Med. 1498. et Junt. *secum loquetur:* Schutz. Wetzel. et Orell. etiam habent *loquetur:* vulg. *secum loquitur.* Ern. e perpetua consuetudine Latinorum addidit *sic* ante *loquetur,* et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—14 A non habet *adeo.* In Pith. legitur *etiam atque etiam adeo.*—15 '*Produxit*] Fortasse legend. *perduxit.*' Lamb. 'Equidem in Pithœi libro est *perduxit.*' Græv. 'Ed. Med. *perduxit.* Cave sequaris, et consule comment. ad Suetonii Claud. c. 4. 'per gradus producendus.'' *Oud.*—16 '*Muniit meas rationes*] Mss. quatuor *monuit* vel *monivit.* Voss. 1. *munivit me ad rat.* Leid. 3. *monuit me has rat.* Leid. 2. ed. Med. *munivit meas rat.*' Oud. A *munit me has orationes:* G et Erf. *monuit meas rat.* ψ *monuit me has rat.* Vulg.

NOTÆ

[m] *Sermocinatio*] De qua paulo inferius § 65.

simis [17] disciplinis. Quid est, quod a me satis ei persolvi possit, unde hæc accepta sunt? [18] Quia hæc loquitur secum sapiens,[19] sæpe ego in periculis reipublicæ nullum ipse periculum fugi. Item mutatur res tractando, si traducitur ad exsuscitationem,[20] cum et nos commoti dicere videamur, et auditoris animum commovemus,[1] sic: Quis est tam tenui cogitatione præditus, cujus animus tantis angustiis invidiæ continetur, qui non hunc hominem studiosissime laudet, et sapientissimum judicet, qui pro salute patriæ, pro incolumitate civitatis, pro reipublicæ fortunis, quamvis magnum atque atrox periculum studiose [2] suscipiat, et libenter subeat? Equidem hunc hominem magis cupio satis laudare, quam possum: [n] [3] idemque [4] hoc certo scio vobis omnibus usu venire. 56. Eadem res igitur his tribus in dicendo commutabitur rebus; [5] verbis, pronuntiando,[6] tractando; sed tractando dupliciter, sermocinatione et exsuscitatione.[7] Sed de eadem re cum dicemus, pluribus [8] utemur commutationibus. Nam cum rem simpliciter [9] pronuntiaverimus, rationem poterimus subjicere: deinde dupliciter, vel sine rationibus, vel cum rationibus, pronuntiare sententiam: [10] deinde afferre contrarium; de

[n] *Tantum virum laudibus efferre minus possim quam velim.*

*muniit meas rat.*—17 A omittit *moribus, honestissimis.*—18 Leid. 3. et Erf. *accipies:* G *accepi*, sed in marg. *accepta sunt.*—19 '*Quia hæc loquitur*] Leid. 2. Voss. 3. ed. Med. *quare hæc loquitur:* Voss. 1. Leid. 1. *item hæc loquitur:* Leid. 4. *inde hæc loquetur:* Voss. 2. *in hæc loquatur.* Desunt Leid. 3. *hæc loquetur secum sap.*' Oud. A *In hæc loquetur:* R *In hoc loquetur:* ψ *Quare hæc loquitur:* Tur. *Item hæc loquitur.* In G *quia* deest, sed habet *quare* in marg. Vulg. *Quia hæc loquitur.* Vid. Nott. Varr. Schutz. delevit verba *quia hæc loq. . . . periculum fugi;* quæ Wetzel. et Orell. uncis includunt.—20 G et Erf. *suscitationem:* ψ *excusationem.*—1 Lamb. *commoveamus.*—2 ψ, Tur. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. ed. Med. *studiosissime.* Vid. Nott. Varr. Dein *et libenter subeat* non leguntur in Erf.—3 '*Possim*] Erf. et Lamb. ed. *possum.*' Græv. In ψ, Tur. et Voss. 2. *possim.* Vulg. *possum.*—4 G in marg. *itemque:* Leid. 1. *idque.* Tum ψ et quatuor Mss. Oud. *certe.* Mox *omnibus* in G deest.—5 Al. *modis.* Vid. Nott. Varr.—6 A *pronuntiatione.*—7 Verba *Eadem res . . . exsuscitatione* Schutzio et Wetzelio suspecta sunt.—8 A G R, Duisb. Pith. Leid. 1. 2. 4. Voss. 2. *plurimis.*—9 ψ *simplicem.*—10 E Mss. ap. Oud. et Græv. *dupliciter*, pro *duplicem*, dedit Ern. et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *duplicem.* Tum *vel sine rationibus* absunt ab Erf. in quo legitur *vel cum rationibus, vel cum actionibus.* Porro '*Pronuntiare sententiam*] Ultima vox non comparet in ullo Ms. nec ed. Med. Bene, si legas *dupliciter.* Adi Græv.' Oud. *Sententiam* deest etiam in A R ψ, Tur. Erf. Pith. et Cauch. Orell.

quibus omnibus diximus in verborum exornationibus: deinde simile et[11] exemplum, de quo suo loco[12] plura dicemus: XLIV. deinde conclusionem; de qua in[13] secundo libro, quæ opus fuerunt,[14] diximus, demonstrantes, argumentationem[15] quemadmodum concludere oporteat. In hoc libro docuimus, cujusmodi esset exornatio verbi, cui conclusioni nomen est.[16] Ergo hujusmodi vehementer ornata poterit esse expolitio,[17] quæ constabit ex frequentibus verborum exornationibus et sententiarum. Hoc modo[18] igitur septem partibus[n] tractabitur: sed ab ejusdem sententiæ non recedemus[19] exemplo, ut scire possis, quam facile præceptione rhetorica[20] res simplex multiplici ratione trac-

uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.—11 Copula deest Voss. 1. 2.—12 *Suo loco* non sunt in ψ.

CAP. XLIV. 13 Præpositio non est in A.—14 Idem Ms. *opus fuit.*—15 Erf. *argumentatione:* quinque Mss. Oud. et ed. Med. *argumentationes.*—16 '*In hoc libro doc., cujusm. esset exorn. verbi, cui conclusioni nomen est*] Hæc omnia Lambini ed. omisit. Duisb. *exorn. verborum:* Erf. *exorn. verbis,* scilicet, quæ fit verbis.' *Græv.* Ea verba quoque Schutz. delevit, Ern. probante: Wetzel. et Orell. uncis includunt. In Leid. 2. legitur *Et hoc in libro:* Voss. 1. 2. ed. Med. *Et in hoc libro.* Tum Leid. 4. *exorn. verborum.* Denique Voss. 2. *nomen conclusionis:* Leid. 2. *conclusio,* omisso *nomen.* Vid. Nott. Varr.—17 ψ *exornata,* et Erf. *pot. esse politio.*—18 In Duisb. et Leid. 4. non est *hoc modo.* Mox Erf. habet *tractatur.*—19 '*Sed ab ejusd. sent. non recedemus*] Bene Duisb. *sed ab ejusd. sent. non recedemus:* quamvis pro *sed* tam in Duisb. quam Erf. legatur *et.*' Græv. '*Sed ab . . . recedamus*] Leid. 1. 3. 4. *et ab. . . . recedemus.* Ed. Med. quoque *recedemus:* bene. Voss. 2. *ut, &c.*' Oud. '*Sed ab ejusd.*] *Ut ab ejusd.* Lambin. cui lectioni suffragantur duo Mss. Gryphii: alter, ut vulgati, *sed ab ejusd.* habet.' *Brut.* Pro *sed,* A G R ψ et Tur. habent *et;* et pro *ejusdem sent.,* A *eisdem* sine *sent.* Tum A R ψ et Tur. *recedamus;* et sic vulg. G et ed. 1474. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *recedemus.*—20 '*Facile præceptione rhetorica*] Leid. 4. *facili perceptione rhetorice.* Ultimum dant Mss. exceptis

NOTÆ

[n] *Septem partibus*] Septem illæ partes in eo ipso, quo utitur Cornificius, exemplo, exhibendæ sunt. Prima est propositio: 'Sapiens nullum pro republica periculum vitabit.' Secunda confirmatio propositionis: 'Ideo quod sæpe fit, ut, cum pro rep. perire noluerit, necessario cum rep. pereat.' Tertia est expolitio confirmationis: 'Et quoniam sunt omnia commoda a patria accepta, nullum incommodum pro patria grave putandum est.' Quarta petitur a contrario: 'Ergo qui fugiunt id periculum, quod pro patria subeundum est, stulte faciunt.' Quinta a similitudine: 'Itaque uti contemnendus est, qui in navigando se, quam navim, mavult incolumem; ita vituperandus, qui suæ plus quam communi saluti consulit.' Sexta ab exemplo: 'Decius pro legionibus se devovit.' Septima pars est conclusio: 'Quod si pro rep. debere accedere ad periculum,' &c.

tetur.[1] 57. Sapiens nullum pro republica periculum vitabit; ideo quod sæpe fit, ut, cum [2] pro republica perire noluerit, necessario [3] cum republica pereat. Et quoniam [4] sunt omnia commoda a patria accepta, nullum incommodum pro patria grave putandum est: ergo qui fugiunt id periculum, quod pro republica subeundum est, stulte faciunt. [*p.* 38.] Nam neque effugere incommoda possunt,[5] et ingrati in civitatem [6] reperiuntur. At, qui patriæ pericula suo periculo expetunt,[7] hi sapientes putandi sunt, cum et eum,[8] quem debent, honorem reipublicæ reddunt, et pro multis perire malunt, quam cum multis. Etenim [9] vehementer est iniquum, vitam, quam a natura acceptam propter patriam conservaveris,[10] naturæ, cum cogat, reddere; patriæ, cum roget,[11] non dare; et cum possis cum [12] summa virtute et honore pro patria interire, malle per dedecus et ignaviam vivere; et, cum [13] pro amicis et parentibus et ceteris necessariis adire periculum velis,[14] pro republica, in qua et hæc,[15] et illud sanctissimum nomen patriæ continentur,[16] nolle in discrimen venire.[17] Itaque uti [18] contemnendus est, qui in navigando se, quam navim,[19] mavult incolumem; ita

Voss. 2. Leid. 3. item edd. primæ, seu *rhetoricæ.*' Oud. Erf. *facile præceptione rhetoricæ:* Duisb. *facili perceptione rhetorice.* Vulg. *facile præc. rhetorica.*—1 Pith. *res simpliciter mult. ratione tractetur:* Erf. *res simplex mult. rat. tractatur.* In A G, Leid. 1. 3. Voss. 2. *tractatur:* Leid. 4. et Tur. *tractatur: Hoc modo.*—2 '*Sæpe fit, ut cum*] Leid. 3. *cum ipse:* Leid. 1. Voss. 2. *sæpe cum:* Leid. 4. *sæpe fit, cum.*' Oud. A ψ *sæpe cum*, omissis *fit ut.* In Erf. *sæpe fit, cum propter R. P. perire voluerit:* Tur. *sæpe, qui, quum pro rep. perire nol.*—3 Leid. 1. *necessario erit:* Leid. 4. et Duisb. *necesse est:* A G ψ, Voss. 1. 2. Leid. 3. et Tur. *necesse erit.* Dein A *pareat.*—4 Pith. *At quoniam.* Tum A omittit præpositionem ante *patria.*—5 Erf. *namque eff.* et Duisb. Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. cum ed. Omnib. *eff. id possunt.*—6 A G ψ, Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *in civitate.*—7 Græv.-Burm. e Duisb. habet *excipiunt.* '*Excipiunt*] Mss. omnes, edd. pr. *expetunt;* non actionibus, sed votis suis: quare forsan nihil mutandum fuerat.' *Oud.* Vulg. *expetunt.* Vid. Nott. Varr.—8 A ψ *et qui eum:* Tur. *qui et cum.*—9 ψ *Contrarium: etenim.*—10 '*Conservaris*] Sic etiam Leid. 3. Voss. 2.' *Oud.* *Conservaris* etiam Tur. et Medic. In A *conservaveritis.* Vulg. *conservaveris.*—11 A G R *rogat.*—12 ψ *possis summa virt.*—13 Voss. 1. 3. Leid. 2. et Schutz. *per ded. et per ign.* A G *per ded. et ign. vivere: et pro am.* Erf. *per ded. et ign. pro am.* Duisb. *per ded. et ign. vivere pro am.* Vid. Gronov. ad l. III. c. 13.—14 Erf. *nec. adire velis, pro:* A et Duisb. *et cet. nec. adire, pro.*—15 A *hec:* G R ψ et vulg. *hoc:* Tur. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *hæc.* '*Hæc*] Sic Medic. et alius, Gronovio laudante, et ex meis Erf. et Duisb. at vulgg. *hoc.*' Græv.—16 Vulg. *continetur.* Schutz. Wetzel. et Orell. *continentur.*—17 ψ *venire simile.*—18 Erf. et Duisb. *Ita uti:* A omittit *uti*, et post *est* Duisb. et Leid. 4. addunt *is;* ed.

vituperandus,[20] qui in reipublicæ discrimine, suæ plus, quam communi saluti,[1] consulit. Nave[2] enim fracta, multi incolumes evaserunt:[3] ex naufragio patriæ salvus nemo potest enatare. Quod mihi bene videtur Decius[o] intellexisse, qui se devovisse dicitur, et pro legionibus in hostes immisisse medios:[4] unde amisit vitam;[o] at non perdidit; re enim vilissima certam et parva maximam[5] redemit: dedit vitam,[6]

[o] *Reliquit vitum.*

Omnib. *iste.*—19 ‘*Qui in navigando, se quam navim*] Erf. et Duisb. *qui in navigio se, quam navim:* sed in Erf. est quoque *qui in navigio navim quam se.*’ Græv. ‘Leid. 4. *qui in navigando navim quam se:* Leidd. 1. 3. quoque *navigio*, et *navim* vel *navem quam se* perverse Mss. omnes, excepto Leid. 3. ed. Med. *qui in naufragio navium quam se:* Omnib. *qui in naufragio navem, quam se.*’ Oud. A G ψ et Tur. habent *navigio*, sed G in marg. ‘al. *navigando.*’ Tum in R ψ *navem quam se.* Vulg. ut Ern.—20 A G, Tur. Duisb. Erf. omnes Mss. Oud. cum ed. Med. et Orell. *vitup. est.*—1 ψ *suo plus quam comm. sal.* Erf. *suæ sal. plus quam comm.*—2 ψ, Erf. Duisb. Tur. et omnes Mss. Oud. cum ed. Med. et Orell. *Navi.*—3 ‘*Incolumes evaserunt*] Leid. 1. 4. Voss. 2. ed. Omnib. *inc. fuerunt:* Leid. 3. *inc. effugerunt:* ed. Med. *evadere; sed naufr.*’ Oud. In A, Pith. et Duisb. *inc. fuerunt:* G *fuere*, et in marg. ‘al. *evasere.*’—4 ‘*Dicitur et pro leg. in hostes immisisse*] Voss. 1. 3. Leid. 2. *dicitur pro leg. et se.* Addit *se* etiam cum primis edd. Leid. 1. in quo et Leid. 3. *misisse.* Sed Leid. 2. habet *intulisse*, probe.’ *Oud.* G *se immisisse med.* Schutz. *intulisse med.* Tum ‘*Unde amisit vitam*] Sic Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. Aliis deest *unde.*’ Oud. *Unde* deest etiam in R, Tur. et vulg. Ern. eam addidit, et eum sequuntur Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. Vid. Nott. Varr.—5 ‘*Re enim vil. et parva certam et max.*] Voss. 1. Leid. 2. *re enim vil. certum et parva m.* Bene. Ed. Med. *pro re en. vil. et parva certam et max.* Ceteris abest *certam.*’ Oud. In A *vilissima certa:* A G R ψ habent *parva*; et G R *certam et maximam.* Grut. Oliv. et Lall. *vil. et perparva max.* Græv.-Burm. *vil. et parva certam et max.* Schutz. e conj. *vanissima certam et parva max.* Tur. *vil. et*

NOTÆ

[o] *Decius*] Decii tres variis temporibus sese pro patria devoverunt. Primus P. Decius Mus consul in bello Latino, cum inclinaret sinistrum cornu cui præerat, solennibus verbis præeunte pontifice, se Diis Manibus devovit, et, admisso in medios hostes equo, fortiter pugnans obiit, ac morte sua victoriam Romanis consecutus est A. U. C. 413. ante Chr. 341. Livius lib. VIII. Hujus filius P. Decius consul patris exemplum secutus, cum ab Etruscis, Umbris, Gallis, et Samnitibus in fugam verteretur Romanus exercitus, in hostium cohortes irrumpens voluntaria morte suis victoriam peperit A. U. C. 458. ante Chr. 296. Livius lib. x. Denique P. Decius consul Publii filius, Publii nepos, cum Pyrrho bellum gerens sese hostium telis exposuit, seque ex continenti genere tertiam victimam reip. præbuit A. U. C. 475. ante Chr. 279. De tribus illis Romanis heroibus sic Tullius Tusc. Quæst. lib. I. sic scribit: ‘Si mors timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, etiam cum Pyrrho nepos se hostium telis objecissent.’

accepit patriam: amisit animam, potitus est gloria, quæ cum summa laude prodita[p] vetustate[7] quotidie magis enitescit. Quod si, pro republica debere accedere[8] ad periculum, et ratione demonstratum est, et exemplo comprobatum, ii sapientes sunt existimandi, qui nullum pro salute patriæ periculum vitant. 58. In his igitur generibus expolitio versatur, de qua producti sumus,[q][9] ut plura diceremus, quod non modo, cum causam[10] dicimus, adjuvat et exornat orationem, sed multo maxime per eam exercemur[11] ad elocutionis facultatem. Quare conveniet extra[12] causam in exercendo rationes adhibere expolitionis, in dicendo uti, cum exornabimus argumentationem, de qua[13] diximus in libro secundo.

XLV. Commoratio est, cum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, et eodem sæpius reditur. Hac[14] uti maxime convenit, et id est oratoris boni maxime proprium. Non enim datur auditori potestas animum de re firmissima dimovendi.[15] Huic exemplum satis idoneum subjici non potuit, propterea quod hic locus non est a tota causa separatus, sicuti[16] membrum aliquod, sed tanquam sanguis, perfusus[17] est per totum corpus orationis.

[p] *Commendata.* [q] *Impulsi sumus.*

*parva max.* Wetzel. et Orell. sequuntur Ernestium. Orell. h. l. ut corruptum notavit. Vid. Nott. Varr.—6 Al. teste Grævio, *vitam dedit.*—7 A, Erf. Duisb. Leid. 4. *prod. venustate:* Leid. 3. *prod. vel venustate.* Tum A *cotidie,* sine *magis.*—8 ‘*Debere accedere ad peric.*] Voss. 1. Leid. 2. *decere suscipere peric.* Voss. 3. *debere suscipere peric.* Voss. 2. Leid. 1. a m. sec. *decet accedere peric.* Ed. Med. *decere adire peric.* Mihi rectius videtur *decere suscipere.*’ Oud. Pro *accedere,* G habet *suscipere* in marg. Schutz. edidit *decere pro rep. accedere peric.* Orell. *pro rep. decere accedere peric.* A G R ψ, Tur. et vulg. *pro rep. debere accedere peric.* Vid. Nott. Varr.—9 Lamb. conj. *provecti sumus.* Vid. Nott. Varr.—10 ψ *non modo, non causam.*—11 ψ *exercentur.*—12 A *conveniant extra:* ψ *convenit extra:* Pith. *conveniet etiam extra.*—13 ‘*Cum exornabimus argumentationem, de qua dix.*] Scripti nostri omnes *de qua re dix.* et hoc probandum existimo.’ *Gronov.* ‘Duisb. *cum exornationibus argumentationem, de qua re dix.* Erf. *cum exornabimus argumentatione, de qua dix.* Est et in Canch. et Pith. *de qua re.*’ Græv. ‘Leid. 3. 4. *cum exornationibus argumentatione:* Leid. 1. *cum exornationibus et argumentatione:* Voss. 2. *cum argumentatione;* pendet enim a verbo *uti.*’ Oud. In A etiam *cum exornacionibus.* Tum ‘*De qua re*] Sic Mss. omnes et edd. pr. Vulgo exsulat *re.*’ Oud. In A R quoque *de qua re:* Tur. et Orell. *qua de re.* Schutz. et Wetzel. verba *Quare conveniet . . . in libro secundo* uncis includunt.

CAP. XLV. 14 A *Hec.*—15 ‘*Dimovendi*] *Demovendi* scriptum est in Gry-

Contentio[p] est, per quam contraria referuntur.[18] Ea est in verborum exornationibus, ut ante docuimus, ejusmodi:[19] Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem[20] præbes. In sententiarum,[r] hujusmodi: Vos hujus incommodis[1] lugetis, iste reipublicæ calamitate lætatur. Vos vestris fortunis diffiditis, iste solus suis eo magis[2] confidit. Inter hæc duo contentionum genera hoc interest: illud[3] ex verbis celeriter relatis constat; hic sententiæ contrariæ[4] ex comparatione referantur oportet.

59. Similitudo,[q] est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile.[s] Ea sumitur aut ornandi[5] causa,[r] aut probandi, aut apertius dicendi, aut ante oculos ponendi. Et quomodo quatuor de causis sumitur, ita[6] quatuor modis dicitur; per contrarium,[7] per negationem, per brevitatem, per collationem.[8] Ad unamquamque su-

[r] *Exornationibus.*
[s] *Aliquid simile sumtum ex re, quæ specie differat a re quæ tractatur.*

phii libris duobus. Certe ut nullius auctoritas sit; postulat ratio, et locus, ut ita legatur.' *Brut.* Orell. *demovendi.* Vulg. *dimovendi.*—16 Erf. *sic uti:* al. *sicut.*—17 A, Erf. et ed. Med. *profusus.*—18 Erf. *contraria referentur:* Schutz. *contraria contrariis referuntur.*—19 ψ et Leid. 2. *diximus.* Tur. et omnes Mss. Oud. cum ed. Med. et Orell. *hujusmodi.* Vulg. *docuimus, ejusmodi.* —20 G *te inexorab.*—1 Erf. *incommodum.*—2 Pith. *solus es magis:* A *solus suis eo quod magis.*—3 G et Pith. *quod illud.*—4 Tur. omittit *contrariæ.*—5 Erf. *aut exornandi,* et mox A habet *ponendo.*—6 '*Quomodo igitur quatuor de causis sumitur, ita quatuor*] Erf. *Quom. quat. de causis sum., item quat.*' Græv. 'Leid. 1. 2. Voss. 1. 3. ed. Med. *Et quom. quat. de c.* Bene Leid. 3. *Quæ quom. de quat. c.* Abest *igitur* etiam a Leid. 4. et Voss. 2. ed. Omnib.' *Oud.* In A *Quoniam quat. de c.* G *Quom. autem quat. de c.* R, Tur. et vulg. *Quom. igitur quat. de c.* ψ et duo Mss. ap. Ern. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *Et quom. quat. de c.*—7 G *dicitur: quod per contrarium dicitur, per neg.*—8 Al. teste

NOTÆ

p *Contentio*] Vide quæ supra diximus § 21.

q *Similitudo*] Recte monet ex re dispari petendam esse similitudinem: nisi enim aliqua in re differret id, ex quo sumitur similitudo, jam non esset simile, sed prorsus idem. Porro cum ad rerum imaginem exprimendam inventa sit similitudo, cavendum ne id, quod similitudinis gratia accersitur, ignotum sit aut obscurum.

r *Ornandi causa*] Cujusmodi est hæc apud Tullium in orat. pro Rosc. Amer. § 131. similitudo: 'Etenim si Jupiter optimus maximus, cujus nutu et arbitrio cœlum, terra, mariaque reguntur, sæpe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, urbes delevit, fruges perdidit,' &c.

mendæ causam[9] similitudinis accommodabimus singulos modos pronuntiandi. XLVI. Ornandi causa sumitur[10] per contrarium, sic: Non enim, quemadmodum in palæstra,[11] qui tædas ardentes[12] accipit,[s] celerior est in cursu continuo,[13] quam ille, qui tradit; ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quam ille, qui decedit: propterea quod defatigatus cursor integro facem,[t][14] hic peritus imperator imperito exercitum tradit. Hoc sine simili satis plane, et perspicue, et probabiliter dici potuit, hoc modo: Minus[15] bonos imperatores a melioribus exercitum[16] accipere solere; sed[17] ornandi causa simile sumtum est, ut orationi dignitas quædam[18] compararetur. Dictum est autem per contrarium. Nam tunc[19] similitudo sumitur per

[t] *Tradit facem non fatigato.*

Grævio, *per coll.*, *per brev.*—9 Voss. 1. 3. Leid. 2. *sumendum:* Leid. 4. *sumendi:* et Erf. *causa.*

CAP. XLVI. 10 Voss. 2. *sumetur.* Tum Voss. 1. Leid. 1. 2. *et per contr. dicitur sic:* Voss. 3. *quod per contr. sic dicitur.*—11 Erf. et Duisb. *in pal. est.*—12 '*Tædas candentes*] Voss. 1. a m. pr. *cadentes*; suprascr. *ardentes*, ut in Voss. 2. et edd. pr. *cardentes* Leid. 1. Deest participium Voss. 3.' *Oud.* E scriptis libris et edd. 1474. Med. utraque, Junt., &c. *ardentes*, pro *candentes*, recepit Ern. et eum sequuntur Schutz. et Wetzel. Vulg. *candentes;* et sic A G R ψ et Tur. Vid. Nott. Varr.—13 Tur. omittit *continuo*, quocirca Orell. uncis inclusit. Schutz. eam transposuit ante *melior*, legens *ita continuo melior;* et eum Wetzel. sequitur. Erf. habet *item melior imp.*—14 ψ *defatigans curs. int. facere, hic.*—15 '*Dicitur minus*] Vox *dicitur* abest Bruil. item Pal. 4. et 6. meo animo recte.' *Grut.* 'Tres Grut. non agnoscunt *dicitur.*' Græv. Deest etiam in A G R, Voss. 2. et Mss. ap. Ern. qui eam delevit, cum Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. In Tur. Lamb. Grut. et Græv.-Burm. *Dicitur minus:* ed. Omnib. *Dicere minus:* ψ *Dicitur nimis.*—16 Erf. Tur. et omnes Mss. Oud. cum Orell. *exercitus.* Vulg. *exercitum.*—17 *Sed* in A deest.—18 Erf. *quædam dign.* Tum Mss. et edd. ante Ern. cum Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Wetzel. *comparetur:* A, Schutz. et Orell. *compararetur:* G *accomode-*

## NOTÆ

[s] *In palæstra, qui tædas ardentes* [*candentes*] *accipit*] Græci, ut tradit vetus interpres Aristophanis in Ranis, in tribus certaminibus solebant λαμπαδουχεῖν, id est, *faces gestare*, in Prometheis, in Vulcaniis, et Panathenaicis. Hoc ludi genus ferunt a Prometheo institutum, ut in cursu fax ardens ferretur, quam defatigatus proxime sequenti, ac deinceps alius alii daret in manus. Sic historiam Promethei exprimebant, qui ferulam qua cœlestem ignem ex rota solis exceperat, ne extingueretur, continuo motu jactarit, in terram devolans. Hinc cursu lampada tradere abiit in proverbium, pro eo quod est, partes suas quasi successione in alium atque alium transferre. Vide Erasmi Adagia.

contrarium, cum ei rei, quam nos probamus, aliquam rem negamus esse similem, ut paulo ante, cum[20] de cursoribus disserebamus. Per negationem dicetur,[1] probandi causa,[1] hoc modo: Neque equus indomitus,[2] quamvis natura bene[3] compositus sit, idoneus potest esse ad eas utilitates,[4] quæ desiderantur ab equo; neque homo indoctus, quamvis sit ingeniosus, ad virtutem potest pervenire. Hoc probabilius factum est, quod magis[5] est verisimile, non posse virtutem sine doctrina comparari; quoniam ne equus[6] quidem indomitus idoneus possit[7] esse: ergo sumtum est probandi causa. 60. Dictum est autem[8] per negationem: id enim[9] perspicuum est de primo similitudinis verbo.[10] XLVII. Sumetur et,[11] apertius dicendi causa, similitudo per brevi-

*tur,* sed in marg. *comparetur.*—19 A G et Erf. *tum.*—20 A omittit *cum.* Dein A, Tur. Leid. 1. 3. 4. *asserebatur:* ψ *afferebatur:* G R, Voss. 1. 2. Leid. 2. cum edd. pr. *asserebamus:* Voss. 3. *diferebamus.* Vulg. *disserebamus.* Vid. Nott. Varr. Schutz. delevit verba *ut paulo ante . . . disserebamus:* Wetzel. et Orell. uncis includunt.—1 A *dicet:* G *dicitur.*—2 ‘ *Nec equus quidem ind.*] Erf. et edd. nonnullæ, *ne equus quidem ind.*’ Græv. ‘Mss. omnes et edd. pr. *neque eq. ind.* quod restituendum est auctori.’ *Oud.* Vulg. *neque equus ind.*—3 Erf. *bene natura:* A *bona natura.*—4 ‘ *Idon. pot. esse ad eas util.*] Voss. 1. *et idon. et aptus ad illas util.* Voss. 3. et ed. Med. *aptus et idon. esse pot. &c.* Leid. 2. et ed. Omnib. *idoneus pot. esse ad eas util. et aptus.*’ Oud. In ψ *idon. pot. esse et aptas ad eas util.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—5 Orell. e conjectura edidit *quo magis:* Ern. conj. *eo quod magis.* Vid. Nott. Varr. Tum ‘ *Verisimile*] Sic Mss. omnes et edd. pr. non *verosimile.*’ Oud.—6 ‘ *Quoniam ne equus*] Voss. 1. Leid. 1. *quandoquidem nec eq.* Leid. 2. *quemadmodum nec eq.* In ceteris etiam *nec.* Ed. Med. *quamquam eq.*’ Oud. A G R *quoniam nec eq.* Dein vox *quidem* in A deest.—7 A *potest.*—8 ‘ *Dictum est autem*] Leid. 1. 2. 4. ed. Omnib. carent verbo. Leid. 3. *Dictum est hoc.*’ Oud. Erf. *Dictum autem:* Duisb. *Deinde autem.*—9 A et Erf. *Id cum persp.* ψ *Id autem persp.*—10 A *verbo sumetur.* Vid. Nott. Varr.

CAP. XLVII. 11 In A *sumetur,* et in R copula deest: utrisque vocibus carent Leid. 1. 3. et Tur. Tum ed. Med. *simile per brev.* Leid. 1. 3. Tur. *sim.*

## NOTÆ

[1] *Per negationem dicetur, probandi causa*] Ita Cicero philosophorum opinionem refutat, qui mundum fortuito atomorum concursu factum censebant, de Nat. Deor. lib. II. § 93. ‘Hic ego non mirer esse quemquam, qui sibi persuadeat corpora quædam solida, atque individua, vi et gravitate ferri, mundumque effici ornatissimum et pulcherrimum ex eorum corporum concursione fortuita? Hoc qui existimat fieri potuisse, non intelligo cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti formæ literarum, vel aureæ, vel quales libet, aliquo conjiciantur, posse ex his in terram excussis annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici: quod nescio anne in uno quidem versu, possit tantum valere fortuna.’

tatem,[u] hoc modo: In amicitia gerenda,[12] [x] sicut in certamine currendi, non [13] ita convenit exerceri, ut, quoad necesse sit, pervenire [14] possis: sed ut productus [15] studio et viribus, ultra facile procurras.[16] Nam hoc simile est, ut apertius intelligatur,[17] mala ratione facere, qui reprehendant eos,[18] qui, verbi causa, post mortem amici liberos ejus custodiant, propterea quod in cursore [19] tantum velocitatis esse oporteat, ut efferatur usque ad finem: [20] in amico tantum benevolentiæ,[1] ut ultra, quam amicus sentire possit, procurrat amicitiæ studio.[2] Dictum autem simile est [3] per brevitatem: non enim ita,[4] ut in ceteris rebus, res ab re separata est, sed utraque res conjuncte et confuse comparata.[5] Ante oculos ponendi negotii causa sumetur similitudo, cum di-

*dicitur per brev.* A, Voss. 3. Leid. 4. *simile dicitur per brev.* Voss. 1. 2. Leid. 2. ed. Omnib. *simile dicitur autem per brev.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. —12 Voss. 1. Leid. 1. 3. *gerunda.*—13 Orell. conj. *non, sicut in cert. curr., ita conv.*—14 A G R, Cauch. Erf. Pith. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *venire.*—15 Leid. 2. ed. Med. *producto:* Crat. ed. et al. teste Grævio, *productius.*—16 Erf. Pith. Cauch. Voss. 3. Leid. 4. ed. Omnib. *ultro facile:* et Leid. 2. *percurras.*—17 Schutz. e conj. edidit, *Nam hoc sim. sumptum est, ut ap. intelligeretur.*—18 A R ψ, Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. ac Crat. et Lamb. *facere eum:* et paulo post, A G, Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. Crat. et Lamb. *reprehendat eos.*—19 Erf. *quod in cursorem:* Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. *quod et in cursore.* Tum Erf. *tantæ veloc.* '*Tantum veloc.*] Sic Mss. omnes et edd. pr. Vulgo *tantæ veloc.* vitiose.' *Oud.*—20 '*Ultra finem*] Leid. 1. 2. 4. Voss. 2. *usque ad fin.* cum edd. pr.' *Oud.* Græv.-Burm. sola *ultra fin.* Al. edd. *usque ad fin.* Vid. Nott. Varr.—1 '*In amico tantum benivolentiæ*] Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *et in am.* Leid. 3. *in amicitia:* Voss. 3. Leid. 3. 4. edd. pr. *tant. ben. studium.*' Oud. In A *in amico tantam benevolenciam studium:* G *et in amico tantum benivolentiæ:* R *in amicicia tantum benivolentiæ:* ψ *in amicitiæ tantum benevolentiæ studium.* Vulg. *in amico tantum benivolentiæ.*—2 A R, Voss. 3. Leid. 2. ed. Omnib. *ut ultra quam quod, &c.* Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. *ut efferatur ultra finem. Dictum, &c.* Post *studio,* in A additur *ut efferatur ultra finem.* —3 Lamb. ed. *Dictum est autem sim.*—4 Pith. omittit *ita.*—5 '*Sed utraque res conj. et conf. comparata*] Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *sed utræque res.* Dein *pronunciatæ* vel *pronunciatæ sunt* Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Omnib. *comparata est* Leid. 3. at præferendus est numerus pluralis.' *Oud.* A R *comparata est:* G *separata est,* sed punctis subnotantur, et sup. lin. scribitur *pronuntiante.*

## NOTÆ

[u] *Apertius dicendi causa per brevitatem*] Tale est illud Cic. in Philipp. II. § 115. 'Sed nimirum, ut quidam morbo aliquo et sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt; sic libidinosi, avari, facinorosi veræ laudis gustum non habent.'

[x] *In amicitia gerenda*] Sensus est: In certamine currendi eatenus se quisque exercet, quatenus metam tantum attingat, nec ultra progredi curat. Dissimilis esse debet amicitiæ ratio: ultra mortem amici benevolentia excurrat, ad ejus etiam liberos extendatur.

cetur, per collationem, sic: Uti[6] citharœdus, cum prodierit[7] optime vestitus, palla[y] inaurata indutus,[8] [p. 39.] cum chlamyde[z] purpurea, coloribus variis intexta,[9] et cum corona aurea, magnis[10] fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam, auro et ebore distinctam, ipse præterea forma et specie sit et statura apposita ad dignitatem; si, cum magnam populo[11] commoverit his rebus expectationem,[12] repente silentio facto, vocem emittat[13] acerbissimam cum turpissimo[14] corporis motu; quo melius ornatus[15] et magis fuerit expectatus, eo magis derisus et contemtus, ejicitur: ita[16] si quis in excelso loco, et in magnis ac locupletibus copiis collocatus, fortunæ muneribus, et naturæ commodis omnibus abundabit;[17] si virtutis et artium, quæ virtutis magistræ sunt, egebit;[18] quo magis ceteris[19] rebus copiosus erit,[20] et illustris [et expectatus], eo vehementius derisus et contemtus, ex omni conventu bono-

Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—6 E Mss. et edd. pr. *cum dicetur*, ante *per coll.*, inseruit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. '*Cum dicetur per coll.*] Sic rescribendum e Mss. sex et edd. pr. Vulgo et a Leid. 3. absunt *cum dicetur*.' Oud. In G *cum dicitur per coll.* Pith. *per coll. sicuti cith.* Vid. Nott. Varr.—7 Voss. 3. *cum producitur*. Pro *optime*, Christius suspic. *opime* legend. in qua voce vid. Clav.—8 Voss. 2. *pallam inauratam*, et Erf. *induitur*. —9 Erf. *col. var. corporis int.* Tum copula in A deest.—10 *Aurea* abest ab A, Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. Tur. in quibus etiam legitur *magna*. In ψ quoque *magna*. Dein *fulg. gemmis* desunt a Leid. 1. Vid. Nott. Varr. Denique G *illuminatam*.—11 ψ *sicut magn. &c.* et pro *populo*, G *populi* habet. In A legitur, *si quum magna populum moveret*.—12 A *expectatione*.—13 A *mittam*: Erf. *mittat*: Duisb. *emittit*.—14 A *cum et turp.*—15 G, Leid. 2. ed. Med. et Lamb. *orn. sit*: Voss. 1. *sit orn.* Voss. 3. ed. Omnib. *exornatus sit*.—16 A G R ψ, Tur. Erf. Leid. 1. 2. 4. Voss. 3. *item*. Mox A *et magnis*: G *cum in magnis*.—17 '*Comm. omnibus abund.*] Bene Duisb. *comm. abund.*' Græv. Deest etiam *omnibus* in Leid. 3. 4. ac Tur. In A *abundabis*.—18 ψ *artium magistræ, egebit*: A *artium, quæ virtutum mag., sumptibus egebit*.—19 A *ex ceteris*.—20 Edd. ante Ern. *erit copiosus*: A ψ *copiosius erit*. Dein '*Illustris et exspectatus*] Leid. 4. *industrius*: Voss. 1. a m. pr. et 3. Leid. 1. *industris*. Abest copula a Voss. 2. Leid. 1. 4. ed. Omnib. bene; sed ejiciendum simul τὸ *exspectatus*, quod male e superioribus irrepsit.' *Oud.* Tur. Grut. Oliv. et Lall. *et industrius et expect.* A *et illustr. et exceptatus*: Schutz. delevit verba *et exspectatus*: Orell. ea uncis includit. Græv.-Burm. et Wetzel. uncos non habent. Vid. Nott.

NOTÆ

[y] *Palla*] Pallam vestimentum muliebre induebant olim qui saltabant in scena, et cantabant, aut citharam pulsabant, ut liquet ex Plauti Menæchm. I. 3.

[z] *Chlamyde*] Quæ proprie militaris, ut ex Epidico Plauti; aut viatoria vestis fuit, ut ex ejusdem Pseudolo colligitur.

rum ejicictur.[1] Hoc simile, exornatione utriusque rei,[2] et alterius inertiæ artificis alterius stultitia[3] simili ratione collata, sub aspectum omnium rem subjecit.[4] Dictum autem est[5] per collationem, propterea quod,[6] proposita similitudine, paria sunt omnia relata.

XLVIII. 61. In similibus[7] observare oportebit diligenter, ut, cum rem afferamus[8] similem, cujus rei causa similitudinem attulerimus, verba[9] quoque ad similitudinem habeamus accommodata. Id est hujusmodi: Ut hirundines[10] æstivo tempore præsto sunt,[u] frigore[11] pulsæ recedunt. Ex[12] eadem similitudine nunc per translationem verba sumimus: ita[13] falsi amici[a] sereno vitæ tempore præsto sunt; simul atque hyemem[14] fortunæ viderint, devolant omnes. Sed inventio similium facilis erit, si quis

[u] *Apparent.*

Varr.—1 Lamb. ed. *ejiciatur.*—2 A *Hec sim.* Erf. *Hac sim.* et Duisb. *exornationem:* R *per exornacionem.* Lamb. ed. *Hoc sim. per collationem utriusque rei.* Tò *rei* non est in Tur.—3 ‘*Et alterius inertiæ artificis*] Exsulat copula a Mss. quatuor. *Inertia* Leid. 1. *ineptia* Leid. 3. *inscitia* Voss. 3. ed. Med. *inscientia* Voss. 1. Leid. 2. 4. Tum *artificii* Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. ed. Med. Deest vox a Leid. 3. quod præferrem.’ *Oud.* A quoque non habet copulam. Pro *inertiæ*, G ψ habent *in scientia*, R *inscientiæ;* et pro *artificis*, G R ψ *artificii*, sed in R punctis subnotatur. Orell. omittit *artificis.* Vulg. ut Ern. Dein ‘*Alterius stultitiæ*] Leid. 4. *alteriusque stultitiæ:* ed. Med. *et alt. stultitia;* qui casus etiam in Mss. quinque.’ *Oud.* Duisb. *atque alterius stultitiæ:* A R ψ, Tur. Grut. Oliv. Lall. et Græv.-Burm. *alt. stultitiæ.* ‘*Alterius stultitia*] Sic reposui pro *stultitiæ* e Mss. aliquot ap. Oud. et edd. 1474. Med. pr. Et sic res postulat. Malim etiam aut *alterius* primum deleri, vel potius *artificis*, quod a libro Leid. abest, et glossam sapit satis perspicue.’ *Ern.* *Stultitia* etiam G, Schutz. Wetzel. et Orell.—4 ‘*Sub adspectum omnium rem subjicit*] Leid. 4. *sub adspectu* cum edd. pr. In ceteris *sub adspectus:* non male. Sic c. 50. ‘*adspectus* omnium præstringere.’ *Hominum* ed. Med. *omnem* Leid. 1. 4. *subjiciet* Voss. 1. Leid. 2. 3. *subjecit* Leid. 1. 4. a m. sec. ed. Omnib.’ *Oud.* In G ψ etiam *sub aspectus*, et A G *subjiciet.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. —5 Lamb. et Orell. *Dictum est autem.*—6 *Propterea quod* absunt a Duisb. et Leid. 4. Pro *proposita*, in A et Pith. legitur *posita*, in ψ *postposita.*

Cap. xlviii. 7 Leid. 1. 2. 3. Voss. 1. et Erf. *In similitudinibus.* Dein A G R ψ, Duisb. Tur. et omnes Mss. Oud. cum edd. pr. *oportet.* Vulgo *oportebit.*—8 Erf. *referamus.*—9 Lamb. ed. *ejus rei verba.* Erf. Voss. 3. Leid. 2. non habent *quoque.*—10 A G ψ, Tur. et Græv.-Burm. *Ita ut hir.* ‘*Ita ut hir.*] Ed. Med. caret τῷ *ita*, dans *uti ir.*’ Oud. Vid. Nott. Varr.—11 A *ita frigore:* G *simul frigore.*—12 Duisb. *Et ex ead.*—13 Erf. *item.*—14 A *sunt; et si nives atque hiemem:* ψ et Leid. 4. *sunt; si nivem atque hiemem:* Duisb. *sunt; nivem*

NOTÆ

[a] *Ita falsi amici*] Cui sententiæ congruit iste Ovidii locus: ‘Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris.’

sibi omnes res animatas et inanimatas,[15] mutas et loquentes,[16] feras et mansuetas, terrestres et cœlestes et maritimas,[x] [17] artificio, casu,[18] natura comparatas, usitatas atque inusitatas,[19] frequenter ante oculos poterit ponere,[20] et ex his aliquam venari[y] similitudinem, quæ aut ornare, aut docere, aut apertiorem rem facere, aut ponere ante oculos possit. Non enim res tota toti rei[1] necesse est similis sit, sed ad ipsum, ad quod conferetur,[2] similitudinem habeat oportet.

XLIX. 62. Exemplum[b] est alicujus facti, aut dicti [præteriti[3]], cum certi auctoris[4] nomine propositio. Id sumitur iisdem de causis,[5] quibus similitudo. Rem ornatiorem facit, cum nullius rei, nisi dignitatis, causa sumitur; aper-

[x] *Et volucres et pisces.* [y] *Investigare.*

*atque hiemem.*—15 ψ et Tur. *si quis sibi omnes res animantes et inanimantes;* et sic Cauch. et Duisb. sed omittunt *sibi.* Erf. *si qui sibi omnes res animatas et inan.* Lamb. ed. *si quis sibi omnes res animatas, et inanimas:* ed. Med. *atque inanimatas;* quæ verba non sunt in Voss. 3. Deest *res* a Voss. 2. in quo legitur *animantes et in animantes.* Vulg. ut Ern.—16 '*Mutas et loquentes*] Ita Voss. 3. Leid. 3. In reliquis et ed. Omnib. *mut. et eloquentes.* Ed. Med. *mut. atque eloq.*' Oud. ψ et Duisb. *mut. et eloquentes.*—17 '*Terr. et cœl., et maritimas*] Duisb. et Erf. *terr., marit.* Al. *terr. et cœt., et marinas.*' Græv. '*Et cœl. et maritimas*] Voss. 2. simpliciter *et maritas:* Voss. 1. a m. sec. *marinas.* Copula prima deest Leid. 4. utraque Leid. 3.' *Oud.* A *terr. et cœl. marinas:* G *terr. et cœl. maritimas.*—18 '*Artificio, casu, natura*] Erf. *artificiosas una nat.* Cauchianus, *artificiosas et una nat.* Forte, inquit Cauchius, *artificio et a nat.*' Græv. '*Artificio, casu*] Voss. 3. *artificio casu:* Leid. 3. *artificiosas.*' Oud. Pro *artificio,* A habet *artificiosa;* G *et artificioso;* et ψ *artificiosas.*—19 Voss. 3. *et inus.* Desunt in Leid. 4. et Duisb. —20 Erf. *pon. ante oc. pot.* '*Ponere ante oc. pot.*] Sic Mss. cum ed. Med. vel *ante oc. pon. pot.*' Oud.—1 A G, Erf. Voss. 2. 3. Leid. 1. 3. 4. *totæ rei.*—2 '*Sed ad ipsum, ad quod conferetur*] Melius Erf. *sed ipsum, quod conf.* Lamb. ed. *sed ad id ipsum ad quod confertur.*' Græv. '*Ad ipsum ad quod conferetur*] Leid. 2. ed. Med. *ad ipsum, quod conf.* bene. Voss. 3. *id quod confertur ad ips. quod conferetur:* Voss. 1. ed. Omnib. *sed ipsum, quod.* In Voss. 1. et Leid. 4. ed. Med. *confertur.*' Oud. A *sed ad ipsum, ad quod conferetur, ad idipsum quod conferetur:* G *sed ad ipsum, quod conferetur.* Vulg. ut Ern.

CAP. XLIX. 3 Schutz. e susp. Ern. delevit *præteriti.*—4 A *certo,* et ψ *ac-*

## NOTÆ

[b] *Exemplum*] Insignis est in eo genere Tullii locus pro Lege Manil. § 11. quo bellum adversus Mithridatem suscipiendum probat: 'Majores vestri sæpe mercatoribus ac naviculatoribus injuriosius tractatis bella gesserunt: vos tot civium Romanorum millibus uno nuntio atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis?' &c. Hoc uno loco exemplum habes, quod rem et ornatiorem et apertiorem et probabiliorem simul facit.

tiorem, cum id, quod sit obscurius,[6] magis dilucidum reddit; probabiliorem, cum magis verisimilem facit; ante oculos ponit, cum exprimit[7] omnia perspicue, ut res prope dicam manu tentari[z] possit.[8] Uniuscujusque generis singula subjecissemus exempla, nisi exemplum, quod genus esset,[9] in expolitione demonstrassemus, et causas sumendi in similitudine[10] aperuissemus. Quare noluimus,[11] neque pauca,[12] quo minus intelligeretur, neque, re intellecta,[13] plura conscribere.[14]

Imago[c] est formæ cum forma[15] cum quadam similitudine collatio.[a] Hæc sumitur aut laudis aut vituperationis causa. Laudis causa, sic: Ibat[16] in prœlium, corpore[17] tauri validissimi, impetu leonis acerrimi similis.[18] Vituperationis,[19]

[z] *Tractari.*
[a] *Unius rei plerumque hominis cum alia re comparatio.*

*toris.*—5 Lamb. *iisdem ex causis.*—6 R ψ, Leid. 3. 4. Tur. Duisb. et Lamb. ed. *obscurum.*—7 Edd. vett. *explicit.*—8 '*Res dicta prope manu tentari possit*] Voss. 2. Leid. 3. 4. *res proprie dicta:* Voss. 3. *res prope dicta.* Optime Erf. *prope dicam:* nam *tentari* est in Mss. omnibus et edd. pr. non *teneri.*' Oud. Tur. *res prope dicta:* Schutz. Wetzel. et Orell. *res prope dicam:* vulg. *res dicta prope;* et sic A G R ψ. '*Ut res, prope dicam*] Sic reposui e Mss. Erf. pro *ut res dicta prope:* in quo olim *dicta* delendum putabam. Adjuvat etiam hoc, quod in Ms. Winkl. est *prope dicta*, ut in Voss. ap. Oud.' *Ern.*—9 '*Nisi exemplum, quod genus esset*] Voss. 1. 3. Leid. 2. *nisi et ex.* In Voss. 1. Leid. 2. 4. ed. Med. *est:* deest Voss. 3.' *Oud.* '*Nisi exempli quis usus esset* legit Lamb. quo modo ratio poscere videtur. In vulgatis eodem modo et in Mss. legitur, *nisi exemplum quod genus esset.*' Brut. Orell. *exemplum* uncis inclusit.—10 G *causa*, et Erf. *similitudinem.*—11 G *nolumus:* Junt. *volumus.* 'Sensus postulat *voluimus*, quod habet ed. Med. 1474. secunda.' *Wetzel.*—12 G *perpauca.*—13 Crat. *in re intell.*—14 A G R ψ, Erf. Tur. et omnes Mss. Oud. cum ed. Med. et Omnib. *scribere.* Vulgo *conscribere.*—15 '*Imago est formæ cum forma*] Crat. ed. *Imago est formæ cum fortuna.* Non inepte Duisb. *Imago est similis formæ cum forma.* Rectius tamen abest.' *Græv.* ψ et Leid. 4. *Im. est similis formæ.*—16 Voss. 3. *inibant:* Leid. 3. et Tur. *Ibant:* vulg. *ibat.* Vid. Nott. Var.—17 '*Corpore*] Voss. 1. *pectore;* non male.' *Oud.* Schutz. quoque *pectore.*—18 '*Similis*] Alii *similes.* In duobus Mss. Gruterus non reperit *similis.*' Græv. In G *similis* deest, et in R punctis subnotatur.—19 Pith. *Vitup. causa:* G *Vitup. causa tribus modis.* Tum '*Ut in odium, aut in invid. aut in contemt. adducat. Ut in odium h. modo*] Sic fere Leid. 3. et ed.

## NOTÆ

[c] *Imago*] Hæc, teste Aristot. Rhet. lib. III. aliud nihil est, nisi translatio addito adverbio, vel adjectivo nomine similitudinis. Itaque Cicero in Vatinium utitur imagine cum ait § 4. 'Repente enim te tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intulisti.' Translationem autem in Pisonem § 41. adhibet detracta similitudinis particula: 'Atque adeo vos geminæ voragines, scopulique reipublicæ.'

ut in odium, aut in invidiam, aut in contemtionem adducat. Ut in odium, hoc modo: Iste quotidie per forum medium, tanquam jubatus draco,[20 d] serpit, dentibus aduncis, aspectu venenato, spiritu rabido,[1] circumspectans huc et illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, [ore attingere,[2]] dentibus insecare,[3] lingua aspergere possit. Ut in[4] invidiam adducat, hoc modo: Iste, qui divitias suas jactat,[5] sicut Gallus e Phrygia,[6 e] aut hariolus[f] quispiam, depressus et oneratus[7] auro, clamat, et dejerat. Ut in contemtionem adducat, sic:[8] Iste, qui tanquam cochlea,[9]

Med. sic: *aut est odium vel invidia aut contemptio. In odium h. modo.* Ceteri præbent cum ed. Omnib. simpliciter *ut in odium adducat h. modo.*' Oud. Duisb. *ut aut in odium.* Voces *ut aut in odium . . . contemtionem* absunt ab ψ; et *aut in invid. . . . contemtionem* ab Pith. et Erf. In G legitur *aut contemt.* omissa præpositione. Porro Pith. et Erf. *adducat, hoc modo: Iste.* G *In odium, hoc modo: Istæ:* A R *Ut in odium adducat, hoc modo: Iste.* Denique Erf. Duisb. Voss. 2. et Leid. 3. 4. *Iste qui quotidie.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—20 Leid. 2. *vibratus draco.*—1 '*Aspectu rabido circumspectans*] Lamb. ut nostri omnes Mss. et unus impressus Leoniceni, *aspectu venenato, spiritu rabido circumspectans, &c.*' Brut. '*Adspectu venenato, spiritu rabido*] Leid. 3. 4. *adspectu rab., sp. ven.* quod præfero. In Mss. quatuor et ed. Omnib. *rapido:* male.' *Oud.* G *asp. ven., sp. rapido:* R et Schutz. *asp. rabido, sp. ven.* ψ *asp. ven., sp. ven.* Tur. et Orell. *asp. rab., ven. sp.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—2 '*Ore adtingere*] Præmittunt aliæ edd. *quem;* sed dictio ea non exstat in Pall. quatuor aut Bruil.' *Grut.* 'Edd. *quem ore attingere.*' Græv. R ψ, Leid. 1. 3. 4. Tur. et Orell. *quem ore attingere.* Vulg. *quem* omittitur. Schutz. delevit *ore attingere.*—3 Auratus censet *inuncare* legend. —4 Præpositio *in* A deest.—5 Erf. et Cauch. *jactans.*—6 '*Gallus e Phrygia*] Deest *Gallus* Leid. 4. *e Phrygia veniens* inepte ed. Med.' *Oud.* *Gallus* ψ non habet. In Erf. legitur *Gallus et Phrocia;* Cauch. *Gallus et Phrœgia.*—7 ψ, Voss. 1. 3. Leid. 2. 4. *deprehensus oneratus,* nisi quod in Leid. 4. *ornatus.* Duisb. *deprehensus et orn.* Tum exulat *clamat* a Voss. 1. Leid. 2. in quibus *et delirat* cum G R, Leid. 4. et edd. pr. Vulg. *dejerat.* Vid. Nott. Varr.— 8 '*Ut in contemtionem adducat*] Voss. 1. 3. Leid. 2. *et contemnitur:* Leid. 4. *et contemtu:* Voss. 2. cum edd. pr. *in contemtionem.* Desunt omnia Leid. 1. Abjiciendum puto verbum *adducat.*' Oud. In A *Et contemnit nos sicut:* ψ et Tur. *Ut contemnatur sic:* Erf. *Et contemnitur sicut.* Schutz. delevit vocem *adducat,* quam Wetzel. et Orell. uncis includunt. Vid. Nott. Varr.—9 Voss.

## NOTÆ

[d] *Jubatus draco*] Draconum jubæ cristæ sunt in eorum capitibus eminentes.

[e] *Gallus e Phrygia*] Sacerdos Cybeles nomen habuit a Gallo Phrygiæ in Asia Minore regionis fluvio, cujus aquam qui degustassent, contrahebant insaniam: hujusmodi semivirorum genere ut nihil habebatur contemtius, ita si divitiis affluerent, publica flagrabant invidia.

[f] *Hariolus* [*ariolus*] Sive, ut alii scribunt, *hariolus,* futurorum conjector, quasi fariolum a fando dictum volunt.

abscondens et retentans sese tacitus,[b] [10] cum domo sua totus, ut comedatur, aufertur.

63. Effictio [g] est,[11] cum exprimitur et effingitur verbis corporis cujuspiam forma, quod [12] satis sit ad intelligendum, hoc modo: Hunc dico, judices, rubrum, brevem, incurvum, canum, subscrispum, cæsium, cui sane magna est in mento [13] cicatrix; si quo modo potest vobis [14] in memoriam redire.[15] Habet hæc exornatio cum [16] utilitatem, si quem velis demonstrare; [17] tum venustatem,[18] si breviter et dilucide facta est.[19] L. Notatio [h] est, cum alicujus natura certis describitur [20] signis, quæ, sicuti notæ quædam, naturæ [1] sunt attributa. Ut si velis non divitem, sed osten-

[b] *Sæpe clam domi se continet instar limacis.*

1. *cochleas.*—10 '*Abscondens retentat sese tacitus*] Deest participium Leid. 1. *retentans* Voss. 3. *et retentans* Voss. 2. Leid. 3. ed. Med. *tacite* Voss. 1. 3. Leid. 2. 3. ed. Med.' *Oud.* A R ψ et ed. 1474. cum Schutz. et Wetzel. *et retentans:* Erf. et Medic. *retentans* sine copula. Pro *tacitus,* A habet *tacet,* et Lall. *tacite.* Vulg. *absc. retentat sese tacitus;* et sic Orell. qui *abscondens* uncis inclusit. Tum '*Quo sit tutus comeditur cum domo sua et aufertur*] Voss. 1. 3. ed. Omnib. *cum domo totus ut comedatur, auf.* Voss. 2. *cum domo totus comeditur et auf.* Leid. 1. 4. *quomodo sit tutus comeditur et auf.* Leid. 2. *cum domo totus ut comedatur, auferatur:* Leid. 3. *domo sua totus aufertur, ut comedatur:* ed. Med. *totus cum domo aufertur et comeditur.* Placet Voss. primi, et Omniboni lectio.' *Oud.* In Erf. *quomodo sit tutus.* A *cum domo totus, ut comedatur, aufertur:* R *quo sit tutus, cum domo sic totus ut condatur aufertur:* Lall. *quo sit tutus, cum domo totus ut comedatur, aufertur:* Orell. *quo sit tutus, cum domo sua, ut comedatur, aufertur:* Ed. 1474. Schutz. et Wetzel. *cum domo sua totus, ut comedatur, aufertur:* vulg. *quo sit tutus, comeditur cum domo sua et aufertur.* Vid. Nott. Varr.—11 Voss. 1. Leid. 3. *Affectio est:* A ψ, Erf. quatuor Mss. Oud. et ed. Omnib. *Effectio est.* Dein A *expremitur.* Præterea Tur. duo Mss. ap. Græv. et omnes Mss. ap. Oud. cum ed. Med. et Orell. *atque effingitur.*—12 A G R, Erf. Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *quoad.*—13 A *mente.*—14 A *nobis:* G *verbis.*—15 ψ *venire.*—16 A G R, Erf. et Schutz. *tum.*—17 '*Si quem velis demonstrare*] Et sic Mss. omnes cum ed. Med. si excipias Voss. 3. in quo et vulgo *ostendere.*' Oud. In ψ *si quam.* A G R ψ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *demonstrare.*—18 Erf. *tum in ven.*—19 G *brev. vel dil.* et Lamb. *facta sit.*

Cap. L. 20 Duisb. et Leid. 4. *designatur.*—1 Erf. *sicuti notæ, quæ naturæ.*

## NOTÆ

[g] *Effictio*] Characterismum vocat Rutilius, quo ut pictor coloribus figuras describit, sic orator vitia aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat.

[h] *Notatio*] Quam ethopœiam recte dixeris, cum certæ personæ ficta tribuitur oratio, qua ejus affectus, mores, et facta exprimantur. Tale est illud, inquit Aquila Romanus, Ciceronis pro Quint. § 55. 'Quid ad hæc Nævius? ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus, et instituta bonorum virorum requiramus,' &c.

tatorem pecuniæ describere;[2] Iste, inquies,[3] judices, qui, se dici divitem, putat esse præclarum, primum nunc videte, quo vultu nos[4] intueatur. Nonne[5] vobis videtur dicere, Darem, si[6] mihi molesti non essetis? cum vero sinistra mentum sublevat,[7] existimat se gemmæ nitore[c] et auri[d] splendore aspectus omnium præstringere.[8] Cum puerum[e] respicit hunc unum, quem ego novi,[9] (vos non arbitror novisse,[10]) alio nomine appellat, deinde alio atque alio. Heus tu, inquit, veni Sannio,[i] ne quid isti barbari turbent:[11] ut ignoti, qui audiunt,[12] unum putent eligi[13] de multis: ei dicit[14] in aurem, aut ut[15] domi lectuli sternantur, aut ab

[c] *Quam digito gestat.* [d] *Aurei annuli.* [e] *Servulum.*

—2 '*Pecuniosum*] *Pecuniæ suæ* emendat Lamb. In uno Gryph. Ms. *pecuniosi* dimidiatum verbum legitur; ex quo non male conjectura probari possit, legendum *pecuniæ suæ* æque præclaro sensu.' *Brut.* *Pecuniæ* dedit Ern. e Ms. Lips. et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *pecuniosum.* In Leid. 4. *pecuniosum dicere alias descr.* Vid. Nott. Varr.—3 G *Ita inquies est.* —4 Erf. *vos.*—5 Leid. 2. *Numne.*—6 '*Darem si*] Leid. 1. 3. *Daretis mihi locum, si:* Leid. 4. *Darem vobis locum, si.* In Voss. 1. 2. 4. *clare* vel *daretis locum.*' Oud. A *Darem michi locum, si:* R *Daretis mihi locum, si:* vulg. *Darem, si.* Vid. Nott. Varr.—7 '*Sinistra mentum sublevat*] Mss. vel *sublevabit* vel *sublevavit.*' Gronov. 'Mss. *sinistra mentum sublevabit:* al. *sublevavit:* Erf. *sinistram mentum sublevabit.*' Græv. Ed. Med. *sinistram ad mentum sublevat:* Voss. 1. 3. Leid. 2. *sublevabit.* Vulg. *sinistra mentum sublevat.*—8 'Erf. *exist. se gemmæ nitorem et auri splendorem, &c.* quam scripturam non damno, si *se* expungatur.' *Græv.* Hinc Schutz. sequitur Erfurtensem, nisi quod omittit *se.* Dein '*Præstringere*] Sic Voss. 1. 3. ed. Omnib. In reliquis *perstr.*' Oud. In A G R ψ et Græv.-Burm. *perstringere.* '*Præstringere*] Sic edd. 1474. 1475. 1498. Junt. Primus Aldus *perstringere.*' Ern. Vulg. *præstringere.* Vid. Nott. Varr.—9 ψ *unumquemque ego novi.* Deest *ego* in G, Voss. 1. Leid. 2. 4. et quibusdam edd. In Voss. 2. *notari.*—10 '*Vos non arbitror novisse*] Illud *novisse* non restat in Pal. 4. aut 6. et satis subintelligeretur.' *Grut.* 'Erf. et duo Pall. *vos non arb., alio.*' Græv. '*Novisse*] Voss. 1. Leid. 1. *nosse:* Voss. 2. *notavisse.*' Oud. Tur. omittit *novisse*, et Orell. uncis inclusit. —11 '*Alio atque alio: Heus*] Pith. *alio atque, heus tu:* Erf. *alio atque alio adeo. Tu, inquit.*' Græv. '*Heus, tu, &c.*] Medic. *At heus tu, inquit, veni Sannio, nequid istos barbaros perturbem.*' Gronov. 'Erf. *Tu, inquit, veni Sannio:* Medic. *At heus tu, inquit, veni Sannio.*' Græv. *Heus* abest a Voss. 1. 3. Leid. 2. Pro *tu*, Voss. 3. habet *tum.* Dein A *Annio:* G *Sammo,* et ψ *ut quid, &c.* Leid. 4. *sannio, sannio equidem isti, &c.* '*Ne quid isti barbari perturbent*] Erf. *ne quid his barbaris turbent:* Cauch. *ne quid isti barbari turbent:* Pith. *ne quid isti barbari conturbent:* Duisb. *equidem isti barbari conturbantur:* Medic. *ne quid istos barbaros perturbem.*' Græv. A quoque *ne quid istos barbaros perturbem.* In Voss. 2. 3. Leid. 2. ed. Omnib. Schutz. Wetzel. et Orell. *turbent:* Leid. 4. *conturbantur:* vulg. *perturbent.*—12 A et Erf. *audient.*—13 A R *seligi:* G *elegi:* ψ *se legi:* Erf. *se elegi*—14 G ψ *et dicit:* A *ei dicet.*—

NOTÆ

[i] *Sannio*] Ut et Libanus et Sosia servorum nomina sunt.

avunculo rogetur Æthiops,[k] qui ad balneas veniat, aut asturconi [16][l] locus ante ostium suum detur, aut aliquod fragile falsæ choragium [17][m] gloriæ[f] comparetur. Deinde exclamat, ut [18] omnes audiant, Videto,[19] ut diligenter numeretur,[20] si potest, ante noctem. Puer, qui jam bene hominis naturam novit,[1] Tu illo plures [2] mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari. Age, inquit,[3] duc tecum Libanum et Sosiam. Sane.[g] Deinde casu veniunt hospites homini, qui istum splendide, dum peregrinaretur, receperant.[4] Ex ea re homo hercle sane [5] conturbatur; sed tamen a vitio

[f] *Inanis falsæ gloriæ ostentatio.* [g] *Certe id faciendum.*

15 ‘ *Ut aut domi*] Mss. omnes, ed. Med. *aut ut d.* Abest *ut* ab ed. Omnib. haud male.’ *Oud.* Deest etiam in A, et in G punctis subnotatur. Græv.-Burm. *ut aut d.* Al. edd. *aut ut d.* Vid. Nott. Varr.—16 ‘ *Aut asturconi*] Sic plerique Mss. et edd. sed a Lambino et Grutero perperam *aut* omissum.’ *Græv.* *Aut* abest ab A et Oliv. ac *aut asturconi* ab G R ψ. Vulg. *aut asturconi.*—17 A *falso*, et ψ *thoragium.*—18 Erf. non habet *ut.*—19 Leid. 2. *Vide :* G ψ, Voss. 1. Leid. 4. et ed. Med. *Videte.*—20 ‘ *Ut dil. numeretur*] Duisb. *ut omnes bene numeretur :* Pith. *ut dil. numerētur :* edd. *ut dil. enumeretur.*’ Græv. ‘ *Ut dil. numerentur*] Leid. 4. *ut omnes bene numerentur :* ed. Med. *ut dil. omnes numerentur.* In Mss. omn. ed. Omnib. etiam *numerentur*, scil. servi. Optime.’ *Oud.* *Numerentur* quoque A G R et Tur. Vulg. *numeretur.* Tum A R, Voss. 3. Leid. 2. *si potes :* G *si potest fieri.*—1 A *jam qui bene nat. novit :* unus Gryphii Ms. *qui hanc jam bene hom. nat. novit :* Erf. *qui jam bene nat. novit :* Voss. 1. *qui hanc bene hom. nat. novit :* Leid. 2. *qui hanc nat. bene novit:* Voss. 3. *qui jam hanc hom. nat. bene novit :* Lamb. ed. *qui bene hanc hom. nat. novit.* Vulg. *qui jam bene hom. nat. novit.*—2 Erf. omittit *plures.*—3 Edd. *inquit ille.* Vulg. *ille* omittitur.—4 ‘ *Qui istum spl. dum peregrinaretur, receperant*] Leid. 2. Voss. 3. *quos iste.* In nonnullis *peregrinabatur*, vel *peregrinatur.* Leid. 1. 2. *invitat :* Voss. 3. *invitaverat.* Ed. Med. *quos iste dum spl. peregrinantur, invitat :* ed. Omnib. *quos dum iste spl. peregrinatur, inviturit.* Mihi legendum videtur, *qui istum spl. dum peregrinabatur, invitarant.* Vid. Græviuni.’ *Oud.* A *a quibus iste spl., dum peregrinatur, susceptus est :* G *quos iste spl., dum peregrinatur, invitat.* Schutz. et Orell. *invitarant :* R ψ *receperunt.* Vulg. *receperant.* Vid. Nott. Varr.—5 Duisb. et Leid. 4. *re hic hercle sane:* Leid. 3.

## NOTÆ

[k] *Æthiops*] Delicatis olim apud Græcos ministrabant Æthiopes. Theophrastus inter signa μικροφιλοτιμίας hoc reponit : ἐπιμελεθῆναι ὅπως ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔσται· *dare operam ut pedisequus Æthiops comitetur.* Ipsi etiam Romani eorum ministerio utebantur. Juven. Sat. v. ‘ Tibi pocula cursor Getulus dabit, aut nigri manus ossea Mauri.’

[l] *Asturconi* [*Asturco*] Equus ab Asturia Hispaniæ Tarraconensis regione sic appellatus, cui commodissimus in cursu gradus est.

[m] *Choragium*] Proprie locus est post scenam satis amplus, unde omnia ad ludos requisita depromebantur : χορηγεῖν enim non solum est chorum ducere, sed etiam suppeditare et subministrare. Transferri

naturæ non recedit. Bene, inquit, facitis, cum venitis; sed rectius fecissetis, si ad me domum recta abiissetis.[6] Id fecissemus, inquiunt illi, si domum novissemus. At istud quidem facile fuit[7] undelibet invenire.[h] Verum ite mecum.[8] Sequuntur illi. Sermo interea hujus consumitur omnis in ostentatione. [*p.* 40.] Quærit, in agris cujusmodi frumenta sint:[9] negat, se, quia villæ incensæ sint,[10] accedere posse, nec ædificare etiam nunc audere; tametsi in Tusculano[11][n] quidem cœpi insanire,[i] et in iisdem[12] fundamentis ædificare. LI. 64. Dum hæc loquitur, venit[13] in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum:[k] quo iste pro notitia domini ædium[14] ingreditur cum hospitibus. Hic, inquit, habito: perspicit argentum, quod erat expositum, triclinium[o] stratum: probat.[15] Ac-

[h] *A quolibet rescire.* [i] *Sumtus insanos ædificando facere.*
[k] *In quibus eo die conventus erat futurus.*

*herele homo:* Tur. et Lamb. ed. *homo hercle*, sine τῷ *sane.* In Pith. *homo* deest.—6 '*Ad me domum recta abissetis*] Leid. 3. 4. edd. pr. *ad meam d.* male. *Recte* Voss. 2. *adissetis* ed. Med. vulgo *abiissetis.*' Oud. ψ *ad meam domum*, et A *recta via abiissetis:* Pith. *ad meam domum recta via abiissetis.* Tum G *At feciss.*—7 Edd. teste Grævio, *quidem, inquit, facile facile fuit.* Vulg. *quidem fac. fuit.* A non habet τὸ *fuit.*—8 '*Ite mecum*] Voss. 1. 3. Leidd. omn. ed. Omnib. *euntem illum:* bene. Ed. Med. *dum euntem illum:* Voss. 2. *iste mecum.*' Oud. A R ψ *euntem illum:* G *eundem illum:* Tur. *Verum. Euntem illum seq.* Ab duobus Mss. ap. Ern. absunt *ite mecum.* Vid. Nott. Varr.—9 Erf. *frum. cujusm.* et A *sunt.*—10 A G ψ *inc. sunt.*—11 ψ *Tusculanum.* Tum Voss. 3. *quidem incepi:* Leid. 4. *incepi*, et Duisb. *cœpi*, omisso τῷ *quidem.* Quædam edd. *quidem cœpit:* Lamb. *quidem, inquit, cœpi.*—12 Erf. *isdem.*

CAP. LI. 13 Voss. 3. *convenit.* Mox Duisb. et Leid. 4. *ubi sodal.* et Voss. 3. *eadem die.*—14 A *noctua*, et ψ *dominæ.* Vox *ædium* in Leid. 4. et Duisb. deest.—15 '*Perspicit argentum, &c. visit, &c. probat*] Hoc modo Pall. nostri: inepte igitur Lambinus, *perspiciunt arg. &c. visunt, &c. probant:* pertinent enim isthæc ad ostentatorem, non ad hospites.' *Grut.* 'Pith. et Erf. *perspicitur arg.* Lamb. *perspiciunt arg.*' Græv. '*Perspicit arg., quod erat expositum, visit*] Voss. 2. 3. *prospicit:* Leid. 3. *perspicitur:* Leid. 4. *perspicitur autem* (*aù* Leid. 1.) *quod erat appositum*, sine verbo *visit*, pro quo in Leid. 1. *ut fit.*' Oud. R *perspicit autem arg.* ψ *perspicitur autem arg.* Pith. *quod erat impositum.* A, Tur. et ed. 1474. *exp., ut sit tricl.* Vulg. *perspicit arg., quod erat exp., visit*

NOTÆ

potest ad quemlibet alterius rei apparatum.

[n] *Tusculano*] Subauditur 'territorio.' Tusculum urbs Latii antiquissima, nunc est *Frascati.* Tusculanum etiam fuit Ciceronis prædium prope Tusculum, quæ *Crypta Ferrata* dicitur his temporibus, vulgo *Grotta Ferrata.*

[o] *Triclinium*] Locus in quo cœnabant; a tribus lectis quos in eo sternebant, nomen habet; τρεῖς enim

cedit servulus:[16] dicit homini clam,[17] dominum jam venturum, si velit exire.[18] Itane? inquit,[19] eamus hospites; frater[20] venit ex Salerno:[p] ego illi obviam pergam: vos huc decima[l 1 q] venitote. Hospites discedunt. Iste se raptim domum suam conjicit:[2] illi decuma, quo[3] jusserat, veniunt: quærunt hunc: reperiunt, domus cuja sit:[m 4] in diversorium derisi conferunt sese. Vident hominem postera die:[5] narrant, expostulant, accusant: ait[6] iste, eos similitudine loci deceptos, angiporto[r] toto[7] deerrasse: se contra valetudinem suam[8] ad noctem multam expectasse. Sannioni[9] puero negotium dederat, ut vasa, vestimenta, pueros corrogaret.[10] Servulus non inurbanus satis strenue et con-

[l] *Hora.* [m] *Eum cujus erat domus.*

*tricl.* Ern. delevit *visit*, quod abest ab ψ et Ms. Cort. Schutz. et Wetzel. quoque id omittunt. Pro *probat*, in ψ *probavit* legitur.—16 Duisb. *servus.*—17 Leid. 1. *dicit hom. in aurem.* Pro vulg. *clare*, A G ψ, Pith. Tur. ed. Med. Schutz. Wetzel. et Orell. habent *clam.*—18 '*Dom. jam vent.*] Reposui ex Duisb. *dom. jam jam vent.* quod est efficacius.' *Græv.* '*Dom. jam jam v. si vel. exire*] Leid. 1. *dominum domus jam v. si vel. viderat exire:* Leid. 4. *dom. jam v. si vel. jam exire.* In nullo inveni *jam jam.*' Oud. A *dom. vent.* et A ψ *jam exire.* Vulg. ut Ern.—19 A *Itane est, inq.* Pith. *Itane, inq., est.*—20 Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *frater meus.* Dein A ψ, Erf. Cauch. Voss. 1. 2. 3. Leid. 1. 2. cum ed. 1474. et Med. *Falerno*, 'nimirum agro,' ait Græv.—1 ψ *vos hic dec. ven.* Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. ed. Med. *vos huc*, vel *huc vos ad decimam ven.* Leid. 1. *vos decima huc hora.* Vid. Nott. Varr.—2 A, Voss. 1. Leid. 1. *in domum;* et A G R, Voss. 1. 2. Leid. 1. Erf. Pith. ac ed. Med. *conjecit.*—3 *Illi* abest ab Erf. Pith. Leid. 1. 4. et Voss. 2. Tum Leid. 1. *decima hora.* ψ, Pith. et quinque Mss. Oud. cum edd. pr. *qua juss.*—4 Voss. 3. *domum cum absit.* Dein Lamb. ed. *in deversorium.*—5 Eadem ed. *postero die.*—6 '*Ait iste eos*] Pal. 4. 6. Bruil. a m. sec. *at iste eos*, placet.' *Grut.* 'Quidam Mss. *at iste eos.*' Græv.—7 Voss. 2. *in angiporto toto:* R ψ, Voss. 1. Leid. 1. 4. *angiportu toto.* Vid. Nott. Varr.—8 ψ *se ultra val.* Pronomen ante *contra* addidit Ern. quod etiam habent G, ed. 1474. Schutz. Wetzel. et Orell. *Se* ante *ad noctem* habent Lamb. et Græv.-Burm. sed abest ab Erf. Duisb. et Grut. ed. Vulg. omittitur. Vox *suam* in Græv.-Burm. sola deest. '*Contra valet.*] Mss. omnes et edd. pr. addunt *suam*, dum quidam carent *se.*' Oud.

## NOTÆ

*tres*, et κλίνη *lectum* significat. Solebant quippe veterum in conviviis tres mensæ apponi, quibus accumbentes cibum sumerent.

[p] *Salerno*] Salernum urbs olim Picentinorum in Italia, hodie in regno Neapolitano, *Salerne.*

[q] *Decima*] Hora, ut Galli numeramus, quarta circiter pomeridiana. Horarum enim initium ab ortu solis Romani repetebant.

[r] *Angiporto*] Angiportum vel angiportus, quasi angustus ad portum aditus, vel via est exitum non habens, vel vicus angustus, et in modum anguis flexuosus.

cinne comparat:[11] iste hospites domum deducit.[12] Ait se ædes maximas cuidam amico[13] ad nuptias commodasse. Nuntiat puer,[14] argentum[n] repeti (pertimuerat enim, qui[15] commodarat). Apagete,[16] inquit, ædes commodavi, familiam dedi: argentum quoque vult? tametsi hospites habeo, tamen utatur licet,[17] nos Samiis[o s] delectabimur. Quid ego, quæ deinde efficiat,[18] narrem? ejusmodi est hominis natura, ut, quæ singulis diebus efficiat[19] gloria atque ostentatione, ea vix annuo[20] sermone enarrare possim. 65. Hujusmodi notationes, quæ describunt,[1] quid consentaneum sit uniuscujusque naturæ, vehementer habent magnam delectationem:[2] totam enim naturam cujuspiam[3] ponunt ante oculos, aut gloriosi,[4] ut nos, exempli causa, cœperamus,[5] aut invidi, aut timidi,[6] aut avari, ambitiosi, amatoris, luxuriosi, furis,[7] quadruplatoris:[t] denique[8] cujusvis studium protrahi potest in medium[9] tali notatione.

LII. Sermocinatio[u] est, cum alicui personæ sermo attri-

[n] *Vasa argentea e vasis fictilibus.* [o] *Hac figura, &c.*

Vid. Nott. Varr.—9 A *Annioni*.—10 ψ, Erf. et Duisb. *rogaret*.—11 Leid. 4. *servulos non inurbanos*, et mox G *conpereat omnia*: ψ *compararet*. Erf. *servulos non inurbanos satis et conc. compararet*.—12 Duisb. et Leid. 4. *hosp. suos ded.*—13 Iidem *ædes suas max. cuidam am. suo*. Tum G R, Duisb. Voss. 2. Leid. 3. 4. cum edd. pr. *ad nupt. accommodasse*, et mox Voss. 2. 3. Leid. 4.—14 '*Nuntiat interea puer*] Tres Mss. Erf. Duisb. Pith. *nuntiat puer*: sine ullo detrimento abest *interea*.' Græv. '*Nunciat puer*] Sic edi jubent Mss. omnes et edd. pr. Vulgo *nunt. interea puer*.' Oud. *Interea* deest in A G R ψ, et eam delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—15 ψ *quia*.—16 Pith. *Apagite*: Lamb. Schutz. et Orell. *Apage te*: Erf. Cauch. et Tur. *Apage* sine *te*: vulg. *Apagete*.—17 *Licet* non est in Leid. 4. et Duisb.—18 Erf. et Pith. *eff. parem*.—19 Duo Mss. Lambini *quæ sing. efferat*.—20 ψ *animo*.—1 A *describuntur*.—2 Leid. 4. caret voce *magnam*. In A *magnam delectionem*.—3 Duisb. et Leid. 4. non habent *cujuspiam*.—4 Mss. plerique Oud. *glòsi*: Leid. 4. *gulosi*. Tum G *aut nos*.—5 Al. teste Græv. *ceperamus*.—6 Pith. *aut tumidi*.—7 Leid. 2. *lux furiosi, furis*.—8 A *deinde*.—9 Duisb. Leid. 4. *trahi potest*; et Voss. 3. *in medio*.

NOTÆ

[s] *Samiis*] Samos insula ad Ioniam in Ægæo mari, hodieque dicitur *Samo*; vasis fictilibus, quæ apud veteres in pretio fuere, nobilis.

[t] *Quadruplatoris*] Consule notas ad Heren. l. II. § 41.

[u] *Sermocinatio*] Videndum ex Cornificii præceptione ut 'sermo exponatur cum ratione dignitatis,' id est, quemadmodum ex Quintiliano Vossius exponit, ut ea locutos homines fingamus, quæ cogitasse eos non sit absurdum. In hoc schemate, quem διαλογισμὸν Græci appellant, excellit

buitur, et is exponitur[10] cum ratione dignitatis, hoc pacto: Cum militibus urbs redundaret, et omnes timore oppressi domi continerentur,[11] venit iste cum sago,[p] gladio succinctus, tenens jaculum:[12] quinque adolescentes hominem simili ornatu subsequuntur. Irrumpit[13] in ædes subito; deinde magna voce,[14] Ubi est iste beatus, inquit, ædium dominus? quin mihi præsto fit?[q] [15] quid tacetis? Hic alii omnes stupidi timore[16] obmutuerunt. Uxor illius[17] infelicissimi cum maximo[18] fletu ad istius pedes abjecit sese.[19] Parce, inquit, et per ea[20] quæ tibi dulcissima sunt in vita, miserere nostri: noli extinguere extinctos. Fer mansuete[1]

[p] *Veste militari.* [q] *Cur non hic mihi præsens adest?*

Cap. lii. 10 Leid. 4. Duisb. *sermo asscribitur;* et G ac Erf. *et his exp.* Leid. 3. *et is exprimitur.*—11 Voss. 3. *retinerentur:* ed. Omnib. *tenerentur.*—12 ‘*Tenens jaculum*] Quidam libri vett. habent *tenens baculum.*’ Lamb. ‘Ms. *tenens baculum:* Duisb. *tenens in manu gladium.*’ Græv. ‘*Tenens jac.*] Addit ed. Med. *in manu.* Leid. 4. *tenens in manu gladium:* Leid. 1. *tenens baculum.*’ Oud.—13 ‘*Quinquc adol. hominem*] Erf. *quin* (Cauch. *in*) *adol. homines.*’ Græv. ‘*Quinque adol. homines* habet unus e meis Mss.’ *Brut.* *Quinque* non est in A, qui cum ψ habet *homines.* Dein Leid. 4. *simili habitu.*—13 A, Erf. et omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. *Irrupit.*—14 Leid. 4. *dixit magna voce.* In ψ et Leid. 2. *maxima.* Abest *voce* a Leid. 3.—15 ‘*Quin mihi præsto fit*] Pall. fere *fuit?* nisi quod Pal. 2. *is quomodo mihi pr. fuit;* unde forsan hæret in Gembl. Tosano et Lil. *qui non mihi præsto fuit?*’ Grut. ‘Erfurtensis consentit ultimis tribus Mss. a Grutero laudatis. Al. *is quoque mihi pr. fuit:* al. *quin mihi pr. fuit.*’ Græv. ‘Voss. 1. Leid. 1. *quid? mihi pr. fit:* Leid. 3. ed. Omnib. *qui non mihi pr. fit.* Tum *fuit* Mss. omnes cum edd. pr.’ *Oud.* R *qui non mihi, &c.* et A G R ψ *fuit.* Vulg. *quin mihi præsto fit.*—16 Leid. 4. *homines st. tim.* Leid. 3. *omn. stupore.* Tum G *obtimuerunt,* sed in marg. *obmutuerunt.*—17 *Illius* non est in G.—18 Leid. 2. 3. *magno.*—19 A et Voss. 3. *subjecit esse:* G R ψ et Leid. 1. *adjecit esse:* Leid. 3. *injecit sese:* Leid. 4. Voss. 2. *projecit sese:* ed. Omnib. *objecit sese:* Duisb. et Pith. *projecit se:* Lamb. ed. *abjiciens se.*—20 ‘*Parce, parce, inquit*] Vocem *parce* iteratam reposui ex Pithœi optimo codice, quæ repetitio hic est *ἐμφατικωτάτη.*’ *Græv.* ‘*Et parce, parce, inquit*] Abest copula a Mss. omn. et edd. pr. *per te inq.* Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Omnib. *parce inquit, per te.* Hinc malim *parce, inquit, parce.* Alterum *parce* primus recte inseruit Grævius.’ *Oud.* Vulg. *Parce, inquit, ct per ea.* Duisb. *per ea,* sine copula. ‘*Parce, inquit, et per ea*] Mss. et edd. plures *parce, parce inquit,* vel *parce, inq., parce, &c.* alterum Græv. alterum Oud. probat. Mihi neutrum, nec vulgatum placet. Ms. Winkl. *per te inq. et per.* An auctor dedit, *Per te, inq., ea, quæ, &c.* id elegantissimum foret.’ *Ern.*—1 A *man-*

## NOTÆ

Cicero cum alibi tum Verr. ult. § 109. ‘Catenas habebat hospes tuus Aristeus Dexionis filius. Quid ita? prodiderat classem. Quod ob præmium? deseruerat exercitum. Quid Cleomenes? ignavus fuerat. At eum tu ob virtutem corona aurea donaras. Dimiserat nautas, tu ab omnibus mercedem missionis acceperas,’ &c.

fortunam:[r] nos quoque fuimus beati: nosce te esse hominem. At ille:[2] Quin illum mihi datis,[3] ac vos auribus meis opplorare desinitis? non abibit.[4] Illi nuntiatur interea venisse istum, et[5] clamore maximo mortem minari. Quod simul ut audivit, Heus, inquit, Gorgia, pedisceque[6] puerorum, abscondc[7] pueros: defende: fac, ut incolumes ad adolescentiam perducas.[8] Vix hæc dixerat,[9] cum ecce iste præsto,[10] Sedes, inquit, audax? non vox mea[11] tibi vitam ademit? exple inimicitias meas, et iracundiam satura tuo[12] sanguine. Ille cum magno spiritu,[s] Metuebam, inquit,[13] ne plane victus essem:[14] nunc video: in judicio[15] mecum contendere non vis, ubi superari turpissimum,[16] et superare pulcherrimum est: interficere me[17] vis: occidar equidem,[18] sed victus non peribo. At iste,[19] In extremo vitæ tempore etiam sententiose loqueris?[20] neque ei, quem vides

[r] *Ne abutaris tua felicitate.* [s] *Cum ingenti fiducia.*

*suetem.*—2 In Erf. non est *at ille.* Orell. malit legere *at iste.*—3 ψ, Tur. et Leid. 3. 4. *date.* Vox *meis* in A deest. Pro *opplorare*, Pith. habet *explorare.* Dein ψ, Tur. et Leid. 3. 4. *desinite.*—4 Erf. *non abibo.*—5 ψ, Erf. et Leid. 3. *ven. factum est, et cl.* Leid. 4. et Duisb. *hunc ven. et cum cl.* G *ven. hunc, et cl.* A *ven., et ex cl.*—6 A G ψ, Erf. omnes Mss. Oud. cum edd. pr. *pedissequa:* Duisb. *pedissequo.*—7 Duisb. *defende pueros, def.*—8 Pith. *incolumes adol. perducas:* A G ψ, Tur. Leid. 1. 3. 4. Voss. 2. *incol. sit adolescentia:* Erf. Duisb. et Cauch. *incolumis adolescentia sit.* ‘*Ad adolesc. perducas*] In duobus Gryph. exemplaribus deest verbum; fortassis non male, ut videatur, temporis angustiis excluso addere postremum verbum non licuisse; quod ad significandam ferociam inimici eum subito opprimentis, magnam vim habet.’ *Brut.* Vulg. *ad adolesc. perd.*—9 Erf. *dixit, at.*—10 ‘*Præsto*] Quidam existimat *Prædo* legendum, non male.’ *Brut.* Tum e Ms. Erf. dederunt Schutz. et Wetzel. *Etiam sedes;* quæ lectio valde placet Ernestio. Vid. Nott. Varr.—11 A *num vox mea:* Erf. *non vis mea.*—12 Abest *tuo* a Leid. 4. et Duisb. ψ *satam meo sang.*—13 Tur. *Verebar, inq.* A, Voss. 1. Leid. 2. ed. Omnib. *Verba met. inq.* Voss. 3. *Vera met. inq.* Vid. Nott. Varr.—14 A non habet *essem.*—15 Tur. *judicio,* Erf. *judicium,* et Cauch. *indicio* sine præpositione. A *tu in jud.* Dein Voss. 1. Leid. 1. 3. ed. Med. *tu mecum.*—16 ψ *non jus tibi sup.* Erf. *ubi separari turp.* Duisb. *ubi superari est turp.* Leid. 4. *turp. est superari:* Pith. *ubi superari turp.*—17 Erf. et Tur. *me* omittunt.—18 A ψ, Leid. 3. ed. Med. *occides quidem:* Voss. 3. et Pith. *occidas equidem:* ed. Omnib. *occides equidem:* Erf. *occide quidem:* vulg. *occidar equidem.* Deest *equidem* in ψ et Duisb.—19 ‘*At ille*] Mss. omnes et edd. pr. carent pronomine. Voss. 1. Leid. 1. 3. *Ait.*’ Oud. In ψ quoque *Ait.* A G R ψ non habent pronomen. Edd. ante Ern. cum Græv.-Burm. et Lall. *At ille:* Schutz. Wetzel. et Orell. *At iste.* Vid. Nott. Varr.—20 ‘*Etiam sententiose loqueris*] Mss. quatuor carent *etiam.* Voss. 1. 2. Leid. 1. *sententias eloqueris:* quod præferendum videtur.’ *Oud.* A R *sententias eloq.* ψ *sententiose eloq.* Tur. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *sententius loq.* quod valde placet Ernestio. Vulg. *sententiose loq.* Vid. Nott.

dominari, vis supplicare? Tum mulier, Immo quidem ille[1] rogat et[2] supplicat: sed tu,[t] quæso, commovere;[3] et tu,[u] per Deos, inquit, hunc examplexare:[4] dominus est; vicit hic te, vince tu nunc animum.[5] Cur non desinis,[6] inquit, uxor, loqui, quæ me[7] digna non sunt? tace, et, quæ curanda sunt, cura: tu cessas mihi vitam, tibi omnem bene[8] vivendi spem mea morte eripere? Iste mulierem repulit ab se[9] lamentantem: illi,[10] nescio quid incipienti dicere, quod dignum videlicet illius virtute esset,[11] gladium in latere defixit.[t] Puto in hoc exemplo datos esse unicuique sermones[12] ad dignitatem accommodatos:[13] quod oportet in hoc genere observare.[14] Sunt item[15] sermocinationes consequentes hoc genus: Nam quid putamus illos dicturos, si hoc judicaveritis? nonne hac omnes utentur oratione?[16] deinde subjicere sermonem.[17]

LIII. 66. Conformatio[18] [x] est, cum aliqua, quæ non

[t] *Miles.* [u] *Marite.* [x] *Miles.*

Varr. Dein pro *neque ei*, G habet *nec enim.*—1 Mss. et edd. ante Ern. cum Græv.-Burm. et Lall. *iste.*—2 Copula non est in A.—3 '*Commoveare*] Libri vulgati habent *commovere*, et nonnulli item Mss.' *Lamb.* 'Erf. et al. *commoveare.*' Græv. Voss. 1. *quidem commovere:* G et Leid. 3. *commoveare.*—4 *Inquit* in G deest; et in G R ψ ac Græv.-Burm. legitur *amplexare.* '*Amplexare*] Voss. 1. Leid. 1. edd. pr. *examplexare:* Voss. 3. *examplectare.*' Oud. Vulg. *examplexare.*—5 Leid. 2. *vince nunc tu tuum an.* Leid. 3. *vince an. tuum.*—6 '*Cur non desinis*] Leid. 3. *quid non des.* Forte *quin.*' Oud. 'Erf. non male *quid desinitis.*' Græv. A R *quid non desinis:* Schutz. et Wetzel. *quin desinis,* Ern. probante.—7 Pith. non habet *me.*—8 *Bene* deest in Leid. 4. et Duisb. Tum A ψ *dirimet morte:* Leid. 3. *morte dirimere:* Leid. 4. et Duisb. *morte adimere.*—9 Pith. *Iste mul. verbis repellit ab se:* Leid. 2. Voss. 3. *Is mul. repellit a se.* Duisb. Voss. 1. ed. Med. quoque *a se.*—10 Erf. *ille.*—11 *Videlicet* exulat a Voss. 2. et Lamb. ed. sola habet *illa virtute.* G *virt. fuisset.*—12 A *datum esse un. sermones:* Erf. *dato esse un. sermonem.*—13 Erf. *accommodatum.* Tum '*Id quod oportet*] Sic restituendum e Mss. Voss. omn. et Leid. 1. 2. edd. pr. Vulgo deest *id.* Adi ad Cic. de Inv. I. 17.' *Oud.* A G R, Erf. quoque, cum Schutz. Wetzel. et Orell. *id quod op.*—14 Voss. 1. *observari:* A ψ et Erf. *conservare:* Pith. quatuor Mss. Oud. et ed. Med. *conservari;* et sic margo Cratandri.—15 Pith. *ita.*—16 Voss. 1. *utemur:* Voss. 3. Leid. 4. *utuntur:* et Leid. 2. *ratione.*—17 G *subj. oportet serm.* R *subj. sermocinationem debetis,* sed sup. lin. 'vel *rationem.*'

## NOTÆ

[x] *Conformatio*] Sive prosopopœia. Hac mirifice Tullius utitur in Cœliana, præsertim ad exagitandas Clodiæ libidines § 33. et seqq. 'Sed tamen ex ipsa quæram prius, utrum me secum severe et graviter et prisce agere malit, an remisse ac leniter et urbane. Sin illo austero more ac modo, aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis, non hac barbula qua

adest, persona confingitur, quasi adsit, aut cum res muta aut informis,[19] fit eloquens et formata,[y] et ei oratio [20] attribuitur ad dignitatem accommodata, aut [1] actio quædam, hoc pacto: Quodsi nunc hæc urbs invictissima vocem mittat,[2] non hoc pacto loquatur? [3] Ego illa plurimis tropæis ornata, triumphis ditata certissimis, clarissimis locupletata [4] victoriis, nunc vestris seditionibus, o cives,[5] vexor: quam dolis[6] malitiosa Carthago,[y] viribus probata[7] Numantia, disciplinis erudita Corinthus labefactare non potuit, eam patiemini [8] nunc ab homunculis deterrimis [9] proteri atque conculcari? Item, Quodsi nunc L.[10] ille Brutus [z] reviviscat,

[y] *Animata.*

Cap. liii. 18 A *Confirmatio.*—19 Leid. 2. Voss. 3. et Lamb. *muta et inf.* Tum '*Loquens*] Sic plane ed. Med. at Mss. omnes *eloquens.*' Oud. *Loquens* quoque Mss. Lips. Winkl. cum Græv.-Burm. Wetzel. Schutz. et Orell. *Eloquens* A G R ψ, Tur. et vulg. Vid. Nott. Varr.—20 '*Et formata et ei oratio*] In uno Gryph. exemplari multo melius, *et forma ei et oratio;* quomodo edendum curavimus.' *Brut.* '*Forma ei et oratio*] Ita Leid. 1. In aliis *et formata et ei,* vel *eique.* Leid. 3. *ratio.*' Oud. R ψ, Tur. Ms. Lips. et Græv.-Burm. *et forma ei et oratio.* Vulg. *et formata, et ei oratio.* Vid. Nott. Varr.—1 Pro *aut,* ψ habet *ut.*—2 '*Mittat*] Sic sola ed. Omnib. In Mss. et ed. Med. *emittat.*' Oud. *Emittat* quoque Tur. Lamb. et Orell. *mittat* A G R ψ et vulg. —3 G *mihi hoc pacto:* Leid. 2. 3. *nonne h. p.* Leid. 4. *num h. p.* Tum Leid. 3. 4. ed. Med. *loquetur.*—4 G *certissimus, clarissimus:* ψ *certissimas, clarissimus.* '*Clar. potita vict.*] Sic habet unus Gryph. duo alii Mss. ut excusi, *clar. locupletata vict.*' Brut. Tur. *clar. ditata vict.* Vulg. *locupletata.*—5 Leid. 2. caret *o cives.*—6 Pith. *dolosis.*—7 Lamb. solus *viribus robusta Num.*—8 A G ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. *patimini:* Erf. *patiamini.* Vulg. *patiemini.*—9 Leid. 2. *ab homunc. deterr.* edd. Med. *ab hominibus deterr.* Paucæ edd. *ab ho-*

## NOTÆ

ista delectatur; sed illa horrida, quam in statuis antiquis, et in imaginibus videmus: qui objurget mulierem et pro me loquatur, ne ista mihi forte succenseat. Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis; ac potissimum Cæcus ille: minimum enim dolorem capiet, qui istam non videbit: qui profecto si extiterit, sic aget et sic loquetur: Mulier, quid tibi cum Cœlio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno? cur aut tam familiaris huic fuisti, ut aurum commodares; aut tam inimica, ut venenum timeres? non patrem tuum videras? non patruum, non avum, proavum, atavum audieras consules fuisse?' &c.

[y] *Carthago*] De qua, ut et Numantia et Corintho, supra jam dictum.

[z] *L. Brutus*] L. Junius Brutus, quem Plutarchus patricium, Halicarnasseus plebeium dicit, cum insidias a Tarquinio Superbo sibi metueret, simulata stultitia nomen Stolidi seu Bruti non recusavit. Paulo post cum Tarquinii filius Lucretiæ stuprum obtulisset, Brutus populum ad libertatem vocans, Tarquinium regem expulit, primusque consul creatus est

et hic ante pedes vestros adsit, non hac[11] utatur oratione? Ego reges ejeci,[12] vos tyrannos introducitis: ego libertatem, quæ non erat, peperi, vos partam servare non vultis: ego capitis mei periculo patriam liberavi, vos liberi sine periculo esse non curatis? Hæc conformatio, licet in plures res mutas atque inanimas[13] transferatur, proficit tamen plurimum[14] in amplificationis partibus et commiseratione.[15]

67. Significatio[a] est,[16] quæ plus in suspicione relinquit, quam positum est[17] in oratione. [*p.* 41.] Ea fit per exuberationem,[18] ambiguum, consequentiam, abscissionem, similitudinem.[19] Per exuberationem,[b] cum plus dictum est,[20]

*munc. teterrimis.*—10 *L.* in A G deest.—11 A G, Leid. 4. ed. Omnib. *num hac:* Leid. 3. ed. Med. *nonne hac:* Erf. *si non hac:* Pith. ut nonnullæ edd. teste Grævio, *non hæc.* Tum G, Erf. Pith. Leid. 1. Voss. 3. et edd. pr. *utetur:* Leid. 4. *uteretur.*—12 G *eo reges ejecti.*—13 '*Mutas atque inanimas*] Mss. nostri tres retinent *inanimatas*, ut cap. 48. 'res animatas et inanimatas, mutas et loquentes.'' *Gronov.* 'Mss. et edd. *mutas atque inanimatas:* sed Lambini et Grut. edd. *mutas atque inanimas.*' Græv. *Inanimatas* A G, Voss. 1. 2. 3. Leid. 1. 2. 4. et edd. pr. cum Græv.-Burm. et Orell. *inanimas* vulg. Verba *atque inanimas* absunt ab R ψ et Leid. 3.—14 '*Transferatur, proficit tamen plurimum*] Voss. 2. *ut transf., sed prof.* Leid. 4. *tamen prof.* sine *plurimum.* A ceteris et ed. Omnib. abest vox *tamen.* Leid. 3. ed. Omnib. *multum.*' Oud. *Sed prof.* quoque in Gryph. exemplari uno. *Tamen* non est in G et Erf.—15 R, Pith. Leid. 2. Voss. 3. *et commiserationis:* A *et in commiserationis.*—16 '*Significatio est*] Mss. omnes et edd. pr. *Sign. est res.* Vid. c. 54. 'Brevitas est res.'' *Oud.* ψ *Dignificatio*, et A G, Erf. Tur. *est res.* Mox pro *suspicione*, in Erf. *significatione* legitur.—17 G *pos. sit.*—18 '*Exsuperationem*] Sic bis reposuit Grævius, ut probant Mss. omnes, si excipias Leid. 4. in quo et ed. Med. *exuberationem.*' Oud. *Exsuperationem* etiam A G R ψ et Orell. *exuberationem* vulg. Vid. Nott. Varr.—19 '*Ambiguum, &c.*] Quater hic repetitur præpositio *per* in Voss. 1. Leid. 1. in quo et Voss. 2. 3. Leid. 2. et edd. pr. *abscisionem*, uti et mox Mss. omnes.' *Oud.*—20 Erf. omittit *est.*—

NOTÆ

collega L. Tarquinio Collatino, A. U. C. ineunte 245. ante Chr. 509. Filios, qui de recipiendis in urbem regibus consilia habuerant, capitali supplicio affecit. His versibus a Virgilio celebratus est, Æn. VI. 'Consulis imperium hic primus, sævasque secures Accipiet: natosque pater nova bella moventes Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit Infelix: utcumque ferent ea fata minores, Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.'

[a] *Significatio*] Ad emphasim refertur, quæ plus ad intelligendum quam dicitur relinquit.

[b] *Per exuberationem*] Quæ poëtis præcipue familiaris est, ut cum de Polyphemo Virgil. ait, 'Jacuitque per antrum Immensum.' Nec ignota est oratoribus. 'Tu istis faucibus,' inquit Tullius Philipp. II. 'istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nup-

quam patitur veritas, augendæ suspicionis causa, sic:[1] Hic de tanto patrimonio[2] tam cito testam, qua sibi petat ignem,[*][3] non reliquit. Per ambiguum, cum verbum potest in duas pluresve sententias accipi, sed accipitur[4] in eam partem, quam vult is qui dixit: ut de eo si dicas,[5] qui multas hæreditates adierit, Prospice tu, qui plurimum[6] cernis.[c] LIV. Ambigua quemadmodum vitanda sunt, quæ obscuram reddunt orationem, ita hæc[7] consequenda[d] quæ conficiunt hujusmodi significationem. Ea reperientur facile, si noverimus et animadverterimus[8] verborum ancipites aut[9] multiplices potestates.[a] Per consequentiam significatio fit,[10] cum res, quæ sequuntur[11] aliquam rem, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione, ut si salsamentarii filio dicas, Quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat.[12] Per abscissionem,[13][e] si, cum incipimus

[*] *A vicino, more veterum.* [a] *Significationes.*

1 Erf. *sit.*—2 Idem Ms. *præmio.*—3 ‘*Testam, qua sibi petat ignem*] Duisb. *testam qua pet. ign.* Cauch. *testum quo sibi pet. ign.* Unde Cauchius existimat legendum *testu, quo sibi petat.* Sic ‘sub æreo testu’ ap. Plin. ‘sub calido testu’ ap. Catonem de R. R.’ *Græv.* Deest *sibi* in Leid. 4.—4 ‘*Sed accipitur*] Duisb. *sed acc. tantum:* Pith. *acc. tamen.*’ Græv. ‘*Accipitur*] Sic in solo Leid. 3. et ed. Omnib. In Mss. quinque *acc. tamen:* Voss. 3. ed. Med. *acc. tantum.*’ Oud. G *sed acc. tamen.*—5 ψ *quam vult ut si dicas:* Lamb. *quam vult is qui dixit, ut si dicas de eo.*—6 G *Perspice tu,* et Duisb. Leid. 4. *illum qui.* Voss. 3. *plurima:* ψ, Pith. Leid. 2. et ed. Med. *multum.*

CAP. LIV. 7 Leid. 4. et Duisb. *hic.*—8 ψ *nov. aut animadv.* Erf. *nov. et animum advertimus.*—9 R ψ et Lamb. *anc. et multipl.*—10 A G *signif. est:* Erf. *significationum* sine *fit.*—11 A G, Erf. Leid. 2. Voss. 3. et Tur. *sequantur:* ed. Med. *sequentur.*—12 ‘*Cubito se emungere sol.*] Optime Cauch. et Erf. *cubitis emungi sol.*’ Græv. ‘Vid. Victor. Var. Lect. XIV. 10.’ *Burm.* Voss. 2. *subito;* et Leid. 3. *mungere:* ed. Med. *emingere.*—13 Tur. *abscisionem.* Vid.

NOTÆ

tiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie.’

[c] *Qui plurimum cernis*] *Cernere* ambigua vox et videre et hæreditatem adire significat.

[d] *Hæc consequenda*] Ambigua in verbis ad facetias plurimum valere probat exemplis Tullius de Orat. l. II. § 253.

[e] *Per abscissionem*] Qua utendum præcipue obscœnitatis vitandæ causa, exemplo Tullii in Cœl. § 69. ‘Hic etiam miramur, si illam commentitiam pyxidem obscœnissima sit fabula consecuta. Nihil est quod in hujusmodi mulierem non cadere videatur. Audita et pervulgata et percelebrata sermonibus res est; perspicitis animis, judices, jamdudum quid velim, vel potius quid nolim dicere; quod etiamsi est factum, certe a Cœlio non est factum.’

aliquid [14] dicere, præcidimus, et ex eo, quod jam diximus, satis relinquitur suspicionis, [15] sic: Qui ista forma et ætate [16] nuper alienæ domui: [17] nolo plura dicere. Per similitudinem, cum aliqua re simili allata, [18] nihil amplius dicimus, sed ex [19] ea significamus quid sentiamus, hoc modo: Noli, Saturnine,[f] nimium populi frequentia [20] fretus esse: inulti jacent Gracchi.[1] Hæc exornatio plurimum festivitatis habet interdum, et dignitatis: [2] sinit enim [3] quiddam, tacito oratore,[4] ipsum auditorem suspicari.

68. Brevitas est res ipsis tantummodo verbis [5] necessariis expedita, hoc modo: [6] Lemnum [g] præteriens cepit: inde Thasi [7] [h] præsidium reliquit: post urbem in Bithynia [8] [i] sustulit: inde pulsus [9] in Hellespontum,[k] statim potitur

Nott. Varr.—14 G, Pith. Voss. 1. Leid. 2. ed. Med. *incipiemus aliq.* Voss. 3. et Schutz. *incepimus aliq.* Leid. 4. *incipiamus aliqua.* Tum A G R et Erf. *præcidamus:* Pith. *deinde præcidamus:* Schutz. *deinde præcidimus.* '*Præcidimus*] *Deinde præcidamus* Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. ed. Med. Bene. *Deinde* agnoscit quoque ed. Omnib. et *præcidamus* Leid. 3. 4.' *Oud.* Vulg. ut Ern.—15 ψ *suspicioni.*—16 Pith. *quia:* ψ *ista fortuna;* et Erf. *ex ætate.*—17 ψ *super,* et Erf. Leid. 2. Voss. 3. ed. Med. *al. domi.*—18 Leid. 2. *re sim. ablata:* Leid. 3. *re sim. collata:* A ψ *sim. collata,* sine *re.*—19 Deest præpositio Voss. 1.—20 '*Populi reverentia fretus*] Sic ex meis soli dant Leid. 4. et Voss. 2. In ceteris est *frequentia.* Abest *populi* a Leid. 2.' *Oud.* *Reverentia* Tur. Græv.-Burm. et Schutz. *frequentia* A G R ψ et vulg. Vid. Nott. Varr.—1 '*Inulti jacent Gracchi*] Leid. 1. *Stultitiæ memento Gr.* Voss. 2. *stultitiam dinosce Gr.* Leid. 4. *stultitiam C. Gr.* ed. Med. *Gracchi memento:* Omnib. *stultitiam nosce Gr.* Leid. 2. *multi tacent Gr.*' Oud. In A ψ *stulticiæ C. Gracchi memento.* Vulg. *inulti tacent Gracchi.* Vid. Nott. Varr.—2 ψ *et etiam;* et G *dignitas.*—3 *Enim* non est in A.—4 ψ *ore.*—5 Lamb. *Brev. est cum res:* G *res ipsa tant.* A non habet *verbis.* Tum Lamb. *exped. est.*—6 Pro *hoc modo,* in Voss. 3. *sic* legitur.—7 A *tasti:* R *Thapsi:* Leid. 2. *Tapsi:* Leid. 1. *Thacci:* Voss. 2. *Thani:* Voss. 3. *Thulius:* Leid. 3. *Tharsum:* edd. pr. *Tharsi.* Vulg. *Thasi.* Vid. Nott. Varr.—8 '*In Bithynia*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *Bithinniam, Bithiniam:* Leid. 1. *in Machidum:* Leid. 3. *Macedum:* Leid. 4. *Machium:* Voss. 2. *Macidum.* Latet urbis nomen.' *Oudendorp.* A *in Machiufri:* G ψ *Bithiniam.* In Duisburgensi *urbem Michium:* Erf. *urbem vi Inachium:* Cauch. *viminachium.* Vulg. ut Ernest.—9 A *trussus;* 'forsan pro *trusus,*' ut ait Oxoniensis editor. Lamb. de Aurati conjectura,

NOTÆ

[f] *Saturnine*] De quo diximus in notis ad l. I. § 21. De Gracchis agetur in lib. de Clar. Orat.

[g] *Lemnum*] Lemnos, insula maris Ægæi, Vulcano quondam sacra, hodie *Stalimene* appellatur.

[h] *Thasi*] Thasus sive Thassus, ejusdem maris insula, Thraciæ proxima: variis olim nominibus Æria, Æthria, Ogygia, et Chrysa dicta est; nunc, teste Sophiano, *Tasso.*

[i] *Bithynia*] Quæ Asiæ Minoris regio *Becsangial,* teste Castaldo, appellatur, a Turcis autem *Osman ili,* ut scribit Leunclavius.

[k] *Hellespontum*] Ab Helle Atha-

Abydo.[10] [l] Item, Modo consul, quondam tribunus,[11] deinde primus erat civitatis. Tum,[12] proficiscitur in Asiam, deinde exul et [13] hostis est dictus, post imperator, postremo consul factus est.[14] Habet paucis comprehensa brevitas multarum rerum expeditionem.[b] Quare adhibenda sæpe est, cum aut res non egent [15] longæ orationis, aut tempus non sinit commorari.[16]

LV. Demonstratio [m] est, cum ita res verbis exprimitur,

[b] *Concisa brevitas multa paucis absolvit.*

cum Wetzel. Schutz. et Orell. *appulsus*, probante Ern.—10 Leid. 2. *pot. Abydi:* Pith. *pot. rursus Abydo.*—11 Pro *tribunus*, Erf. habet *iste*. Tum A ψ et Leid. 3. *is deinde:* G *iis deinde:* Leid. 4. *is denique*. Porro Voss. 3. *primus in civitate*. Vid. Nott. Varr.—12 Orell. malit legere *Item.*—13 *Exul et* desunt in A R, Leid. 3. 4. *est* addunt Mss. plerique Oud. et edd. pr.—14 Pro *postremo*, in A legitur *et populorum:* G R *et postremo*. '*Postremo consul est factus*] *Et postr.* Voss. 3. *et populorum cons.* Voss. 2. Leid. 1. 3. 4. Ed. Omnib. *et populi Ri.* Desunt bene τὰ *est factus* Voss. 1. 3. Leid. 2. In aliis *factus est consul.*' Oud. Tur. quoque *factus est consul.* Verba *est factus* absunt ab Cauch. et Cort. non bene, ut Ern. existimat.—15 Pith. *eguerit:* G, Duisb. Voss. 1. Leid. 2. 4. ed. Omnib. *egebit:* Voss. 3. *eget:* ψ *egeret:* ed. Med. *egeat.*—16 '*Non sinit comm.*] Ed. Omnib. *non sinet*. Voss. 1. *immorari.*' Oud. Erf. *sinet*, et Schutz. *immorari.*

NOTÆ

mantis Thebanorum regis filia, quæ ibi summersa est, nomen habuit. Hellespontus fretum inter Sestum et Abydum. *Le détroit de Gallipoli.*

[l] *Abydo*] Abydus urbs Phrygiæ Minoris in Asia, in littore Bosphori Thracii e regione Sesti, quæ est in Europa. In hac utraque urbe arces munitissimas exstruxere Turci, unde tormentis explosis facile navium transitum intercludant. Dicuntur Dardanellæ, *les Dardanelles.*

[m] *Demonstratio*] Quam διατύπωσιν alii, alii hypotyposin, Cicero subjectionem sub aspectum vocat. Qualis est ista in Pison. § 13. 'Meministine, cœnum, cum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire, involuto capite, soleatum? et, cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari? quam nos causam cum accepissemus, (quid enim facere poteramus?) paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo; unde tu nos, cum improbissime respondendo, tum turpissime eructando, ejecisti.' Ejusdem sordidam ingluviem eodem schemate exagitat § 67. 'Est quædam, quamquam omnis est vitiosa atque turpis, tamen ingenuo ac libero dignior, luxuria. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum: laudabo inimicum: ne magnopere quidem quicquam, præter libidines, sumtuosum. Toreuma nullum: maximi calices, et hi, ne contemnere suos videatur, Placentini: exstructa mensa, non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida. Servi sordidati ministrant, nonnulli etiam

ut geri negotium, et res ante oculos esse videatur.[17] Id fieri poterit, si, quæ ante, et post,[18] et in ipsa re facta erunt, comprehendemus, aut si a rebus consequentibus,[19] aut a circumstantibus non recedemus,[20] hoc modo: Quod simul atque [1] Gracchus prospexit, fluctuare populum, verentem, ne ipse [2] auctoritate senatus commotus a sententia desisteret,[3] jubet advocari concionem.[4] Iste interea scelere et malis cogitationibus redundans, evolat ex [5] templo Jovis, et sudans,[6] oculis ardentibus, erecto [7] capillo, contorta [8] toga, cum pluribus aliis [9] ire celerius cœpit. Illi præco [n] faciebat audientiam: [10] hic subsellium quoddam calce premens,[11] dextra pedem defringit,[c] [12] et alios hoc idem ju-

[c] *Frangit dextra manu pedem subsellii, ut, armis deficientibus, eo uteretur ad vim faciendam.*

Cap. lv. 17 A *videtur.*—18 Duisb. Leid. 4. *et ante et postea:* G *et ante et post.* A G R ψ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. quoque habent *post:* et sic vulg. Græv.-Burm. sola *postea* —19 '*Aut si a rebus conseq.*] Omnes quatuor Mss. Erf. Pith. Cauch. Duisb. et Cratand. ac aliæ vetustiores edd. non agnoscunt *si.* Commode potest ἀπὸ κοινοῦ repeti. Mox Erf. et Duisb. *aut circumstantibus,* sine *a,* pro quo male Cratand. ed. et aliæ *a circumstantiis.*' Græv. 'In nullo Ms. nec ed. est *si.* Leid. 2. *sequentibus.*' Oud. *Si* quoque non est in A G et Tur. '*Aut circumstantibus*] Voss. 2. 3. Leid. 3. ed. Med. *aut a circumst.*' Oud. Vulg. *aut a circumst.* Præpositio in A G deest.—20 A *recedimus.*—1 A omittit *atque.* Tum Cauch. *adspexit:* Leid. 2. *perspexit:* ed. Med. *conspexit.*—2 ψ *verens,* et G *ut ipse.*—3 Erf. *auct. comm. sententia des.* Præpositionem ante *sententia* non agnoscunt Pith. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. ed. Omnib. nec Ms. A, in quo *sententiam* legitur. Dein G *desideret.*—4 G *vocari conc.* Leid. 4. *conc. vocari:* Erf. *adv. continet.* Tum A G ψ, Duisb. Erf. Leid. 3. 4. et Voss. 2. *Ipse int.*—5 Erf. *evocat:* A, Leid. 1. Voss. 2. *evocatus:* et omnes Mss. Oud. cum ed. Med. *et templo.*—6 Copula ante *sudans* deest in A G R ψ, Erf. omn. Mss. Oud. cum ed. Med. et Omnib. Pro *sudans,* legitur *stans* in A ψ, Erf. Duisb. Leid. 1. 4. Voss. 2. '*Sudans*] Lambin. vocem *sudans* tollit: pro eo nos *stans* legendum putamus: quam lectionem duo Gryph. exemplaria tuentur. Ceteri Leonic. Ald. Victor. Manutii, eodem modo *sudans,* sed æque male habent, ut opinor.' *Brut.*—7 G *a recto cap.*—8 A G *cum torta.*—9 *Aliis* non est in G.—10 Erf. *aud. fac.* Tur. *fac. viam:* A *fac. viam adibat:* Leid. 1. Voss. 2. *viam fac. adibat.* In Voss. 1. a m. pr. *audaciam.*—11 A *quondam scorgalle prehendens.* In Voss. 2. *prendensque.* In Leid. 1. a m. pr. *quoddam excors galte prensans,* et supra *c* scripto *s.* Supra Leid. 4. *hic adiit subsellium.*—12 '*Dextra pedem defringit*] Sic habent omnes

## NOTÆ

senes: idem coquus, idem atriensis: pistor domi nullus, nulla cella: panis et vinum a propola atque de cupa: Græci stipati, quini in lectulis, sæpe plures; ipse solus, bibiturus quæ eodem de solio ministrentur: ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat: mensam tolli jubet.'

[n] *Præco*] Præcones a præcinendo dicti sunt. Solebant et jussu magis-

bet [13] facere. Cum Gracchus Deos inciperet precari,[o] cursim [14] isti impetum faciunt: ex aliis aliisque partibus convolant: [15] atque e populo unus, Fuge, inquit, Tiberi, fuge: [16] non vides? [17] respice, inquam.[18] Deinde, vaga multitudo, subito timore [19] perterrita, fugere cœpit. At iste spumans ex ore scelus,[20] anhelans ex intimo [1] pectore crudelitatem, contorquet brachium; et dubitanti Graccho, quid esset,[2] neque tamen locum, in quo constiterat,[3] relinquenti, percutit tempus.[d] [4] Ille nulla voce delabens, insita virtute [5] concidit tacitus. Iste viri fortissimi miserando

[d] *Partem capitis.*

libri vulgati, quos quidem viderim, quibuscum aliquot Mss. consentiunt: quos nunc sequor, quamvis olim ediderim *dextro pede defr.*, quomodo in uno alio item Ms. repereram. Pedem autem subsellii intelligere debemus.' *Lamb.* 'Pith. *hoc subsellium quoddam fregit pede.*' Græv. '*Dextera pedem defringit*] Nos, probata Lamb. conjectura, *dextro pede*, aliquanto meliore sensu, edidimus.' *Brut.* 'Voss. 1. Leid. 1. a m. sec. item Leid. 2. *dextro pede*, ac *fregit* Voss. 2.' *Oud.* In ψ *refringit*. Vulg. *dextra pedem defringit*.—13 Erf. *et hoc alios jubet idem:* A *et alteros hoc idem jubet*. G omittit *hoc idem*.—14 A *cursu*.—15 '*Ex aliis aliisque partibus convolant*] Mss. tres *et ex aliis aliisque part. conv.* Leid. 1. Voss. 3. ed. Med. *et ex aliis alii part.* Optime, si deleas copulam. Leid. 2. *et aliis al. part.* Dein *commeant* Leid. 1. ed. Med.' *Oud.* A G R ψ *et ex aliis aliisque part.* Erf. *ex aliis aliis part.* Tur. et Lamb. ed. *ex aliis atque aliis part.* Schutz. Wetzel. et Orell. *ex aliis alii part.* Vulg. *ex aliis aliique part.* Tum '*Convolant, atque e pop.*] Nonnulli libri vulgg. et Mss. habent *commeant omnes: atque e pop.* alii quidam *convolant omnes: &c.*' Lamb. Unus Gryph. Ms. *commeant:* A ψ *comeunt:* Erf. *commodant*. Vulg. *convolant*.—16 G caret *Tiberi, fuge*. In Erf. *fuge, fuge, inquit, Videri.* '*Fuge inquit Tiberi fuge*] Mss. plerique et edd. pr. *fuge, fuge inq. Tib.* semel *fuge* abest a Leid. 3. 4. A tribus exsulat *Tiberi*, pro quo *Gracche* Leid. 3.' *Oud.* —17 G *nonne vides*.—18 Leid. 1. 3. *inquit jam:* Duisb. Leid. 4. Voss. 3. *inquiunt:* G ψ *inquit*.—19 ψ *rumore*.—20 Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *spumam ex ore rejiciens*. Pro *scelus* in Voss. 2. *ictus*, in R *reiciens* sup. lin. Vid. Nott. Varr.—1 Unus Ms. Bruti habet *imo:* A R ψ, Erf. Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. *infimo*.—2 ψ *ergo quid esset*.—3 Voss. 3. *steterat:* ed. Med. *consisteret*. Pro *relinquenti*, in G *aliquanti* legitur.—4 Mss. duo Lamb. *perc. frontem*. Vid. Nott. Varr.—5 '*Nulla voce delibans insitam virtutem*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *nullam vocem edens insita virtute:* Leid. 1. *nullam vocem delabans insita virtute:* Leid. 3. *nulla voce delibans insita virtute:* Leid. 4. *nulla voce labens insita virtute:* Voss. 2. *nulla voce delabens insitam virtutem*. Vid. Græv.' *Oud.* Tur. *nulla voce delabans insita virtute:* Græv.-Burm. et Schutz. *nulla voce delibans insitam virtutem:* G ψ *nullam vocem edens insita virtute:* R habet *edens* in marg. A R, Oliv. et Lall. *nulla voce delabans insita virtute:* Wetzel. et Orell.

NOTÆ

tratus aliquid populo denuntiare, et facere auctionem, et audientiam in theatris indicere. Plautus in Pœn. 'Exsurge, præco, fac populo audientiam.'

[o] *Deos inciperet precari*] Id est, cum orationem inciperet. Servius in illud Virg. Æn. II. 'Præfatus divos, solio

sanguine aspersus, quasi facinus præclarissimum[6] fecisset, circumspectans et hilaris sceleratam[7] gratulantibus manum porrigens, in[8] templum Jovis contulit sese. 69. Hæc exornatio plurimum prodest in amplificanda et commiseranda re,[e][9] hujusmodi enarrationibus: statuit enim totam rem, et prope ponit[10] ante oculos.

LVI. Omnes rationes honestandæ[f] elocutionis[11] studiose collegimus,[12] in quibus, Herenni, si te diligenter[13] exercueris, et gravitatem, et dignitatem, et suavitatem habere in dicendo[14] poteris, ut oratorie plane loquaris;[15] ne nuda atque inornata inventio vulgari sermone efferatur.[16] Nunc identidem nosmetipsi nobis[17] instemus,[g] res enim communis agitur,[18] ut frequenter et assidue consequamur artis rationem[19] studio et exercitatione: quod alii cum molestia[20] tribus de causis maxime faciunt; aut si, cum quibus[1] libenter exerceantur, non habent;[2] aut si sibi diffidunt;[3]

[e] *In re exaggeranda et excitanda commiseratione.*
[f] *Ornandæ.* [g] *Nos ipsos excitemus.*

*nulla voce delabens insita virtute.* Vid. Nott. Varr.—6 G *præclarossimus.*—7 '*Circumspectans, et hilaris sceleratam*] Erf. *et circ. ei hilare scelera:* Medic. *circ. et hilariter sceleratam:* Lamb. ed. *circ. et hilare sceleratam.*' Græv. 'Voss. omnes et ed. Med. *et circ.* Malim ponere ante *τὸ quasi.* Dein *hilaris* est in solo Leid. 4. *hilariter* Mss. quatuor et ed. Med. *hilare* Leid. 2. 3. ed. Omnib. Bene, ut opinor.' *Oud.* Verbum *circumspectans,* de Oud. sententia, Schutz. transposuit ante *quasi.* ψ, Schutz. et Orell. *hilare;* sed ψ omittit *sceleratam.* Tur. *hilariter.* A G R et vulg. ut Ern.—8 Præpositio non est in A.—9 A *confirmanda re.* Dein '*Hujusm. enarrationibus*] Voss. 1. 3. Leid. 2. edd. pr. *et in huj.* Leid. 1. 4. *in huj.* Vere. *Narr.* Mss. quatuor, edd. pr.' *Oud.* G R, Duisb. et Lamb. ed. *in hujusm. enarr.* Vulg. *hujusm. enarr.* Vid. Nott. Varr.—10 A ψ, Erf. Cauch. Pith. et Lamb. ed. *et proponit.*

CAP. LVI. 11 '*Honestandæ eloc.*] Al. *ornandæ eloc.* Erf. *hon. studiose collegimus locutionis.*' Græv. A ψ *hon. locutionis.*—12 A *colligimus.*—13 Erf. Tur. quatuor Mss. Oud. et edd. pr. *diligentius.*—14 Erf. *in secundo:* A G, Leid. 3. 4. *in loquendo;* sed G in marg. *dicendo.*—15 ψ et Voss. 1. *plene.* Leid. 1. *eloquaris.*—16 '*Efferatur*] Voss. 1. Leid. 1. 3. 4. *proferatur* cum edd. pr. Cur mutatum?' *Oud.* A G ψ, Duisb. Tur. quoque *proferatur:* Erf. *esse saturum.*—17 *Nobis* in A deest.—18 ψ et Erf. *agetur.*—19 '*Conseq. artis rationem*] Leid. 3. *assequamur.* Ed. Omnib. *artis orationem:* non male.' *Oud.* Erf. quoque *artis orationem.* Vid. Nott. Varr.—20 A ψ *que alicui molestiam.*—1 '*Aut si cum quibus lib.*] Erf. *aut si qui cum lib.* quod minime damnandum. Si non habent cum quo libenter exerceantur.' *Græv.* '*Cum quibus lib. exerceantur*] Leid.

NOTÆ

rex infit ab alto:' 'More' inquit 'antiquo: nam majores nullam orationem nisi invocatis numinibus inchoabant.'

aut si nesciunt,[4] quam viam sequi debeant: quæ a nobis absunt omnes difficultates. Nam et simul libenter exercemur [5] propter amicitiam, cujus initium cognatio [6] fecit, cetera [7] philosophiæ ratio confirmavit: [8] et nobis [9] non diffidimus, propterea quod et aliquantulum [10] processimus, et alia meliora [p] sunt, quæ multo intentius [h 11] petimus in vita, ut, etiamsi [12] non pervenerimus in dicendo, quo volumus,[13] parva pars vitæ [14] perfectissimæ desideretur: et viam, quam [15] sequamur, habemus, propterea quod in his libris nihil præteritum est rhetoricæ præceptionis. Demonstratum est enim,[16] quomodo res in omnibus generibus causarum inveniri [17] oporteret: dictum est, quo pacto eas disponere conveniret; [18] traditum est, qua ratione esset [19]

[h] *Majori cupiditate.*

4. *quibuscum lib. exerceant:* Leid. 1. 3. *quicum lib. exerc.* Optime.' *Oud.* In A *qui cum exerceatur*, omisso *si:* ψ *si qui exerceatur:* Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *si quicum lib. exerceantur:* G R et vulg. *si cum quibus lib. exerceantur.*—2 A G *habeant:* ψ *habeat.*—3 Pith. *aut sibi diff.* Voss. 2. *aut si id diff.* Erf. Leid. 1. 3. *aut si id diffisus sit:* A ψ *aut si id diffisus sibi sit:* Leid. 4. *aut si sibi diffusus sit.* Deest *sibi* a Voss. 3.—4 Leid. 2. *si nesciant:* G *nesciunt*, et Erf. *nesciat*, omisso *si:* A ψ, Leid. 1. 3. Voss. 2. *nescius*, sine *si:* Leid. 4. *sit nescius.* Mox Leid. 1. 3. 4. et Voss. 2. *debeat.*—5 Leid. 1. *exercemus:* G, Leid. 3. 4. *exercebimus:* A ψ *exercebimur:* Erf. *exerceamur.*—6 A ψ, Erf. Leid. 1. 3. Voss. 3. *cognitio:* Erf. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. edd. pr. *facit.*—7 '*Cetera* genuinum non videtur. Sensus postulat *cursum*, aut *progressum.*' Schutz.—8 '*Confirmavit*] Sic Leid. 3. In reliquis et edd. pr. *confirmabit.*' Oud. *Confirmavit* quoque A G ψ et Duisb. *confirmabat* Erf. *consummabit* Pith.—9 Voss. 1. 3. Leid. 2. ed. Med. *et de nobis:* Pith. *et dein nobis.*—10 A, Pith. Leid. 2. 3. et edd. pr. *quod aliquant.* Voss. 3. *quod et ad aliq.* Voss. 1. Leid. 1. *quod et aliquantum.*—11 ψ, Voss. 1. Leid. 1. 3. *attentius:* Erf. *certius.*—12 A et Erf. *ut etsi:* Voss. 2. *ut et si:* Leid. 3. *ut si:* G *etsi:* Leid. 1. 4. *et si.* Tum A *pervenimus:* G *perveniremus.*—13 A *quod*, et G *volemus.*—14 Erf. *parva pars tamen vitæ.*—15 G *per quam.*—16 Grut. censet verba *Demonstratum est, &c.* usque ad finem, esse spuria. Schutz. et Orell. ea uncis inclusit.—17 ψ, tres Mss. Oud. et ed. Med. *invenire.* Dein Ern. e conj. *oporteret*, et eum Wetzel. sequitur: omnes aliæ edd. et Mss. *oporteat.*—18 Hic quoque *conveniret* e conj. dedit Ern. quem Wetzel. sequitur. Erf. Leid. 1. 3. *convenit:* omnes alii Mss. et edd. *conveniat.*—19 Duisb. Schutz. et Orell. omittunt

## NOTÆ

[p] *Et alia meliora*] Sensus est: Viribus nostris non diffidimus: tum quia jam aliquem in eloquentia progressum fecimus; tum quia aliæ sunt res ipsa eloquentia præstantiores, quas, dum vivimus, majore studio postulamus, et assequi speramus: adeo ut, etiamsi primas in dicendi facultate non tenuerimus, exiguum quid nobis ad beate vivendum deesse videatur.

pronuntiandum; præceptum est, qua via meminisse possemus;[20] demonstratum est,[1] quibus modis perfecta elocutio compararetur.[2] Quæ si exsequimur,[3] acute et cito reperiemus, distincte et ordinate[4] disponemus, graviter et venuste pronuntiabimus, firme et perpetuo[5] meminerimus, ornate et suaviter eloquemur.[6] Ergo amplius in arte rhetorica nihil est.[7] Hæc omnia adipiscemur, si rationes præceptionis[8] diligentia consequemur exercitationis.[9]

*esset.* '*Esset pron.*] Verbum deest bene Leid. 4.' *Oud.*—20 '*Qua via mem. possemus*] Leid. 4. *quomodo.* Voss. 2. Leid. 3. 4. ed. Med. *possimus.* Id præfero.' *Oud.* Pro *qua via,* A habet *qua re,* et G *quo,* 'forsan pro *quo modo,*' ut ait editor Oxoniensis. Dein G ψ, Duisb. Schutz. et Orell. habent *possimus.* Vulg. *possemus.*—1 '*Demonstratum est*] Ed. Med. *Offensum est,* pro *ostensum.*' Oud.—2 A *locutio;* et A G R ψ, Duisb. Tur. cum Lamb. Schutz. et Orell. *comparetur.* '*Compararetur*] Sic Leid. 1. 3. In ceteris et edd. pr. *comparetur.* Rectius, ut opinor.' *Oud.* Vulg. *compararetur.*—3 '*Exsequimur*] Est a Pal. 4. Gembl. et Bruil. Vulgo *sequamur.*' Grut. 'Al. *sequamur:* Grut. edd. *exequimur:* Duisb. *sequemur.* Retineo vulgatam, annuentibus meis libris, nisi quod ex Erf. rescripserim *sequimur.*' Græv. '*Sequamur*] Sic lego cum Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *sequemur* Leid. 4. edd. pr. *sequimur* Voss. 2. 3. et vulgo. Al. *exseq.*' Oud. A *sequimur:* G R ψ et Tur. *sequamur.* Vulg. *exsequimur.*—4 '*Distincte et ordine*] Al. *et dist. et ordinate:* edd. *dist. et ordinate.* Malim cum Erf. *dist. et ordine.* Sane melioris ætatis apud scriptores *ordinate* non legas.' *Græv.* '*Dist. et ordinate*] Leid. 4. *debite et ornate.* In Leid. 1. 3. ed. Med. *dist. et ornate* cum manu pr. Voss. 1. suprascripto *di.* Sequor Grævium *ordine* legentem.' *Oud.* G et ed. 1474. *dist. et ornate.* Vulg. *dist. et ordinate.*—5 Erf. et quatuor Mss. Oud. *perpetue.*—6 '*Ornate et suaviter*] Leid. 2. *ordinate et suav.* Scilicet transponenda sunt quædam hoc modo: *distincte et ordine disp., ornate et suav. eloq., firme et perp. mem., grav. et ven. pronuntiabimus.* Male vulgo *pronuntiationi* prior datur locus. At consule ipsum auctorem l. I. c. 2. Cic. de Inv. I. 7.' *Oud.*—7 Al. teste Grævio, *ergo in arte rhet. nihil est amplius.*—8 Erf. *conceptionis.*—9 '*Consequemur et exercitatione*] Non absurde Pal. 4. 6. Gemb. Tos. Bruil. *consequamur exercitationis.*' Grut. 'Al. Mss. et edd. *consequemur et exercitatione.* Sed nihil certius est scriptura, quam ex veteribus libris produxit Gruterus, eam quoque asserit omnium optimus Erf. ac Pithœi codex.' *Græv.* '*Conseq. exercitationis*] Sic Voss. 2. Leid. 1. 3. cum ed. Omnib. In ceteris *et exercitatione.* In Leid. 1. 4. Voss. 3. ed. Med. *consequamur.* In fine Voss. 2. adscriptum M. TVLLII CICERONIS LIBER SEXTVS EXPLICIT. Leid. 4. *Ad Gajum Herennium Marci Tullii Ciceronis Rhetoricorum libri expliciunt feliciter.*' Oud. In G R *consequamur.* A G ψ, Ms. Lips. et Tur. cum edd. 1474. 1475. Venet. 1485. Med. Junt. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *exercitationis.* Al. edd. *et exercitatione.* In fine addiderat manus Pithœi: V.C. CL. PVT. (hoc est vetus codex Claudii Puteani) M. TVLLII CICERONIS AD HERENNIVM LIBER VI. EXPLICIT.

# M. TULLII CICERONIS

# RHETORICORUM[1][a]

SEU

# DE INVENTIONE RHETORICA

## LIBRI DUO,

QUI RELIQUI SUNT EX QUATUOR.[b]

## LIBER I.

ARGUMENTUM.

Disserit Tullius primo de eloquentiæ insigni in omni vita ac republica utilitate et abusu, quomodo inventa sensim ac paulatim, exculta et perfecta sit, accedente arte scilicet ac ratione, quæ eam certis regulis ac legibus astringeret. Addit deinde, de eloquentiæ officio et fine, materia, et partibus; quarum quinque facit; inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, pronuntiationem. De inventione ergo, quæ prima pars est, fuse suscipit dicere, et qualis esse in omni causarum constitutione tum conjecturali, tum definitiva, tum generali debeat. Tandem exordiorum, narrationum, partitionum, confirmationum, refutationum, conclusionum, præcepta ac regulas ponit, earumque cum virtutes, tum vitia, et usum demonstrat.

I. 1. [*p.* 42.] Sæpe et multum hoc mecum cogitavi,[2] bonine an mali plus attulerit hominibus et civitatibus copia

Cap. I. 1 ' Rhetoricorum] Male hos libros inscribi *de Inventione*, ex Fabio et Prisciano docet Gerhard. Vossius; additque vulgatam inscriptionem non esse a Tullio, clare arguere, quod non de sola Inventione in iis egerit. In Ms. Coloniensi Basilicæ Maximæ antiquissimo ante Prolegomena

NOTÆ

[a] *Rhetoricorum*] Hac inscriptione passim citantur a Quintiliano et Prisciano hi libri, quos rudes et impolitos Tullius adolescens, ut ipse testatur de Orat. l. I. § 2. edidit. Tantus est, ut memini me jam observare, in

dicendi, ac summum[3] eloquentiæ studium: nam cum et[4] nostræ reipublicæ detrimenta[c] considero, et maximarum civitatum[d] veteres animo calamitates colligo,[5] non minimam

M. Fabii Victorini hæc inscriptio legebatur; Q. FABII LAVRENTI EXPATTONVM IN RHETOC. LIBER PRIMVS. Eamdem inscriptionem in cod. Pal. se reperisse testatur P. Pithœus: 'Quæ in hos libros Victorini nomine Commentaria circumferuntur, Q. Fabio Laurenti tribuuntur in vet. cod. Biblioth. Palatinæ his verbis: Q. FABII LAVRENTI EXPLTIONVM IN RHETORICA LIBER I. EXPLICIT. INCIPIT LIBER SECVNDVS.' Deest enim titulus libri primi, folio tamen, quod præcedit Commenta, ita scriptum est.' *Burm.* 'RHETORICORUM] Sic, vel RHETORICÔN, ipse Cicero hos nominasse libros videtur, solumque verum esse titulum opinor, confirmatum a vetustissimis membranis Vossianis, M. TVLLII CICERONIS RHETORICORVM LIBER PRIOR, ac dein LIB. II. INCIPIT. et in fine, M. TVLLII CICERONIS RHETORICORVM LIB. I. EXPLICIT. Adde Leid. 4. clausulam p. 612. In aliis PRIMA RHETORICA. Vel PROLOGVS IN ARTE RHETORICA. Vel RHETORICAE LIB. PR. SEC. Consule M. Victorinum in Expositione *Rhetoricôn* Ciceronis p. 80. ed. Pith.' *Oud.* Vulg. *M. Tullii Ciceronis de Inventione Rhetorica.* Vid. Nott. Varr.—2 Erf. *mult. hoc cog. mecum:* Cauch. *mult. hoc cog.* sine *mecum.*—3 '*Ac summum*] Pessime in ed. Verburgii leges *ad summ.*' Oud.—4 Al. *Nam et cum,*

## NOTÆ

hisce de Inventione commentariis et libris ad Herennium, tum præceptionum et exemplorum, tum rerum prope omnium consensus, ut scriptorem utrumque Ciceronem et Cornificium non casu in eadem incurrisse vestigia, sed præeuntem alterum, Hermagoram scilicet, dedita opera secutos esse, non temere possit affirmari. Si quid porro nostris hic notis deesse videbitur, ex iis quas præmisimus, facile quivis supplebit. Brevitatis ubique studiosi lectorum fastidiis, quantum in nobis est, occurrere decrevimus.

[b] *Qui reliqui sunt ex quatuor*] Duos saltem de Inventione Ciceronis libros periisse colligimus ex ultimis lib. II. verbis: 'Quare quoniam et una pars ad exitum hunc a superiore libro perducta est, et hic liber non parum continet literarum, quæ restant, in reliquis dicemus.'

[c] *Nostræ reipublicæ detrimenta*] Laude dicendi celebres Titus Gracchus propter turbulentissimum tribunatum interfectus est; C. Carbo propter perpetuam in populari ratione levitatem morte voluntaria carnificis partes in se occupavit. Cic. in Bruto § 103. Q. Rubrius Varro a senatu hostis judicatus est. Ibid. § 168. Saturninus item, de quo diximus in notis ad Heren. l. I. § 21. seditiosorum post Gracchos eloquentissimus, teste Cicerone, visus est.

[d] *Maximarum civitatum, &c.*] Ex iis qui inter Græcos singulari dicendi facultate præstiterunt, plurimi tristissimis patriam affecere cladibus. Themistocles Atheniensis ad Xerxem Persarum regem ingenti patriæ damno transfugit. Pericles, dictus a nonnullis Olympius, quod in concione vox ejus fulminis vim exprimeret, septem millibus talentum expensis, ne rationes reddere cogeretur, omnia permiscuit, et luctuosissimo bello Peloponnesiaco initium dedit, cujus anno secundo pestilentia mortuus est, annis ante Chr. 434. Plutarch. Si quis tamen eloquentia male utatur, non continuo damnanda est, inquit Aristot. Rhet. l. I. cum id eloquentiæ

video per disertissimos homines invectam partem[6] incommodorum: cum autem res ab nostra memoria, propter vetustatem, remotas, ex literarum monumentis[a] repetere instituo; multas[7] urbes constitutas, plurima bella restincta, firmissimas[8] societates, sanctissimas amicitias intelligo cum animi[9] ratione, tum facilius eloquentia comparatas. Ac me quidem diu cogitantem, ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit,[10] ut existimem, sapientiam sine eloquentia parum prodesse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam.[11] Quare si quis, omissis[12] rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii, consumit omnem operam in exercitatione dicendi, is[13] inutilis sibi, perniciosus[14] patriæ civis alitur; qui vero ita sese armat eloquentia, ut non[15] oppugnare commoda patriæ, sed pro his propugnare[16] possit, is mihi vir et suis, et publicis rationibus utilissimus, atque amicissimus[17] civis fore videtur.

2. Ac si volumus hujus rei, quæ vocatur eloquentia,

[a] *Ex annalibus et historiis.*

teste Grævio.—5 Al. *coll. cal.* eodem teste.—6 B L M W ψ, et edd. vett. pleræque cum Oliv. et Lall. *inv. esse partem;* θ κ, ω 1. 2. Tur. Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt *esse.*—7 Duisb. et Sch. *nam multas.* —8 '*Firmissimas*] Sic Mss. omnes et ed. Omnib. cum Victorino.' *Oud.* Edd. vett. *fortissimas.*—9 B L M W θ ψ, ω 1. 2. Duisb. omnes Mss. Oud. cum Junt. Oliv. Lall. et Schutz. *tum animi:* al. edd. et Mss. *cum animi.* Vox *animi* suspicabatur Ernestio, et Wetzel. eam uncis includit. Dein edd. vett. *tum etiam fac.*—10 ψ, ω 1. 2. Leid. 3. et Voss. duo *duxit:* Leid. 1. *induxit.*—11 Erf. *prod. vero nunq.*—12 Sch. *amissis:* ψ *obmissis.*—13 ω 2. *his.*—14 W *perniciosusque:* Voss. 2. *et pernic.*—15 Schutz. e conj. *non ut.*—16 Edd. quædam vett. *verum propugnare:* B M W θ κ, ω 2. Tur. et vulg. *sed pro his pugnare:* L ψ, ω 1. Erf. Duisb. Sch. Voss. 1. Leid. 3. ed. Manut. et nonnullæ aliæ, cum Schutz. Wetzel. et Orell. *sed pro his propugnare,* probante Oud.—17 ω 1. omittit *atque amicissimus.*—18 W θ, ω 1. *sive studii, sive artis initium:* Sch. Leid. 1. 3. *sive artis initium sive studii:* Tur. Victorin. Junt. Crat. Lamb. Schutz. et Orell. *sive artis, sive studii:* B L M κ ψ, ω 2. et vulg. *sive studii sive artis.*—19 ω 1. 2. Erf. Cauch. Sch. Leid. 3. Voss. 2. *ab nat.*—20 Lamb. et Ern. e conj. dederunt *ab opt.* et sic Wetzel. Aliæ edd. et Mss. non habent præpositionem.

NOTÆ

commune sit cum bonis omnibus præter virtutem; et cum iis præcipue quæ maximas utilitates afferre solent, ut cum robore corporis, cum sanitate, cum divitiis, cum arte imperatoria: quibus si quis recte utatur, plurimum prodesse; sin male, non mediocriter obesse potest. In arte non est vitium, sed in eo qui abutitur. Consule Fabium II. 16.

sive studii, sive artis,[18] sive exercitationis cujusdam, sive facultatis a natura[19] profectæ considerare principium; reperiemus id ex honestissimis causis natum, atque ab optimis[20] rationibus profectum. II. Nam fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum modo[1] [e] vagabantur, et sibi victu fero[2] vitam propagabant; nec ratione animi quicquam,[3] sed pleraque viribus corporis administrabant: nondum divinæ religionis, non humani officii ratio colebatur: nemo nuptias viderat legitimas:[4] non[5] certos quisquam aspexerat[6] liberos: non, jus æquabile quid utilitatis haberet, acceperat. Ita,[7] propter errorem atque inscientiam,[8] cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas, ad se explendam viribus corporis abutebatur, perniciosissimis[9] satellitibus. Quo tempore quidam, magnus videlicet vir[f] et sapiens,[10] cognovit, quæ materia esset,[11] et quanta ad maximas res opportunitas in animis homi-

Cap. II. 1 B L W θ κ ψ, ω 1. 2. Erf. Duisb. Cauch. et omnes Mss. Oud. cum edd. Rob. et Car. Steph. Victor. Hervag. Manut. et nonnullis aliis vett. ac etiam Oliv. Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *more:* M *vel more* supra lin. Tur. Pall. 2. 3. Grev. Lamb. Grut. Lall. et Wetzel. *modo.*—2 Duo Mss. Gryphii *vero:* novem Oxonn. Mss. cum Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *ferino:* Gu. a m. pr. Sch. Cauch. Cass. Tur. et Victorinus, ac etiam Schutz. Wetzel. et Orell. *fero.*—3 θ *quemquam.*—4 Erf. *nupt. leg. vid.* Junt. Crat. Lamb. Schutz. et Orell. *leg. vid. nupt.* Vulg. *nupt. vid. leg.* et sic Oxonn. Mss.—5 L *nec.*—6 Edd. multæ, teste Grævio, *quispiam:* Cauch. *quisque.* Tum septem Oxonn. Mss. Voss. 1. Leid. 1. Tur. Ald. Junt. Crat. Lamb. Oliv. Grut. et Lall. *inspexerat:* Voss. 2. *aspexit:* L κ, Duisb. Erf. Cauch. Jun. et multæ edd. (teste Grævio,) cum Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *aspexerat.*—7 Leid. 3. *Itaque.*—8 '*Atque inscitiam*] In quatuor Mss. libris, eodem consensu, *atque inscientiam*, scriptum invenitur, quomodo Lamb. edidit. Leonic. Ald. Victor. Manut. Lugduni et Lutetiæ impressi '*inscitiam* habent. Ubicunque vero in impressis *inscitia*, in Mss. *inscientia* legitur.' *Brut.* Septem Oxonn. Mss. Voss. 2. et multæ edd. ac etiam Omnib. Junt. Crat. et Oliv. *atque inscitiam:* Voss. 1. *et inscientiam:* ω 1. 2. Pall. 2. 3. Grev. Fabr. Erf. Duisb. Tur. Lamb. Grut. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *atque inscientiam.*—9 Jun. *perniciosis.*—10 Pal.

## NOTÆ

[e] *Bestiarum modo*] Quod Evander apud Virgil. Æn. VIII. sic exponit: 'Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant, Gensque virum truncis et duro robore nata: Quis neque mos neque cultus erat; nec jungere tauros, Aut componere opes norant, aut parcere parto: Sed rami atque asper victu venatus alebat.'

[f] *Magnus videlicet vir*] Hanc Tullii sententiam Quintil. III. 2. minime probat: 'cum sint,' inquit, 'adhuc quædam vagæ et sine urbibus ac sine legibus gentes, et tamen qui sunt in

num,[b] [12] si quis eam posset elicere, et præcipiendo [c] meliorem reddere: qui dispersos homines in agris,[13] et in tectis sylvestribus abditos, ratione quadam compulit unum in locum et congregavit, et eos in unamquamque rem [14] inducens utilem atque honestam, primo propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem [d] studiosius audientes, ex feris et immanibus, mites reddidit et mansuetos. 3. Ac mihi quidem videtur hoc nec tacita,[15] nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, ut homines a consuetudine subito converteret,[16] et ad diversas vitæ rationes [17] traduceret. Age vero, urbibus constitutis, ut fidem colere et justitiam retinere [18] discerent, et aliis parere sua voluntate consuescerent,[19] ac non modo labores excipiendos communis commodi causa, sed etiam vitam amittendam [20] existimarent: qui tandem fieri potuit, nisi homines ea, quæ ratione invenissent, eloquentia persuadere potuissent? [1] Profecto nemo, nisi gravi ac suavi commotus oratione, cum viribus plurimum posset, ad jus voluisset sine vi descendere: [2] ut inter quos posset excellere, cum iis [3] se

[b] *Quæ esset in animis hominum materia, ex qua egregium aliquid fieri posset.*
[c] *Præceptis.*
[d] *Propter sententiarum gravitatem et ornamenta verborum.*

2. *magnus vir sapiens.* Copula quoque in B deest.—11 Schutz. e conj. delevit *esset:* Orell. e Tur. *materies,* sine *esset.* In B L M *materia inesset.*—12 Octo Oxonn. Mss. et tres Mss. Oud. cum Tur. ed. Omnib. Oliv. et Lall. *animis inesset hom.* ω 2. Grut. et Græv.-Burm. *in animis esset hom.* Duisb. Victorin. Lamb. et Orell. *in animis inesset hom.* Schutz. *inesset in animis hom.* Vulg. *in animis esset hom.* Ern. e suspic. delevit *esset,* et eum Wetzel. sequitur.—13 ω 1. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *in agros.*—14 ω 1. *et unum in locum cong.* et ω 2. Voss. 1. unus Ms. Bruti ac duo Mss. Gryphii *unam in quamque rem.*—15 Sch. Leid. 1. *hoc ne tacita vid.* Erf. Cauch. Jun. Græv.-Burm. et Orell. *hoc nec tac. vid.* ed. Omnib. *vid. hoc non tac. neque:* Oxonn. Mss. et vulg. *vid. hoc nec tac.*—16 Ern. suspic. *averteret.*—17 ω 1. 2. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. et ed. Omnib. *div. rationes vitæ.* Leid. 1. a m. pr. et Cauch. carent voce *vitæ.* In edd. vett. teste Grævio, *adversas rationes,* sine *vitæ.*—18 Voss. 1. *just. ret.* omissa copula: Leid. 1. *ut just. ret.* Jun. *et just. tenere.*—19 In L desunt verba *et aliis . . . consuescerent.*—20 ω 1. *admittendam.*—1 Suprascr. in Sch. *hominibus . . . potuisset.*—2 ψ *descendere: sine vi.*—3 Erf. *potuisset exc.* et ω 2. ψ,

## NOTÆ

iis nati, et legationibus fungantur, et accusent aliqua ac defendant, et denique alium alio melius loqui credant.'

pateretur æquari, et sua voluntate [4] a jucundissima consuetudine recederet,[5] quæ præsertim jam [6] naturæ vim obtineret propter vetustatem. Ac [7] primo quidem sic et nata, et progressa longius eloquentia videtur; et item postea [8] maximis in rebus pacis et belli [g] cum summis hominum utilitatibus esse versata. Postquam vero commoditas [9] quædam, prava virtutis imitatrix, sine ratione officii, dicendi copiam consecuta est; tum ingenio freta malitia, pervertere urbes, et vitas hominum labefactare assuevit.[10] III. Atque hujus quoque exordium mali, quoniam principium boni [11] diximus, explicemus.

4. Verisimillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infantes [e] et insipientes homines solitos esse versari, nec vero ad privatas causas [12] magnos ac disertos homines accedere: sed cum a summis viris maximæ res administrarentur, arbitror alios [13] fuisse non incallidos[f] homines, qui ad parvas [14] controversias privatorum accederent: quibus in controversiis cum sæpe a mendacio [15] contra verum homines stare [16] consuescerent,[g] dicendi assiduitas aluit [17] audaciam, ut necessario superiores illi prop-

[e] *Indisertos.* [f] *Non simplices.*
[g] *Cum sæpe solerent adversus veritatem partes mendacii defendere.*

Tur. ac ed. Lamb. *cum his:* B W *cum suis.*—4 ω 1. *vol. sua:* ω 2. *ac sua vol.* —5 Erf. *cons. juc. recedere:* θ *juc. cons. recedere.*—6 Pal. 2. *præsertim cum jam.* Pro *vim,* Lamb. susp. *vicem* legend. Dein ω 2. *propter vet. obt.*—7 Deest *ac* Leid. 1.—8 θ *et item post eam:* Sch. et Duisb. *et iterum postea.* In Sch. quoque *pacis ac belli.*—9 Ern. proposuit *calliditas,* et quam Schutz. recepit. Vulg. *commoditas.* Tum in ψ comma transponitur post *prava.*—10 Cauch. *et civitas hom.* et B cum Voss. 1. *lab. consuerit.*

Cap. III. 11 Jun. *boni princ.*—12 L *ad priv. res.*—13 Voss. 1. non habet *alios.*—14 Sch. et Lamb. *pravas.*—15 Voss. 2. *pro mend.* Præpositio deest in B L M θ κ, Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3.—16 Erf. *stare hom.*—17 Pro *aluit,*

NOTÆ

[g] *In rebus pacis et belli*] Inter Græcos Lycurgus eloquentissimus, cujus tempora ad Olymp. I. nonnulli referunt, id est, an. ante Chr. 776. Lacedæmoniorum remp. optimis legibus fundavit. Epaminondas Thebanus Spartanos victoriis fregit, et cives suos ad principatum evexit, circa Olymp. CII. ante Christ. ann. 334. Quantum autem Romanæ reip. sapientia et consilio profuerint viri in dicendo exercitatissimi L. Brutus, M. Valerius dictator, Appius Claudius, C. Fabricius, et alii, Tullius indicat in Bruto.

ter injurias [18] civium resistere audacibus, et opitulari [19] suis quisque necessariis cogerentur.[20] Itaque cum in dicendo sæpe par, nonnunquam etiam [1] superior visus esset is, qui, omisso [2] studio sapientiæ, nihil sibi præter [3] eloquentiam comparasset, fiebat, ut et multitudinis et suo judicio, dignus, qui rempublicam gereret,[4] videretur. Hinc nimirum non injuria,[h] cum ad gubernacula reipublicæ temerarii atque audaces homines [5] accesserant, maxima ac miserrima naufragia fiebant. Quibus rebus tantum odii atque invidiæ suscepit eloquentia, ut homines ingeniosissimi, quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa et tumultuosa [6] vita se in studium aliquod traderent quietum.[i] Quare mihi videntur postea cetera studia recta atque honesta, per otium concelebrata [k] [7] ab optimis, enituisse: hoc vero a plerisque [8] eorum desertum obsolevisse eo tempore,[l] quo multo vehementius erat retinendum, et studiosius adaugendum. 5. Nam quo indignius [9] rem honestissimam et rectissimam [10] [*p.* 43.] violabat [m] stultorum et improborum temeritas et audacia, summo cum reipublicæ detrimento; eo studiosius et illis resistendum fuit, et reipublicæ consulendum. IV. Quod nostrum illum non fugit [n] Catonem,[h] neque Lælium, neque horum [11] (vere dicam) dis-

[h] *Non immerito.* [i] *Remotum a forensibus causis.* [k] *Sæpius exculta.*
[l] *Hoc autem eloquentiæ studium a plerisque abjectum desiisse esse in usu.*
[m] *Corrumpebat.* [n] *Hoc non ignoravit Cato, neque Lælius, &c.*

in Sch. *incussit*, non improb. Oud.—18 Leid. 1. *pro injuriis.* Tum Grev. *restare aud.* quod placuit Gulielmio.—19 W *opitulare.*—20 W κ, ω 1. Duisb. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 3. *cogeretur.*—1 Tur. *nonnunq. sup.* omisso *etiam:* ed. Omnib. *nonn. vero sup.*—2 ψ *misso.*—3 ψ *potest*, sed in marg. *præter.*—4 Leid. 1. *regeret*, copula *et* ante *multitudinis* etiam omissa.—5 Deest *homines* ed. Omnib. In eadem mox *homines ingeniosi.*—6 Sch. Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. Tur. et Orell. *ac tumultuosa:* Voss. 1. *ac contumeliosa.*—7 θ κ, Voss. 2. Leid. 3. *celebrata.*—8 B *his a plerisque.* Vox *eorum* in M deest. Præterea ψ *obolevisse:* Leid. 1. 3. *obsoluisse.* Vid. var. lectt. ad c. 26. hujus lib. Denique τὸ *eo* ante *tempore* non est in Sch. Erf. et Duisb.—9 ω 1. *in quo dignius.* —10 Sch. *atque rect.* et mox Leid. 3. *atque improb. temp. atque aud.*

CAP. IV. 11 Sch. et duo alii Mss. Oud. *eorum.* Dein Sch. et Duisb. *ut*

NOTÆ

[h] *Catonem*] De Catone, Lælio, Gracchis, et aliis oratoribus tum Græcis tum Latinis, quorum mores et characterem suis coloribus depingit Tullius in Bruto, dicemus in nostris ad eum librum notis.

cipulum Africanum, neque Gracchos[12] Africani nepotes: quibus in hominibus erat[13] summa virtus, et summa virtute amplificata auctoritas, et, quæ his rebus ornamento, et reipublicæ præsidio esset, eloquentia. Quare, meo[14] quidem animo, nihilo minus eloquentiæ studendum est, etsi ea quidam et[15] privatim et publice perverse abutuntur: sed eo quidem vehementius;[16] ne mali magno cum detrimento bonorum, et[17] communi omnium pernicie, plurimum possint: cum præsertim hoc unum sit,[18] quod ad omnes res et privatas et publicas maxime pertineat; hoc tuta,[19] hoc honesta, hoc illustris, hoc eodem vita jucunda[20] fiat. Nam hinc ad rempublicam plurima[1] commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum præsto est sapientia:[2] hinc ad ipsos, qui[3] eam adepti sunt, laus, honos,[4] dignitas confluit: hinc amicis quoque eorum[5] certissimum ac tutissimum[6] præsidium comparatur. Ac mihi quidem videntur homines,[7] cum multis rebus humiliores[8] et infirmiores sint, hac re maxime bestiis[9] præstare, quod loqui possunt.[10] Quare præclarum mihi quiddam[11] videtur adeptus is, qui, qua re[12] homines bestiis præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat.[13] Hoc si forte non natura modo, neque exercitatione conficitur,

*ita dicam:* θ *ut vere,* omisso *dicam.* Ern. delevit *ut,* quod non erat in Pal. 2. et eam omittunt Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. *ut vere dicam.* Præterea *discipulum* in W deest.—12 Erf. *Graccos.*—13 θ *in omnibus erat.*—14 ω 1. *in eo.*—15 Copula ante *privatim* non est in B, Sch. et Leid. 1. Tum vox *perverse* non agnoscitur a Sch. Voss. 2. Leid. 3. a m. pr. Erf. Cauch. Duisb. nec a nonnullis a J. Gronovio inspectis. Schutz. eam delevit, Ern. prob. Wetzel. uncis inclusit. Porro ψ *abutantur.*—16 M W θ κ ψ et Tur. *sed eo veh.* omisso *quidem:* Wetzel. e conj. Ern. *et eo quidem veh.*—17 θ non habet *et.*—18 ω 2. et Erf. *sit unum.*—19 Leid. 1. *et hoc tuta.*—20 ψ et Erf. *jocunda.* —1 Ed. vet. teste Grævio, *maxima.*—2 ω 2. *moderatrix omnium præsto est sap.* M *mod. omnium virtutum rerum;* et B *pr. est sap. rerum:* L *pr. est i. e. rerum: hinc, &c.* '*Mod. omn. rerum pr. est sap.*] Erf. Duisb. *mod. omn. pr. est sap. rerum.*' Græv. 'Sch. Leid. 1. *mod. omn. pr. est sap. rerum:* ed. Omnib. *mod. omn. pr. sap. rerum.* Abest *rerum* a Voss. 2. Mei si res arbitrii foret, delerem τὰ *omnium rerum.*' Oud. Vulg. *mod. omn. rerum pr. est sap.*—3 M *ad eos, qui.*—4 Erf. Victorin. Sch. Leid. 1. ed. Omnib. Junt. et Schutz. *honor.*—5 *Quoque* abest ab κ, et *eorum* ab M et Lamb. ed. In W *eorum* supra lineam scribitur.—6 Sch. Leid. 3. *et tut.* Voss. 1. *atque tut.*—7 ω 2. *hom. vid.*—8 ω 1. *hum. sint.*—9 Pro *bestiis,* in M *feris* legitur. Cass. et Leid. 1. *belluis,* prob. Ern.—10 Erf. et ed. Omnib. *eloqui possunt:* κ ψ et Voss. 1. *loqui possint.* —11 ω 2. *quiddam mihi.*—12 κ *qua in re:* Voss. 1. Leid. 3. a m. sec. *in qua re.* Tum Schutz. e Leid. 1. *præstant,* prob. Oud.—13 Græv.-Burm. e Ms. Erf.

verum etiam[14] artificio quodam comparatur; non alienum est videre, quid dicant ii qui quædam ejus rei præcepta[15] nobis reliquerunt. Sed antequam de præceptis oratoriis[16] dicamus, videtur dicendum de genere ipsius artis, de officio, de fine, de materia, de partibus: nam his rebus cognitis, facilius et expeditius uniuscujusque animus[17] ipsam rationem ac viam artis considerare poterit.[18]

V. 6. Civilis[i] quædam ratio[o] est, quæ multis et magnis ex[19] rebus constat. Ejus quædam magna et ampla pars[20] est artificiosa eloquentia,[k] quam rhetoricam vocant: nam neque cum iis sentimus,[1] qui civilem scientiam eloquentia non putant indigere;[2] et ab iis, qui eam putant omnem rhetoris vi et artificio[3] contineri, magnopere dissentimus: quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus,[4] ut eam civilis scientiæ partem esse dicamus. Officium autem ejus facultatis[5] videtur esse, dicere apposite[l] ad

[o] *Scientia politica.*

*ipse;* et M *præcellat.*—14 Deest *etiam* Voss. 2.—15 ψ et ω 2. *quæ dicant hi.* ‘*Quæ dicant ii, qui quæd. ejus rei pr.*] Erf. *quæ dic. hi, qui quæd. hujus rei pr.* Al. edd. *quæ dicunt ii, qui quæd. ejus artis pr.*’ Græv. ‘Leid. 1. ed. Omnib. *quid dicant ii:* ed. Omnib. *ejus artis pr.* contra Mstos omnes.’ *Oud.* Vulg. *quæ dicant ii, qui quæd. ejus rei pr.* Pro vulg. *quæ,* ex edd. pr. *quid* dedit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—16 ψ *de præc. oratoris.* ‘*Sed anteq. de præc. oratoriis dicamus*] *Anteq. dicimus* duo Mss. vetustissimi habent.’ *Brut.*—17 Erf. *an. un. cuj.*—18 Voss. 1. *et ipsam rat. . . . . cons. valebit.*

Cap. v. 19 Abest præpositio ab Voss. 1.—20 ω 1. *et magna et ampla pars.* Pro *pars,* θ habet *res.*—1 ω 2. B W ψ, Tur. Erf. Duisb. omnes Mss. Oud. cum Omnib. Lamb. et Schutz. *cum his sent.* κ *cum iis consentimus:* alii Mss. et edd. *cum iis sent.*—2 Erf. *non ind. put.* Tum Sch. *et ab eis:* ω 2. et Erf. *et ab his:* Leid. 1. *sed et ab his.*—3 ω 1. *rhet. in artif.* ψ *rhet. vim et artif.*—4 Sch.

## NOTÆ

[i] *Civilis*] Politicæ sive civili scientiæ multum prodest eloquentia, ut probat Plato in Polit. Est autem politice scientia reipublicæ bene gerendæ: tres habet partes, monarchiam, aristocratiam, et democratiam; de quibus philosophi disputant.

[k] *Artificiosa eloquentia*] Scite Quintil. III. 2. ‘Initium dicendi dedit natura; initium artis, observatio. Homines enim, sicut in medicina, cum viderent alia salubria, alia insalubria, ex observatione eorum effecerunt artem; ita, cum in dicendo alia utilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum vitandumque, et quædam secundum rationem eorum adjecerunt ipsi quoque: hæc confirmata sunt usu: tum quæ sciebat quisque, docuit.’

[l] *Dicere apposite, &c.*] Oratoris offi-

persuasionem;[6] finis, persuadere dictione: inter officium autem[7] et finem hoc interest; quod in officio,[8] quid fieri; in fine, quid officio[9] conveniat, consideratur. Ut medici[10] officium dicimus esse, curare ad sanandum[11] apposite; finem, sanare curatione: item oratoris quid officium, et quid finem esse dicamus, intelligemus,[12] cum id, quod facere debet, officium esse dicemus;[13] illud, cujus causa facere debet, finem appellabimus.[14]

7. Materiam artis eam dicimus, in qua omnis ars, et ea facultas,[15] quæ conficitur ex arte, versatur. Ut si medicinæ materiam dicamus[16] morbos ac vulnera,[17] quod in his omnis medicina versetur:[18] item, quibus in rebus versatur ars, et facultas oratoria, eas res[19] materiam artis rhetoricæ nominamus. Has autem res, alii plures, alii pauciores existimaverunt.[20] Nam Gorgias Leontinus, antiquissimus fere rhetor,[1] omnibus de rebus oratorem optime posse dicere existimavit. Hic infinitam et immensam huic artificio materiam subjicere[2] videtur. Aristoteles[m] autem, qui huic

*ponimus.*—5 ψ *hujus fac.*—6 B κ et Voss. 2. *persuadendum.*—7 B M κ, Tur. Erf. Voss. 1. 2. ed. Omnib. carent *autem.*—8 Duisb. Sch. Leid. 3. *quia in off.* Dein Mss. ap. Ursinum *quid fini,* quod non displicuit Gulielmio.—9 W θ *quid ex off.*—10 Duisb. et Sch. *Uti medici:* Leid. 3. a m. pr. *Ut medicinæ.*—11 Voss. 1. *curare vulnera ad san.*—12 W θ ψ, Voss. 1. Leid. 1. a m. pr. Leid. 3. cum ed. Omnib. Junt. et Lamb. *intelligimus.* Vulg. *intelligemus.*—13 B L W, Erf. Sch. Leid. 1. a m. pr. Leid. 3. et ed. Omnib. ac quædam aliæ vett. edd. *dicimus.* W θ κ et Voss. 1. *dicamus.* Vulg. *dicemus.*—14 B L W θ ψ, Erf. Sch. Leid. 1. 3. et quædam vett. edd. *appellamus.* Vulg. *appellabimus.*—15 Voss. 2. *omn. ars et omnis fac.*—16 κ *mat. esse dic.*—17 Leid. 3. *morb. at vuln.*—18 θ, Sch. *omnibus med.* et B M W, Voss. 2. Leid. 1. 3. *versatur.*—19 Grut. omisit *res.*—20 Leid. 3. *esse existimaverunt:* al. *existimarunt.*—1 ω 1.

## NOTÆ

cium, ut observat in hunc locum Victorinus, non est tantum dicere, dicunt enim et poëtæ et philosophi; nec persuadere, nam persuadetur testibus, tormentis, aliisque rebus; sed persuadere dictione.

[m] *Aristoteles*] Hic et alibi sæpius a Tullio summa cum laude appellandus, cum plurimos de omnibus philosophiæ partibus libros edidit, tum de arte rhetorica tres, quibus nihil præstantius dici aut excogitari potest. Philosophorum ac rhetorum haud dubie princeps, Stagiræ in Macedonia natus, post datam magistro Platoni operam Alexandro Magno doctor accitus est. Post mortem Alexandri conjiciunt historici eum, ne in potestatem Antipatri tyranni veniret, manus sibi violentas attulisse. Fabulæ ferunt, cum Euripi æstum non posset comprehendere, in mare se præcipitem egisse. Ejus mors incidit in annum ante Chr. 322.

arti plurima adjumenta[3] atque ornamenta subministravit, tribus in generibus rerum[4] versari rhetoris officium putavit; demonstrativo, deliberativo, judiciali. Demonstrativum est, quod tribuitur in alicujus certæ personæ laudem aut vituperationem: deliberativum,[5] quod positum in disceptatione et consultatione civili,[6] habet in se sententiæ dictionem:[p] judiciale,[7] quod positum in judicio, habet in se accusationem et defensionem, aut petitionem et recusationem.[8] Et, quemadmodum nostra quidem[9] fert opinio, oratoris ars et facultas in hac materia tripertita versari existimanda est. VI. 8. Nam Hermagoras[10][n] quidem, nec quid dicat, attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur;[11] qui oratoris materiam in causam et in quæstionem dividat.[12] Causam esse dicit[13] rem, quæ habeat[14] in se controversiam in dicendo positam cum personarum certarum

[p] *In eo consistit, ut qui deliberant, exponant suam sententiam.*

*rhetorum:* B *rethor* semper.—2 B *subdicere.*—3 κ et Voss. 1. *plur. adminicula.* —4 Lamb. conjecit *causarum* legend.—5 '*Del. est*] In Cauch. non habetur *est.*' Græv. '*Del., quod*] Sic Sch. Leid. 1. Voss. 2. cum aliis et ed. Omnib. Vulgo additur *est.*' Oud. *Est* quoque non legitur in B L θ et Tur. '*Del. est* . . .*judiciale est*] Utrumque *est* delent Mss. Cass. Gu. bene sane et eleganter. Cui quia consentiunt edd. pr. delevi.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—6 W θ *in disc. duorum vel plurium vel cons. civ.* L M κ et quædam edd. *in disc. vel cons. civ.* Erf. Duisb. Cauch. Sch. et Ms. Gryphii *in disc. civ.* prob. Oud. improb. Ern. et Schutz. Duo Mss. Gryph. *in cons. civ.* Voss. 1. 2. *in disc. civ. vel cons.* ed. Omnib. *in disc. alicujus et cons. civ.*—7 Vulg. *jud. est.* Verbum *est* omittunt B L W θ, Sch. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. cum Schutz. Wetzel. et Orell. Vid. paulo ante.—8 θ, Voss. 1. Leid. 1. 3. *aut recus.* κ *et negationem.*—9 Leid. 1. non habet vocem *quidem.*

CAP. VI. 10 *Hermagora* Quintil. I. 5. § 61. Vid. Spalding. ac etiam Not. Delph. infra.—11 ω 2. *videntur.*—12 ω 2. Erf. Duisb. Sch. Leid. 1. ed. Omnib. *et quæst.* ω 1. ψ, Voss. 1. Leid. 1. 3. et unus Ms. Grævii cum ed. Omnib. *dividit.* Voces *et in quæst. . . . Causam* in B desunt.—13 Erf. Duisb. Cauch. Sch. Voss. 1. ed. Omnib. ac Græv.-Burm. *dicat*, et sic B a m. sec. Vulg.

NOTÆ

[n] *Hermagoras*] Floruit post Aristotelis et Theophrasti tempora, ut ex Quintil. III. 1. colligi potest; 'fecitque,' ut idem tradit, 'velut propriam' in oratoriis institutionibus 'viam, quam plurimi secuti sunt.' Hic ipse est quem corrupto, ut opinor, nomine, Hermetem sæpius vocat Cornificius, quemadmodum observatum est in notis ad Herenn. l. I. § 18. Oratoris materiam Hermagoras dividebat in thesim, id est, argumentum nullis locorum, temporum, ac personarum circumstantiis definitum; et in hypothesim, quæ causa erat cum certarum personarum interpositione.

interpositione; quam nos quoque oratori dicimus esse attributam: nam tres ei partes,[15] quas ante diximus,[16] supponimus; judicialem, deliberativam, demonstrativam. Quæstionem autem eam appellat, quæ habeat[17] in se controversiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum: Ecquid sit bonum[18] præter honestatem?[o] verine sint sensus?[19] [p] quæ sit mundi forma?[q] quæ solis[20] magnitudo?[r] Quas quæstiones[1] procul ab

*dicit.*—14 B W et ed. Omnib. *habet.*—15 Erf. Duisb. Canch. Sch. et Græv.-Burm. *nam tres eas partes:* ω 1. 2. Leid. 3. et vet. ed. *nam ei tres eas partes:* Voss. 1. *nam tres ei causæ partes:* L *nam ei causæ tres partes:* ed. Omnib. Oliv. et Lall. *nam ei tres partes:* Voss. 1. reperit *ei* ante *supponimus.* In B *ei* deest, sed additur supra lineam a m. sec. Vulg. *nam tres ei partes.*—16 L *quas dix.* omisso *ante.* Dein Erf. *suponimus.*—17 B L W ψ, Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. *habet.*—18 M ω 1. Voss. 1. 2. Leid. 3. et Hervag. *Ut quid sit bon.* ψ, Erf. Leid. 1. et nonnullæ edd. *Quid sit bon.* Vulg. *Ecquid sit bon.* Addunt *in vita* κ ψ, ω 1. Voss. 1. Leid. 1. 3. et pauci alii Mss. cum ed. Omnib. Hervag. Victorin. Junt. Lamb. et al. Vulg. desunt.—19 '*Sint sensus*] Prave *hominis* adnectit ed. Omnib.' *Oud.*—20 B L M W θ κ ψ ω 2. Tur. quidam Mss. ap. Græv. et omnes Mss. Oud. cum Omnib. Victorin. Junt. Oliv. et Lall. *quæ sit solis:* ω 1. Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt *sit.*

## NOTÆ

[o] *Præter honestatem*] Mira fuit de summo bono inter philosophos sententiarum varietas; illud honestate Stoici, Epicurei voluptate metiebantur, alii aliis in rebus constituebant. Disputant præterea an sit bonum, utile, an jucundum.

[p] *Verine sint sensus*] Sceptici sive Pyrrhonii philosophi, cum dicerent sensus esse fallaces, assensum in omnibus sustinebant. Quantumlibet pro eorum opinione tuenda contendat Sextus Empiricus, aurium, oculorum, ceterorumque sensuum, modo sani sint et integri, et res objectæ recte sint dispositæ, verum esse judicium tam constat, quam certo dolorem ab igne percipit, quisquis comburitur. Anaxagoras tamen, ut refert Tullius Acad. Quæst. IV. 'non modo albam nivem esse negabat, sed sibi, quia sciret aquam nigram esse, unde illa concreta esset, albam ipsam ne videri quidem... Habitari ait Xenophanes in luna, eamque esse terram multarum urbium et montium... Nicetas Syracusius, ut ait Theophrastus, cœlum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia stare censet; neque præter terram rem ullam in mundo moveri.' Quid facias istis hominibus? 'Nescio,' inquit Cic. de Div. l. III. § 119. 'quomodo nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum.'

[q] *Quæ sit mundi forma*] Globosa est terra, ut liquet ex ejus umbra, quæ cum in lunæ deficientis corpus incurrit, videtur rotunda. Fuere tamen qui plana facie, qui quadrata, qui in modum cameræ formatam affirmarent.

[r] *Quæ solis magnitudo*] Multis partibus solem universa terra majorem atque ampliorem esse, ex eo demonstrant mathematici, quod umbra terræ in conum attenuata lunam in apogeo deficientem non omnino obscu-

oratoris officio remotas,[2] facile omnes intelligere existimamus. Nam, quibus in rebus summa ingenia philosophorum plurimo[3] cum labore consumta intelligimus,[4] eas, sicut aliquas[5] parvas res,[s] oratori attribuere, magna amentia videtur. Quodsi magnam in his Hermagoras habuisset facultatem,[q] studio et disciplina comparatam, videretur fretus sua scientia, falsum quiddam constituisse de oratoris officio,[6] et non quid ars, sed quid ipse posset, exposuisse. Nunc vero ea vis est[7] in homine, ut ei multo rhetoricam citius quis ademerit,[8] quam philosophiam concesserit.[r] Neque eo dico,[9] quod ejus ars, quam edidit, mihi mendosissime[10] scripta videatur: [*p.* 44.] nam satis in ea videtur[11] ex antiquis artibus ingeniose et diligenter electas res collocasse,[12] et nonnihil ipse quoque novi protulisse: verum oratori minimum est de arte loqui, quod hic fecit; multo maximum[13] ex arte dicere; quod eum minime potuisse, omnes videmus. VII. 9. Quare materia quidem[14] nobis

[q] *Dicendi peritiam.*
[r] *Tale est ingenium et studium Hermagoræ, ut qui noverit, potius dicat eum non esse rhetorem, quam philosophum affirmet.*

—1 *Quæstiones* in θ deest.—2 Lamb. *esse rem.* Sch. *rem. esse.*—3 θ *plurimorum.*—4 B *intellegimus.*—5 M et Tur. omittunt *aliquas.*—6 κ ψ, ω 1. Tur. Erf. Cauch. et Leid. 3. *de or. artificio:* Voss. 2. *de or. officio vel artificio.*—7 M *vis in hom.* Leid. 3. *vis non est in hom.*—8 θ *quid ademit.*—9 *Dies* abest ab B L W θ κ ψ, ω 1. Tur. Erf. Cass. Guelf. 1. 2. omnibus Mss. Oud. ac aliis, cum quibusdam edd. vett. Schutz. e conj. et Weizel. *Neque id eo dico.* Tum Ms. Cass. et Tur. *quo ejus ars.*—10 Abest *mihi* a Leid. 1. et in ω 1. *mendacissime* legitur.—11 *Nam satis in ea vid.* non sunt in κ. Dein cod. Fabr. *antiquissimis artibus:* fortasse, ait Gulielmius, *antiquissimis artificibus.*—12 Victorin. et al. *collegisse:* Sch. et ed. Omnib. *collegisse et collocasse.* Vulg. *collocasse.* —13 Tur. *max. est.* Voss. 2. caret *ex arte.*
CAP. VII. 14 Erf. *Est quare materia equidem:* ψ et Tur. *Quare materies qui-*

NOTÆ

ret: si sole major esset terra, hujus umbra magis ac magis dilatata, in immensum circumfunderetur. Nihilominus Epicurus veritatis et alieni de se judicii securus, teste Tullio de Fin. l. I. § 20. solem existimavit fortasse bipedalem: tantum enim esse censuit, quantus videtur, vel paulo aut majorem aut minorem.

[s] *Sicut aliquas parvas res*] Sensus est: Cum tantum sit oratoris munus, ut suas ipse partes vix implere possit de rebus in medio positis, et ad usum forensem accommodatis disserendo; quam absurdum illud est quasi tenui ac facili argumento eum tractandis quæstionibus astringere, in quibus ingeniosissimi philosophi desudarunt?

rhetoricæ videtur ea,[15] quam Aristoteli visam esse diximus; partes autem hæ,[16] quas plerique dixerunt, inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Inventio est excogitatio rerum verarum,[17] aut verisimilium, quæ causam probabilem reddant:[18] dispositio est rerum inventarum in ordinem[19] distributio: elocutio est idoneorum verborum[20] et sententiarum ad inventionem[1] accommodatio: memoria est firma animi rerum[1] ac verborum ad inventionem[2] perceptio: pronuntiatio est,[3] ex rerum et[4] verborum dignitate, vocis et corporis moderatio.[*][5] Nunc his rebus breviter constitutis, eas rationes, quibus ostendere possimus genus, et officium, et finem[6] hujus artis, aliud in tempus differemus: nam et multorum verborum indigent, et non tantopere ad artis descriptionem et præcepta tradenda pertinent. Eum autem, qui artem rhetoricam scribat,[7] de duabus reliquis rebus, de materia artis, ac partibus scribere oportere existimamus.[8] Ac mihi quidem videtur conjuncte[9] agendum de materia ac partibus. Quare inventio,

[*] *Actio est idonea vocis et corporis conformatio, qualem exigunt verba et sententiæ quæ proferuntur.*

*dem.*—15 Voss. 2. *rhet. artis, omisso vid. ea:* ed. Omnib. et Victorin. *rhet. artis vid.* sine *ea:* ω 1. *vid. artis rhet.* κ, Erf. Duisb. Sch. Leid. 3. et nonnulli alii, ac Junt. *rhet. vid. artis*, prob. Oud. B *rhet. vid. artis ea.* Vulg. *rhet. vid. ea.*—16 Erf. Duisb. et Tur. *eæ.* Verbum substantivum *sunt* delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur; abest ab Erf. Duisb. omnibus Mss. Oud. et aliis. Vulgo *hæ sunt;* et sic Oxonn. Mss.—17 ω 1. *cogitatio verarum rerum.*—18 Tur. et Leid. 1. *reddunt.*—19 Sch. Duisb. et edd. pr. usque ad Ald. *per ord.* prob. Oud. κ *in ordine.*—20 ω 1. *verborum singulorum.* Tum copula in θ deest.—1 ω 1. *rerum firma animi.*—2 '*Ad invent.*] Vel delendum *ad invent.* vel addendum *idoneorum.*' Lamb. 'Aut omnino tollendum videtur *ad invent.* aut, quod magis placet, legend. *ad elocutionem.*' Verburg. Lall. *ad elocutionem:* omnes aliæ edd. et Mss. *ad inventionem;* quæ verba Wetzel. et Orell. uncis includunt.—3 Erf. omittit *est.*—4 Sch. Leid. 1. *ac.* —5 Tosanus *modulatis*, improbb. Grut. et Græv.—6 κ et Voss. 1. *off. et fin.* omissa copula ante *off.* ω 1. Erf. Sch. Leid. 1. et alii cum ed. Omnib. *et fin. et off.* Mox Voss. 1. *differimus:* Victorin. *deferemus*, improb. Oud.—7 W *scribit.* Tum præpositio ante *materia* abest ab B, Leid. 3. Sch. et Mss. ap. Gronov. et *rebus* ab Scb. Duisb. et duobus aliis Mss. ap. Grævium. Porro W caret *artis.* Denique M, Leid. 3. et Voss. 1. *ac de part.*—8 Voss. 1. ed. Omnib. *existimavimus.*—9 Al. *conjunctim*, et paulo post Voss. 2. *ac de part.*—

NOTÆ

[1] *Et sententiarum ad inventionem* [*ad sent. inv.*] Ita corrigit Lusinus. Vulgata lectio, *et sent. ad inv.*

quæ princeps est[10] omnium partium,[t] potissimum in omni causarum genere, qualis debeat esse, consideretur.

VIII. 10. Omnis res, quæ habet in se, positam in dictione[u] aut disceptatione,[u] [11] aliquam controversiam, aut facti,[x] aut nominis, aut generis, aut actionis continet quæstionem.[12] Eam igitur quæstionem, ex qua causa nascitur, constitutionem appellamus. Constitutio est prima conflictio causarum ex depulsione intentionis[y] profecta,[13] hoc modo: Fecisti: Non feci, aut Jure feci. Cum facti controversia est, quoniam conjecturis causa firmatur, constitutio conjecturalis appellatur. Cum autem nominis, quia[14] vis vocabuli definienda[15] verbis est, constitutio definitiva[15] nominatur. Cum vero, qualis sit res,[16] quæritur, quia et de vi et de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur.[17] At cum causa ex eo pendet,[18] quod non aut[19] is agere videtur, quem oportet, aut non cum eo, quicum oportet,[20] aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet, trans-

[t] *Primum locum tenet.*
[u] *In genere exornativo aut deliberativo et judiciali.*

10 Leid. 1. omittit *est.*

CAP. VIII. 11 M *dict. atque in disc.* Leid. 1. *dict. aut in disc.* W θ κ ω 1. 2. Erf. Cauch. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. cum Victorin. Schutz. Wetzel. et Orell. *dict. ac disc.* Duisb. *dict. et disc.* Vulg. *dict. aut disc.*—12 Post *quæstionem*, addit Sch. *facti, ut conjectura nominis, ut finis: generis, ut qualitas: actionis, ut præscriptio.*—13 ψ *progressa.*—14 Erf. *quoniam.*—15 Omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. semper *diff.*—16 Tur. Erf. Lamb. et Orell. *res sit.*—17 ψ *dicitur.*—18 M et Leid. 1. *aut cum:* ed. Omnib. *ac cum:* Erf. *ex eo causa;* et ed. Omnib. *pendens.*—19 Schutz. e Mss. ap. Oud. *aut non.* θ omittit *aut.*—20 M et Sch. *cum quo;* et ω 1. *oporteat.* Voss. 2. *quicum oportet hoc modo.*—

NOTÆ

[u] *In dictione*] Interpretationem nostram expressimus ex Victorino. In genus exornativum cadere potest triplex status, an quis recte fecerit, &c. De aliis generibus nullum dubium.

[x] *Aut facti, &c.*] Quadruplicem hic statum causarum facit Tullius, cum non nisi triplicem ex Hermetis sententia afferat auctor ad Herenn. l. I. § 18.

[y] *Ex depulsione intentionis*] Intentio est; Tu, Ulysse, occidisti Ajacem: depulsio; Non occidi. Item intentio est; Tu, Milo, Clodium occidisti: depulsio; Occidi, sed jure. Porro doctrinæ de statibus, si quid hic sit obscurum, lucem afferent nostræ notæ in l. I. ad Herenn. § 18. &c.

lativa dicitur constitutio; quia actio,[1] translationis et commutationis indigere videtur. Atque harum aliquam in omne causæ genus incidere [2] necesse est: nam in quam rem [3] non inciderit, in ea nihil esse poterit controversiæ: quare eam ne [4] causam quidem convenit putari.

11. Ac facti quidem controversia, in omnia tempora potest distribui: nam quid [5] factum sit, potest quæri, hoc modo: Occideritne Ajacem Ulysses.[6] Et quid fiat, hoc modo: Bonone animo sint erga populum Romanum [7] Fregellani. Et quid futurum sit, hoc modo: Si Carthaginem reliquerimus [8] incolumem, num quid sit incommodi [9] ad rempublicam perventurum. Nominis controversia est,[10] cum de facto convenit, et quæritur, id quod factum est,[11] quo nomine appelletur. Quo in genere necesse est [ideo nominis] [12] esse controversiam, (non quod de re ipsa non conveniat,[13]) non quod [14] de facto non constet, sed quod id, quod factum sit, aliud alii videatur esse, et idcirco alius alio nomine id appellet. Quare in hujusmodi [15] generibus definienda res erit verbis, et breviter describenda: ut, si quis sacrum ex privato [16] surripuerit, utrum fur an sacrilegus sit judicandus: nam id cum quæritur, necesse erit definire [17] utrumque, quid sit fur, quid sacrilegus,[18] et sua

---

1 κ et Voss. 1. *quoniam actio:* Tur. Duisb. Sch. Leid. 3. *quod actio.* Erf. Schutz. Wetzel. et Orell. *quia transl. et comm. actio.* Vulg. ut Ern.—2 B L M W θ κ ω 1. 2. et Oliv. *incedere.*—3 Edd. pr. *in qua re:* Cass. Guelf. 1. 2. Erf. Duisb. Cauch. et Mss. ap. Oud. ac Mss. Oxonn. cum Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *in quam rem:* aliæ edd. et Mss. omittunt *rem.*—4 ω 2. Leid. 1. 2. 3. Voss. 1. 2. et edd. vett. *nec.*—5 Orell. *ecquid* ter dedit cum Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell.—6 Quidam *Ulyxes:* al. *Ulixes.*—7 ω 2. Erf. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. *erga rempublicam.* Tum B κ, Sch. Leid. 3. *Fragelliani:* ψ, Voss. 1. Leid. 1. *Fregelliani:* Voss. 2. *Flagelliani:* ed. Omnib. *Fragellani.*—8 Leid. 3. *delinquimus.*—9 *Incommodi* ψ deest. Sch. *incommodum.*—10 Tur. Lamb. et Orell. *est contr.*—11 In κ *est* omittitur. Dein B *appellatur:* ω 2. *appellari oporteat.*—12 Hæc verba delevit Schutz.—13 Pal. 2. *quod de re quod ipsa non conv.* sine priore *non:* Cauch. *non quod de re qd ipsa non conv.* Erf. *quod de re quoque ipsa non conv.* Prius *non* abest ab B L M W, ω 1. 2. Leid. 1. Voss. 1. 2. Pal. 3. ed. Omnib. et id Orell. delevit. In Voss. 2. *quo:* ed. Omnib. *quod et de re:* ω 1. *quod de re nomen:* ω 2. *quod de re ipsa.* Leid. 1. caret *ipsa.* Verba *non quod de re ipsa non conv.* desunt in W, Duisb. Fabr. et ea Schutz. delevit.—14 Suprascr. in Sch. *nec quod.*—15 B M W κ, Erf. et omnes Mss. Oud. *ejusmodi.*—16 Leid. 1. *sacra,* et Voss. 1. *de priv.*—17 ψ *diffinire.*—18 Leid. 1. *quod sit fur, quod sacril.* Voss. 2. *quid sit fur, et quid sacril.*

descriptione ostendere, alio nomine illam rem, de qua agitur, appellari [19] oportere, atque adversarii dicant.[20]

IX. 12. Generis est controversia, cum et quid [1] factum sit, convenit, et quo id factum nomine appellari oporteat, constat: et tamen, quantum, et cujusmodi,[2] et omnino quale sit, quæritur; hoc modo: [3] Justum, an injustum; utile, an inutile; et omnia,[4] in quibus, quale sit id quod factum est, quæritur, sine ulla nominis controversia. Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit; deliberativam, demonstrativam, juridicialem, negotialem: quod ejus, ut nos putamus, non mediocre peccatum, reprehendendum videtur, verum brevi; ne aut, si [5] taciti præterierimus, sine causa non secuti eum [6] putemur; aut, si diutius in hoc constiterimus, moram atque impedimentum [7] reliquis præceptis intulisse videamur. Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicujus generis causæ putari. Eadem enim res [z] alii genus esse, alii pars potest: eidem genus esse et pars non potest. Deliberatio autem et demonstratio genera sunt causarum: nam aut nullum causæ genus est, aut judiciale solum, aut et judiciale, et demonstrativum, et delibera-

—19 Erf. *appellare.*—20 Voss. 2. *atque alii dicunt.* Mss. et edd. ante Ern. cum Orell. *dicunt.*

Cap. IX. 1 W *cum et quod:* Lamb. e conj. cum Schutz. et Orell. *cum ecquid.*—2 Erf. *et tunc quantum, et cujusm.* Sch. *et tamen, quant., cujusm.*—3 ω 1. *quæritur id quod factum sit hoc modo.*—4 Schutz. *omnino,* 'nescio quo errore,' ait Orell. M habet *vel omnino* supra lineam.—5 Grut. et Græv.-Burm. *ne, si aut:* ed. Omnib. *ne et si aut:* vulg. *ne aut si.* Tum Erf. *tacito præt.* ω 2. *taciti præterimus:* Voss. 1. ed. Omnib. *taciti præteriemus.* 'In Guelf. 1. deest *taciti* a m. pr. sed supra ascriptum est alia manu; nec eo opus est.' *Ern.*—6 Græv.-Burm. *eum non secuti:* antiqua ed. *eum consecuti.* In Duisb.

NOTÆ

[z] *Eadem enim res, &c.*] Opinionem Hermagoræ variis refutat argumentis. Primum est quod res eadem eidem genus esse et pars non possit. Totum hoc patebit exemplo. Virtus genus est respectu justitiæ ac prudentiæ, eademque pars est respectu habituum, quorum alii sunt virtutes, alii vitia: at virtus, quæ justitiæ ac prudentiæ genus est, justitiæ ac prudentiæ tanquam pars subjici non potest. Sic, cum triplex sit causarum genus, deliberativum, demonstrativum, et juridiciale; certe cujuspiam causæ, ut juridicialis, pars esse nequit deliberatio et demonstratio.

tivum. Nullum dicere causæ esse genus,[8] cum causas esse multas dicat, et in eas[9] præcepta det, amentia est: unum autem judiciale[10] solum esse qui potest, cum deliberatio et demonstratio, neque ipsæ similes inter se sint, et ab judiciali genere plurimum dissideant,[11] et suum quæque[12] finem habeat, quo referri debeat? relinquitur ergo, ut omnia[13] tria genera sint causarum. Deliberatio igitur,[14] et demonstratio non possunt recte partes alicujus generis causæ putari. Male igitur eas generalis constitutionis partes esse dixit.

X. 13. Quodsi generis[a] causæ partes non possunt recte putari, multo minus recte partis causæ partes putabuntur. [*p.* 45.] Pars autem causæ, constitutio est omnis:[15] non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam accommodatur. Sed[16] demonstratio et deliberatio, generis causæ partes non possunt[17] recte putari, quod[18] ipsa sunt genera: multo igitur minus recte partis[19] ejus, quod[20] hic dicit, partes putabuntur. Deinde si constitutio[b] et ipsa, et

Sch. et Tur. *eum* deest.—7 Leid. 3. *aut imped.*—8 Erf. *null. autem dicere;* et L *causæ genus,* omisso *esse.*—9 Voss. 1. *et dicat, et in eas:* ed. Omnib. *dicat, et in eis.* Dein liber Suffridi *summa amentia est.*—10 Erf. *unum: judiciale,* omisso *autem:* Tur. *unum judiciale autem.*—11 θ *dissident.*—12 ω 2. *quoque.* Tum Oud. e Mss. Gron. et Sch. ac Leid. 3. rescripsit *habeant, quo ref. debeant.* In W *res ferri debeat:* θ *res ferri debeant.*—13 Lamb. e conj. et Schutz. *omnino,* prob. Græv.—14 M *ergo:* ω 1. *autem:* in θ deest.

Cap. x. 15 Erf. Tur. Victorin. et ed. Omnib. cum Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *const. est omnis:* Leid. 1. *est constitutionis:* ω 1. *est constitutio omnis non enim.*—16 Erf. Sch. et Tur. *Et dem.* Lamb. et Schutz. *At dem.*—17 Ed. Omnib. *generis causam non poss.*—18 Lamb. *quia.*—19 Erf. *partes.*—20 B *quæ:* θ, Tur. ed. Omnib. et Lamb. *quam.* Tum B *dicitur partes:* ω 2. *partes dicit:*

NOTÆ

[a] *Quodsi generis, &c.*] Idem altero conficit argumento: Si deliberatio et demonstratio, propterea quod sint genera causarum, non possunt recte dici partes alicujus generis causæ, multo minus partes dici possunt partis causæ: constitutio autem, cujus partes deliberatio et demonstratio dicuntur ab Hermagora, est pars causæ juridicialis. Quemadmodum, ut hæreamus in exemplo superiore, si virtus genus justitiæ non potest esse pars propria justitiæ, haud dubie pars justitiæ, puta pietas in parentes, tanquam partem sibi subjectam non habebit virtutem: immo potius ab ipsa derivabitur tanquam effectus.

[b] *Deinde si constitutio*] Tertium contra Hermagoram argumentum: Definitio generis ad speciem extenditur, non pertinet autem ad genus

pars constitutionis ejus quælibet, intentionis depulsio est;[1] quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est. At si, quæ[2] intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est; demonstratio et deliberatio, neque[3] constitutio, nec pars constitutionis est. Si igitur constitutio et ipsa, et pars ejus,[4] intentionis depulsio est; deliberatio et demonstratio neque constitutio, neque pars constitutionis est.[5] Placet autem ipsi, constitutionem[6] intentionis esse depulsionem: placeat igitur[7] oportet, demonstrationem et deliberationem non esse constitutionem, nec partem constitutionis. Atque hoc eodem urgebitur,[8] sive constitutionem, primam causæ accusatoris confirmationem dixerit, sive defensoris[9] primam deprecationem: nam eum eadem omnia incommoda sequentur.[10]

M *dicit*, sine *partes*.—1 Ms. teste Grævio, *si igitur const. et ipsa et pars ejus quælibet int. dep. est:* Erf. *Deinde const. si et ipsa, et pars constitutionis ejus quælibet int. dep. est.* Est etiam in Duisb. *quælibet;* 'quæ vox male a Grutero omittitur,' ut ait Græv. *Constitutionis* carent Sch. Leid. 3. Victorin. Junt. Lamb. Schutz. et Orell. ac etiam omnes Oxonn. Mss. præter ω 1. 2. Dein ω 2. et Voss. 2. non habent *quælibet.*—2 θ *quæque.*—3 Lamb. *nec const.* Verba *demonstratio et del., neque const., nec pars const. est* in ψ desunt.—4 θ *ipsa*, sine priore copula: ω 1. 2. *pars ejus quælibet*, sine altera copula: L M ψ *et pars ejus quælibet.*—5 Voces *Si igitur const. est . . . . const. est* Schutz. delevit: eas Wetzel. uncis inclusit.—6 Voss. 2. *ipsius.* B θ κ ψ, duo Mss. Gryphii, Grut. Oliv. et Lall. non habent *constitutionem.*—7 Sch. *placeat autem.* Tum ω 1. 2. *op. delib. et dem. non esse.* W θ ψ, Oliv. Græv.-Burm. et Lall. omittunt *dem.* et *delib.* Porro al. edd. *nec esse.*—8 L W θ ψ, Junt. et Lamb. *eodem incommodo urg.* ω 1. 2. Erf. et Græv.-Burm. *eod. urg. incommodo.* '*Eodem urg. incomm.*] Exsulat vox ultima a Sch. et edd. ante Græv. In Leid. 3. *urg. modo.*' Oud. 'Grævius addidit *incommodo* e Ms. Erf. In Guelf. 2. est supra ascriptum a glossatore. Errat Oudendorpius, cum in nulla ante editione esse dicit. Est autem ap. Ald. Rob. Steph. forte et alios: nam longius inquirere, insuper habuimus.' *Ern.*—9 Ed. Omnib. *defensionis.*—10 Leid. 1.

NOTÆ

definitio speciei: verbi causa; virtutis definitio, habitus inclinans in bonum, justitiæ convenit; nulla enim justitia est quæ non sit habitus inclinans in bonum; at definitio justitiæ, constans et perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi, non quadrat in virtutem: quota enim virtus est ejusmodi? Ergo, inquit Tullius, si demonstratio et deliberatio sunt partes sive species constitutionis, debet ipsa constitutionis definitio ipsis congruere: non congruit autem; constitutio enim est intentionis depulsio, hoc modo: Fecisti; Non feci, aut Jure feci. Quod in deliberationem aut demonstrationem cadere, quis dixerit?

14. Deinde conjecturalis[c] causa non potest simul ex eadem parte, eodem in genere, et conjecturalis esse et definitiva. Rursus[11] nec definitiva causa potest simul ex eadem parte, eodem in genere, et definitiva esse et translativa. Et omnino nulla constitutio, nec pars constitutionis, potest simul et suam habere, et alterius in se vim continere: ideo[12] quod unaquæque ex se, et ex sua natura,[13] simpliciter consideratur; altera assumta,[14] numerus constitutionum[15] duplicatur, non vis constitutionis augetur. At deliberativa causa simul ex eadem parte, eodem in[16] genere, et conjecturalem, et generalem, et definitivam, et translativam solet habere constitutionem, et unam aliquando,[17] et plures nonnunquam: ergo ipsa nec constitutio est, nec pars[18] constitutionis. Idem in demonstratione[19] solet usu evenire.[20] Genera igitur, ut ante diximus, hæc causarum putanda sunt, non partes[1] alicujus constitutionis. XI. Hæc ergo[2] constitutio, quam generalem nominamus,[d] partes nobis videtur duas habere,[3] juridicialem et negotialem.

*sequuntur:* Leid. 3. *consequuntur.*—11 Oud. jubet *rursus* deleri.—12 ψ *ideoque.*—13 Voss. 2. *et sua nat.* L *et ex sua vi nat.*—14 Junt. et Lamb. *alt. autem ass.*—15 Leid. 1. *constitutionis.*—16 ω 1. omittit præpositionem.—17 θ κ, ω 1. 2. quædam edd. vett. cum Oliv. et Lall. *aliquam.*—18 Erf. et duo Mss. ap. Gronov. cum Schutz. et Orell. *neque const. est, nec pars:* Sch. Voss. 2. Leid. 3. *neque const., neque pars:* κ et Leid. 1. *nec const., neque pars.* Dein L W *const. est.*—19 ω 1. *in demonstrationem.*—20 B L κ, Erf. Cauch. Sch. Voss. 2. Guelf. 1. 2. et Tur. cum Lamb. Schutz. et Orell. *venire,* probb. Græv. et Oud.—1 θ *nec partes:* ed. Omnib. *neque partes:* ω 1. et Leid. 3. *et non partes.*

CAP. XI. 2 M *igitur.*—3 Erf. *partes nobis duas habere vid.* Cauch. *partes*

## NOTÆ

[c] *Deinde conjecturalis*] Quarto argumento impugnat Hermagoram: Cuilibet constitutioni, ejusque singulis partibus, sua est notio, qua distinguitur a reliquis: alia nimirum est conjecturalis, alia definitiva, alia generalis, alia denique translativa. At deliberativa causa has omnes partes aliquando complectitur: non debet igitur ipsa ad generalem constitutionem referri. Quod autem deliberatio plures habere soleat constitutiones sibi subjectas, liquet exemplo consultationis de evertenda Carthagine: tum enim esse potest quasi conjecturalis constitutio, an evertenda Carthago; deinde definitiva, si evertenda Carthago, quid sit evertere Carthaginem; an cives exilio mulctare, an ipsis alias leges imponere, an vita privare, an ipsam urbem flammis abolere, &c.

[d] *Quam generalem nominamus*] Dicitur quoque constitutio qualitatis, qui status generis, sive generalis, hic appellatur.

Juridicialis[e] est, in qua æqui et iniqui natura,[4] præmii[5] aut pœnæ ratio quæritur: negotialis[f] est,[6] in qua, quid juris ex civili more et æquitate sit, consideratur: cui diligentiæ præesse apud nos jurisconsulti[7] existimantur. 15. Ac juridicialis quidem ipsa[8] in duas distribuitur partes, absolutam et assumtivam. Absoluta[g] est, quæ ipsa[9] in se continet juris et injuriæ quæstionem: assumtiva,[10][h] quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem, foris autem[11] aliquid defensionis assumit. Ejus partes sunt quatuor; concessio, remotio criminis, relatio criminis,[12] comparatio. Concessio est, cum reus non id, quod factum est, defendit, sed, ut ignoscatur,[13] postulat. Hæc in duas partes dividitur, purgationem et deprecationem. Purgatio est, cum factum conceditur, culpa removetur. Hæc partes habet tres, imprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio est, cum et peccasse et consulto peccasse reus se confitetur,[14] et tamen, ut ignoscatur, postulat: quod genus perraro potest accidere. Remotio criminis[i] est, cum id crimen,

*vid. duas habere*, omisso *nobis*. In θ *duas* omittitur.—4 B W θ κ, ω 1. Tur. et plures Mss. cum Vict. Man. Junt. Lamb. *æqui et recti nat.* ω 2. *æqui, et iniqui, et recti nat.*—5 Ern. delevit *aut* ante *præmii*, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—6 B L M θ κ omittunt *est*.—7 L *consulti*.—8 Duisb. Sch. Voss. 1. *ac jur. quidem et ipsa:* Erf. *ac juri diem ipsa.* Tum θ *et in duas.* —9 *Ipsa* in M deest. Tum ω 1. *cont. in se.*—10 *Est* post *assumtiva* delevit Ernesti, quem Schutzius, Wetzel. et Orell. sequuntur: deest in B L θ, Cass. Guelferb. 1. 2. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. Dein ω 1. *se ex ipsa nihil dat firmi.*—11 Leid. 3. non habet *autem.*—12 κ caret *relatio criminis.*—13 Lamb. *ign. sibi.*—14 Idem *pecc. se reus, et cons. pecc. conf.*—

NOTÆ

[e] *Juridicialis*] Judiciis convenit et esse solet de re præterita, cui si justa sit, præmium: si iniqua, supplicium rependi debet.

[f] *Negotialis*] Est de re facienda, et ad genus deliberativum pertinet.

[g] *Absoluta*] Cum simpliciter ac directe factum defenditur. Hujus quatuor loci sunt, teste Fortunatiano; lex, mos, secta, ars. Legem qua vim vi licet repellere, proferet Milo homicidii reus: morem Scytha, qui ex gentis suæ consuetudine Athenis patrem sexagenarium in fluvium dejecerat: sectam philosophus damni accusatus, quod multi qui eum de bono mortis disserentem audierant, laqueo vitam finissent: artem denique pictor, læsæ reip. reus, quod naufragii pictura in portu Diis marinis appensa, reliqui cives a navigando deterriti essent.

[h] *Assumtiva*] Cum debilis per se est facti defensio, sed probabili facti causa foris assumta confirmatur. Vide ad Herenn. lib. I. § 24. &c. et de Inv. l. II. § 71. &c.

[i] *Remotio criminis*] De qua fuse l. II. de Inv. § 86. &c.

quod infertur, ab se et ab sua culpa, vi et potestate in alium reus removere [15] conatur; id dupliciter fieri poterit, si aut causa aut factum in alium transferetur.[16] Causa transfertur,[17] cum aliena dicitur vi et potestate factum; factum autem, cum alius aut debuisse, aut potuisse facere dicitur. Relatio criminis est, cum ideo jure factum [18] dicitur, quod aliquis [19] ante injuria lacessierit. Comparatio est, cum aliud aliquod alicujus [20] factum rectum aut utile contenditur, quod ut fieret, illud, quod arguitur, dicitur esse commissum.

16. In quarta constitutione, quam translativam [1] nominamus, ejus constitutionis est controversia, cum aut quem, aut quicum, aut quomodo, aut apud quos, aut quo jure, aut quo tempore agere oporteat, quæritur, aut omnino aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur. Hujus constitutionis Hermagoras inventor esse existimatur, non quo non [2] usi sint ea veteres oratores sæpe multi, sed quia non animadverterint [3] artis scriptores eam superiores,[4] nec retulerint in numerum constitutionum. Post autem ab hoc inventam multi reprehenderunt, quos non tam imprudentia falli putamus, (res enim [5] perspicua est,) quam invidia atque obtrectatione [6] quadam impediri. XII. Et constitutiones quidem, et earum partes exposuimus: exempla autem cujusque generis tunc commodius expósituri vide-

15 ψ *transferre.*—16 M, ω 1. 2. et Erf. *transferatur:* B W, Sch. Voss. 2. ed. Omnib. *transfertur.*—17 W, Erf. et Tur. *transferetur.*—18 B M et Erf. *quod ideo:* L *quod cum ideo:* et ω 1. *factum jure.*—19 Pro *alius,* B L M W θ κ ψ, Tur. Cass. Guelf. 1. 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. edd. pr. *aliquis*, et quod Schutz. Wetzel. et Orell. habent. Al. edd. et Mss. *alius.* Tum ed. Hervag. non habet *injuria.*—20 Unus Ms. ap. Lamb. *cum aliquod aliud ab illo, de quo agitur, factum rectum aut utile cont.* Pal. 2. *cum aliud aliquod rectum aut ut. conceditur:* Fabr. *cum aliquod alicui factum rectum aut ut. cont.* liber Tosanus, *cum alicujus aliquod factum rectum aut ut. cont.* Sch. Leid. 1. Voss. 2. *cum aliud aliquid alicujus factum rectum aut ut. cont.* B *cum aliud aliquid factum rectum aut ut. cont.* M *cum aliud alicujus factum rectum aut ut. cont.* Vocem *alicujus* post *aliquod* inseruit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur: et eam habent L W ψ, ω 2. Cass. et edd. ante Ald. Vulgo deest.—1 ω 1. *translationem.*—2 M ψ, ω 1. et Schutz. *non quod non:* θ, ω 2. Vict. Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *non quia non:* B L W κ, Tur. et omnes Mss. Oud. cum Junt. Græv.-Burm. Wetzel. et Orell. *non quo non.*—3 B *animadverterent:* κ *jam animadverterint:* ψ, Schutz. Wetzel. et Orell. *animadverterunt*, et mox *retulerunt.*—4 L omittit *eam*, et ψ *superiores.* Gruter. censet verba *artis script. eam sup.* delenda esse.—5 *Enim* in κ deest.—6 B *obtræctatione:* ψ *detractione.*

mur,[7] cum in unumquodque eorum[8] argumentorum copiam dabimus: nam argumentandi ratio dilucidior erit, cum et ad genus, et ad exemplum[9] causæ statim poterit accommodari.

17. Constitutione[10] causæ reperta, statim[11] placet considerare, utrum causa sit simplex,[12] an juncta; et si juncta erit, utrum sit[13] ex pluribus quæstionibus juncta,[14] an ex aliqua comparatione. Simplex est, quæ absolutam in se continet unam quæstionem, hoc modo: Corinthiis bellum indicamus, annon. Conjuncta ex[15] pluribus quæstionibus, in qua plura quæruntur, hoc pacto:[16] Utrum Carthago[17] diruatur, an Carthaginiensibus[18] reddatur, an eo colonia[k] deducatur.[*][19] Ex comparatione, in qua per contentionem, utrum potius, aut quid potissimum sit,[20] quæritur, ad hunc modum: Utrum[1] exercitus in Macedoniam contra Philippum[l] mittatur, qui sociis sit auxilio, an teneatur in Italia, ut quam maximæ contra Hannibalem copiæ sint. Deinde

[*] *An illuc deducendi sint cives Romani aut Latini ad stabiliendam coloniam.*

Cap. xii. 7 ω 1. *videbimur:* B M W θ, Leid. 1. Voss. 2. *videamur.*—8 ω 1. *cum in unamquamque earum:* ψ *cum ad unumquodque eorum.*—9 κ et Voss. 1. *cum ad genus:* ω 1. *cum et genus.* Leid. 1. *et exemplum.*—10 ω 2. *Et const.*—11 Schutz. e susp. delevit *statim*, quod Orell. uncis includit.—12 ω 1. *sit causa simplex.* Tum Sch. Voss. 1. Leid. 3. et Leid. 1. a m. sec. ac Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. Junt. Lamb. Oliv. Lall. et Schutz. *un conjuncta; et si conjuncta.*—13 In M *sit* omittitur.—14 κ, Voss. 1. Leid. 3. et Leid. 1. a m. sec. *conjuncta.*—15 Erf. Duisb. Cauch. et Sch. *Juncta ex:* M. *Conj. est ex.*—16 Junt. et Lamb. *modo;* et sic B M ψ, sed *pacto* supra lineam.—17 B *Chartugo* perpetuo; et M *diluatur.*—18 Al. *Carthaginiensibus.*—19 L *ducatur.*—20 B M θ *potiss.* sine *sit.*—1 Grævius e cod. Erf. inseruit *potius* post *Utrum;*

NOTÆ

[k] *Colonia*] Oppidum erat in quod Romani magistratus cives traduxerant, quibus erat jus ferendi suffragii.

[l] *Philippum*] Non Alexandri Magni patrem, sed alterum Macedoniæ regem, qui tempore belli Punici secundi, inito cum Hannibale fœdere, Italiæ imminens, a Lævino prætore coërcitus, in Macedoniam, incensis ultro navibus, se recipere coactus est. Pace facta, intervenientibus Epirotis; rursus bellum exarsit Macedonicum. Philippus Demetrium filium, apud Romanos antea obsidem, fratris Persei calumniis suspectum, capitali supplicio mulctavit; ipseque obiit Olymp. cl. a. 2. A. U. C. 575. ante Chr. 179. Polyb. Liv. &c.

considerandum est, in ratione an in scripto [2] sit controversia: [3] nam scripti controversia est ea,[4] quæ ex scriptionis genere [y] nascitur. XIII. Ejus autem genera, quæ sunt separata [5] a constitutionibus, quinque sunt: nam cum verba [6] ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere, tum [7] inter se duæ leges aut plures discrepare, [*p.* 46.] tum id, quod scriptum est,[8] duas aut plures res significare: [9] tum ex eo, quod scriptum est, aliud quoque, quod non scriptum est, inveniri: tum vis verbi, quasi in definitiva constitutione, in quo posita sit,[10] quæri. Quare primum genus, de scripto et sententia; [11] secundum, ex contrariis legibus; tertium, ambiguum; quartum, ratiocinativum; quintum, definitivum [12] nominamus. 18. Ratio autem est,[13] cum omnis quæstio [14] non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit.

At tum,[15] considerato genere causæ, et [16] cognita constitutione, cum, simplexne an [17] conjuncta [18] sit, intellexeris, et, scripti an rationis [19] habeat controversiam,[20] videris; deinceps erit videndum, quæ quæstio, quæ ratio, quæ judicatio, quod firmamentum causæ sit: quæ omnia a constitutione [1] proficiscantur oportet. Quæstio est ea,[2] quæ ex conflictione causarum gignitur controversia,[3] hoc modo:

[y] *Sive legis, sive senatusconsulti, sive testamenti.*

et eum Schutz. secutus est.—2 B L M W et al. cum Oliv. *an in ratione.* Voss. 1. Leid. 1. et ed. Omnib. omittunt præpositionem ante *scripto.*—3 B hic et mox *contraversia.*—4 ψ *est illa.* Pronomen non est in Sch.

CAP. XIII. 5 Erf. *Ejus enim gen.* et idem Ms. cum Tur. Lamb. Schutz. et Orell. *quæ sep. sunt.*—6 Tur. et omnes Mss. Oud. cum Junt. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *nam tum verba:* Duisb. *tum verba,* omisso *nam.*—7 θ *tum cum.*—8 Leid. 1. *tum ex eo quod*; et Sch. *scriptum sit.*—9 *Res* in θ deest. Junt. Lamb. et Schutz. habent *signif. videtur.*—10 Sch. *posita est.*—11 M *sententia est.*—12 ψ *diff.*—13 B *Ratio autem*, sine *est:* L *Vel ratio autem est:* M *Oratio autem est:* Tur. Junt. Lamb. Schutz. et Orell. *Ratio est autem.*—14 ω 2. *cum omnis orationis quæstio:* Voss. 2. *cum oratio vel quæstio,* suprascr. *omnis;* contra in Sch. suprascr. *oratio vel.* Lamb. ed. non habet *omnis.*—15 Duisb. Sch. a m. pr. ac Schutz. Wetzel. et Orell. *At cum;* et quod Ern. conjecerat legendum esse: al. *Ac tum:* al. *Ac cum:* Grut. et edd. recentiores *At tum.*—16 ω 1. *causarum.* Copula abest ab ω 2. B L M θ κ, et omn. Mss. Oud.—17 Duisb. *utrum simplex an:* Sch. et Victorin. *utrum simplexne an:* Schutz. Wetzel. et Orell. *simplexne, an:* ω 1. 2. L W θ κ *cum simplex an.* Vulg. *cum simplexne, an.*—18 B M W θ et Tur. *juncta.*—19 ω 1. *et rat.*—20 B *contraversiam;* et sic semper.—1 κ *ut a const.*—2 ω 1. *est illa.* Pronomen omittunt

Non jure fecisti: Jure feci.[4] Causarum autem[5] hæc est conflictio, in qua constitutio constat: ex ea igitur nascitur controversia, quam quæstionem dicimus, hoc modo: Jurene fecerit? Ratio est, quæ continet causam, quæ si sublata sit, nihil in causa controversiæ relinquetur, hoc modo,[6] ut docendi causa in facili et pervulgato exemplo consistamus:[7] Orestes si accusetur[8] matricidii, nisi hoc[9] dicat, Jure feci; illa enim patrem meum occiderat;[10] non habet defensionem: qua sublata, omnis quoque controversia sublata sit.[11] Ergo ejus causæ ratio[12] est, quod illa Agamemnonem occiderit.[13] Judicatio est, quæ ex infirmatione et confirmatione[14] rationis nascitur controversia: nam sit ea[15] nobis exposita ratio, quam paulo ante exposuimus.[16] Illa enim, inquit, patrem meum[17] occiderat. At non, inquit adversarius, abs te filio matrem necari oportuit: potuit enim[18] sine tuo scelere illius factum puniri.[19] XIV. Ex hac deductione[20] rationis, illa summa nascitur controversia,[1] quam judicationem[2] appellamus: ea est hujusmodi: Rectumne fuerit, ab Oreste matrem occidi, cum illa Orestis patrem occidisset?[3] 19. Firmamentum est firmissima ar-

B L M W θ ω 2. Oliv. et Lall.—3 *Controversia* in M deest.—4 *Hoc modo ... Jure feci* Schutz. transposuit post *constat.*—5 Deest particula *autem* B M W θ κ, Tur. Voss. 1. 2. Leid. 3. qui caret quoque pronomine *hæc.*—6 Erf. *hoc jure ne feceris:* Leid. 3. *hoc est jure fecerit.* Verba *Jurene fecerit ... hoc modo* absunt ab ψ. Dein octo Oxonn. Mss. cum Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *Ratio est ea.* Pro *sublata sit*, Leid. 1. *ublata sit.* Præterea B, Erf. Duisb. Caneh. Sch. Voss. 1. Leid. 1. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *relinquatur:* W θ κ Lamb. et al. *relinquitur:* ω 1. *relinquitur controversiæ.* al. *relinquetur.*—7 Erf. *exemplo constituamus:* Sch. *exempla constituamus:* L *exemplo existamus et persistamus.*—8 ω 2. *Horestes si accusaretur.*—9 ψ *hic.*—10 κ *occidit;* et mox Tur. *habeat def.*—11 Sch. Voss. 1. *Quare sublata, &c.* edd. pr. *qua re sublata, &c.* Erf. et Duisb. *Quare omnis contr. quoque subl. sit.* Vox *omnis* non est in L. Verba *Qua sublata ... sublata sit* Ernestio suspecta sunt. Schutz. ea delevit; Wetzel. et Orell. uncis includunt.—12 Leid. 1. *causæ quoque ratio.*—13 M *Agamemnona*, et Leid. 1. *occiderat.*—14 Schutz. recepit *ex ratione et infirmatione*, ex emendatione Jo. C. Th. Ernesti in Lex. Technol. Lat. Rhet. voce 'Judicatio.'—15 ω 1. omittit *ea.*—16 ψ *apposuimus.*—17 *Meum*, post *enim*, adjecit Græv. ex Erf. et ed. Hervag. extat etiam in B L M θ κ ψ, Erf. Tur. omn. Mss. Oud. et sic ed. Omnib. Crat. et Orell. Verbum *inquit* non est in M. Post *patrem*, Ern. addidit *meum*, quod habent ψ, ω 1. 2. Cass. et edd. pr. usque ad Aldum, cum Schutz. et Wetzel. A plerisque Mss. Oud. cum Junt. Grut. Oliv. et Lall. abest *meum* et hic et ante.—18 θ omittit *enim.*—19 ψ *factum ejus pun.*

CAP. XIV. 20 B ψ et plerique Mss. Oud. *diductione;* et sic M habet supra lineam.—1 Schutz. et Wetzel. ex Ern. suspic. *controversiæ.*—2 Leid. 1.

gumentatio defensoris, et appositissima[4] ad judicationem: ut si velit Orestes dicere, ejusmodi animum matris[5] suæ fuisse in patrem suum,[6] in se ipsum ac sorores,[7] in regnum, in famam generis et familiæ,[8] ut ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Et in ceteris quidem constitutionibus[9] ad hunc modum judicationes reperiuntur:[10] in conjecturali autem[11] constitutione, quia ratio non est, (factum enim non conceditur,[12]) non potest ex deductione[13] rationis nasci judicatio. Quare necesse est eandem esse quæstionem et judicationem:[14] ut,[15] factum est, non est factum;[16] factumne sit?[17] Quot autem in causa constitutiones, aut earum partes erunt, totidem necesse[18] erit quæstiones, rationes, judicationes, firmamenta reperiri.[19]

His omnibus in causa repertis, tum[20] denique singulæ partes totius causæ considerandæ sunt: nam non[1] ut quidque dicendum primum,[m] ita primum animadvertendum

*judicialem.*—3 Erf. et Leid. 3. *occiderit.*—4 Pro *et*, in L *ac* legitur. W θ κ ψ, ω 1. omnes Mss. Oud. et vulg. *aptissima:* L *potissima:* B M, ω 2. Tur. Pal. 2. et Græv. a manu pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *appositissima.* 'Mss. duo, item Guelf. 1. 2. (nisi quod in illo *appotissima*, cui ascripsit manus sec. *aptissima*,) *appositissima:* quod non spernendum videtur; et apparet e Ms. Guelf. quomodo *aptissima* natum sit.' *Ern.*—5 Erf. Victorin. et Schutz. *matri.*—6 Ed. Omnib. *in parentem suum.*—7 Sch. *et sorores:* Leid. 1. *et sororem:* B L M W ψ, et al. cum Oliv. et Lall. *in sorores.*—8 Voss. 1. *gen. ac fam.*—9 κ *Et cet. quidem const.* θ *Et cet. quidem quæstionibus:* W *Et in cet. quidem quæstionibus:* Leid. 3. *Et quidem cet. in const.*—10 W θ κ, ω 2. et Tur. *reperientur.*—11 Voss. 1. non habet *autem.*—12 ψ *factum enim nisi conc.*—13 Schutz. solus *ex ea et ex ded.*—14 Voss. 2. *eandem quæst.* et θ *quæst., jud.*—15 *Ut* non est in B L M W θ κ, ω 1. 2. Tur. Duisb. Erf. et omn. Mss. Oud. et eam Orell. delevit.—16 Duisb. et octo Oxonn. Mss. ac vulg. *factum non est.* Ab Guelf. utroque abest *factum*, et ab M voces *factum* et *est.*—17 ω 2. *factumne sit interrogant.*—18 ψ *tot necesse.*—19 Leid. 1. omittit *firmamenta.* In Sch. *reperire.*—20 Ed. Omnib. *cum.*—1 *Non* in θ deest. Tum B M W, Leid. 1. ed. Omnib. Junt. et Lamb. *ut quodque:* ψ *ut quicquid.* L, ω 2. Voss. 1. 2. et ed. Omnib. *dicendum est pr.* θ κ *dic. pr. est.* Pro *primum*, hic et paulo post M

## NOTÆ

[m] *Non ut quidque dicendum primum, &c.*] Omnino quemadmodum architectus fundamentum quod in ædificio primum est, non ante locat, quam totius operis formam animo comprehensam designaverit, ut singulæ sibi partes apte respondeant; sic orator, etsi exordium primo dicere debet, illud tamen non aggreditur, nisi attente meditata et perspecta totius causæ ratione, ex cujus visceribus duci debet initium.

videtur:[z] ideo quod illa, quæ prima[3] dicuntur, si vehementer velis congruere,[4] et cohærere cum causa, ex eis[5] ducas oportet, quæ post[6] dicenda sunt. Quare cum judicatio, et ea, quæ ad judicationem oportet inveniri, argumenta,[7] diligenter erunt artificio reperta, cura[8] et cogitatione pertractata; tum denique ordinandæ sunt ceteræ[9] partes orationis. Hæ[10] partes sex esse omnino nobis videntur; exordium, narratio, partitio, confirmatio,[11] reprehensio, conclusio. Nunc quoniam[12] exordium princeps omnium esse debet,[z] nos quoque primum in rationem[13] exordiendi præcepta dabimus.

XV. 20. Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem: quod eveniet,[14] si eum benivolum, attentum, docilem fecerit:[15] quare qui bene exordiri causam volet,[16] eum necesse est genus suæ causæ diligenter ante cognoscere. Genera causarum sunt quinque;[17] honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causæ[18] genus est, cui statim sine oratione nostra auditoris favet animus;[19] admirabile,[n] a quo alienatus est animus[20] eorum qui audituri sunt; humile,[1] quod

[z] *Prima est omnium orationis partium.*

habet *primo.* Abest *primum* a Leid. 1.—2 Voss. 1. *ante advertendum vid.* Leid. 1. *ad animum advert. vid.* Dein Erf. Duisb. et Sch. *ideoque illa:* ψ *ideo quia illa.*—3 M *primo* supra lin.—4 κ *velis vel congruere.*—5 ω 2. Tur. Erf. omnes Mss. Oud. cum Schutz. *his;* et sic B passim.—6 κ *postea.*—7 ω 1. Erf. et Tur. *arg. inv.*—8 ω 1. *et cura.*—9 ω 2. *certæ.*—10 Erf. Cauch. et Tur. *Eæ:* κ ψ et Leid. 3. *Et hæ.* Mox *nobis* non est in Leid. 1.—11 θ omittit *confirmatio.* —12 Duisb. *quomodo.* Tum Erf. et Sch. *princeps deb. esse:* Cauch. *princeps deb.* sine *omnium* et *esse.*—13 ω 1. Sch. Leid. 1. 3. Junt. et Græv.-Burm. *in ratione:* Mss. ap. Lamb. *in oratione:* Lamb. ed. *in orationem.* Dein L W, Erf. et pauci alii Mss. *exordii.*

CAP. XV. 14 Leid. 3. *evenit.*—15 Ed. Omnib. *et attentum et doc. confecerit. Confecerit* quoque B M W, Erf. Sch. Tur. et edd. vett. ac etiam Orell. —16 Leid. 2. *voluerit.*—17 Oxonn. Mss. et Mss. Oud. cum Oliv. Lall. et paucis aliis, *sunt quinque:* ed. Omnib. *sunt n. quinque,* i. e. *numero quinque.*— 18 In B L M W, Oliv. et Lall. *causæ* deest.—19 Erf. *aud. an. favet.* In Cauch. non est *auditoris.* Tum κ, ω 1. Junt. et Lamb. *admirabile est.*—20 κ *alienatur animus:* Leid. 1. *alienatus animus.*—1 ω 1. *audituri sunt, ut de passere*

NOTÆ

[n] *Admirabile*] Τῷ ἐνδόξῳ, id est, honesto causæ generi, opponitur τὸ παράδοξον, admirabile, ut Tullius hic et Fortunatianus interpretantur; cum is defenditur, quem ob sceleris gravitatem defendi posse nemo suspicaretur. Recte dici posset aut inhonestum aut odiosum.

negligitur ab auditore, et non magnopere attendendum videtur; anceps, in quo aut judicatio[a] dubia est, aut causa, et[2] honestatis et turpitudinis particeps, ut et benivolentiam[3] pariat, et offensionem; obscurum, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus[4] ad cognoscendum negotiis causa implicita est.[5] Quare quoniam tam diversa sunt[6] genera causarum, exordiri quoque dispari ratione in unoquoque[7] genere necesse est. Igitur exordium in duas partes dividitur, in principium et insinuationem.[8] Principium est oratio, perspicue[9] et protinus perficiens[10] auditorem benivolum, aut docilem, aut attentum. Insinuatio est oratio quadam dissimulatione[11] et circuitione obscure[12] subiens auditoris animum.

21. In admirabili genere causæ, si non omnino infesti auditores erunt, principio benivolentiam comparare licebit: sin erunt vehementer abalienati, confugere[13] necesse erit ad insinuationem: nam ab iratis[14] si perspicue pax et benivolentia petitur,[15] non modo ea non invenitur, sed augetur atque inflammatur odium.[16] In humili autem genere causæ, contemtionis[17] tollendæ causa, necesse erit attentum efficere auditorem.[18] Anceps genus causæ, si dubiam judicationem habebit,[19] ab ipsa judicatione exordiendum est: sin autem partem turpitudinis et partem[20] honestatis habebit,[1] benivolentiam captare oportebit, ut in

[a] *Propria judicii quæstio.*

*ambo vendito et empto: humile.*—2 Deest copula in κ et Leid. 1.—3 κ *ut benev.* —4 M *difficilibus.*—5 B W et Canch. *est implicata:* Erf. *est implicita.* Sch. Voss. 2. Cass. cum Victorin. et Schutz. *implicata est:* θ κ *implicata,* sine *est.* —6 Octo Mss. Oud. ac Junt. et Oliv. *cum tam div. sint:* Tur. Sch. Leid. 1. *cum tam div. sunt.*—7 ω 1. non habet verba *dispari rat. in unoquoque.*—8 M *princ. et in insin.* L M W et Voss. 2. *in princ. et in insin.*—9 B *perspicua.*—10 Tur. et Orell. *conficiens:* Lamb. *efficiens;* et sic Schutz. de conj. Ern.—11 θ *dissimilitudine.*—12 B, Tur. Erf. Sch. Leid. 3. et Græv.-Burm. *obscura;* et sic M supra lineam. Dein Erf. omittit *auditoris.*—13 ω 1. Voss. 2. *alienati;* et M *effugere.*—14 κ *cum ab iratis:* θ *ab alienatis.*—15 ψ et ω 2. *appetitur.*—16 κ, ω 1. 2. et Voss. 1. cum Junt. et Crat. *sed augetur potius et inflammatur odium:* ed. Omnib. *sed augetur atque inflam. odium potius:* Leid. 3. *sed ira augetur atque flammatur odio:* Erf. Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *sed ira augetur atque inflammatur odio.*—17 B L *contentionis.*—18 B L, Sch. Voss. 1. 2. *necesse est;* et Sch. Leid. 1. *facere aud.*—19 Leid. 1. *jud. habuerit.*—20 B L M W θ κ, ω 1. Tur. et plerique Mss. Oud. omittunt copulam. In Leid. 1.

genus honestum causa translata videatur. Cum autem erit honestum causæ genus, vel [2] præteriri principium poterit, vel, si [3] commodum fuerit, aut a narratione incipiemus, aut a lege, aut ab aliqua [4] firmissima ratione nostræ dictionis: [*p.* 47.] sin uti [5] principio placebit, benivolentiæ partibus utendum est, ut id, quod est, augeatur. XVI. In obscuro causæ [6] genere, per principium dociles auditores efficere oportebit.[7] Nunc, quoniam, quas res exordio [8] conficere oporteat, dictum est; reliquum est, ut ostendatur quibus quæque res rationibus [9] confici possit.

22. Benivolentia quatuor ex locis comparatur; ab nostra, ab adversariorum, ab judicum persona, ab ipsa causa.[10] Ab nostra,[11] si de nostris factis et officiis sine arrogantia dicemus: [12] si crimina illata, et aliquas minus honestas suspiciones injectas [13] diluemus: si, quæ incommoda acciderint, aut quæ instent difficultates, proferemus: si prece, et obsecratione humili ac supplici [14] utemur. Ab adversariorum autem, si eos aut in odium, aut in [15] invidiam, aut in contemtionem adducemus. In odium adducentur,[16] si quod [17] eorum spurce,[b] superbe, crudeliter, malitiose factum proferetur: [18] in invidiam, si vis eorum, potentia, divitiæ, cognatio,[19] pecuniæ proferentur,[20] atque eorum usus arrogans et [1] intolerabilis; ut his rebus magis videantur, quam causæ suæ confidere: in contemtionem ad-

[b] *Turpiter.*

*partemque.*—1 ω 1. *habetis.*—2 Deest *vel* in ω 1. Voss. 1. Leid. 3.—3 B L M W ψ, ω 1. Voss. 1. Leid. 3. Tur. ed. Omnib. Junt. Schutz. Wetzel. et Orell. *et si.*—4 κ *aut lege, aut ab aliqua:* ed. Omnib. *aut lege, aut aliqua.* Tum M. et al. *firma ratione:* L *affirmatione, ratione.*—5 B L M W, ω 1. Tur. Junt. Lamb. *vel si uti:* Schutz. *sin ubi*, omisso *vel.*

CAP. XVI. 6 L, ω 2. Sch. et ed. Omnib. *in obs. autem causæ.*—7 Sch. *aud. fiant:* Leid. 1. *aud. efficere oporteat.* Hæc verba, *in obscuro . . . oportebit*, Schutz. retraxit post *translata videantur.*—8 κ et ω 2. *exordium.*—9 ω 1. *quaque orationibus:* ω 2. *quæque rationibus res.*—10 B M W θ κ, ω 1. 2. Pal. 1. 3. Tur. et omnes Mss. Oud. *a causa*, sine *ipsa.*—11 Lamb. et Schutz. *Ab nostra persona:* κ *Ab nostra persona benevolentia comparatur, si de nostris, &c.* Tum Leid. 3. *nostris de factis.* —12 ψ *dicimus:* ed. Omnib. *dixerimus.*—13 Erf. *suspectationes injectas:* Hervag. margo *suspiciones illatas.*—14 Sch. *hum. et supp.* Voss. 1. Leid. 3. *hum. aut supp.* —15 Sch. Voss. 1. carent præpositione.—16 M W θ ψ, ω 1. Tur. et plerique Mss. Oud. *ducentur.*—17 Oxonn. Mss. cum Junt. Lamb. et Oliv. *quid.*— 18 Grev. *ostendatur.*—19 ψ et Lamb. *div., gratia, cogn.*—20 Leid. 1. *proferan-*

ducentur,[2] si eorum inertia, negligentia, ignavia, desidiosum studium, et[3] luxuriosum otium proferetur. Ab auditorum persona[4] benivolentia captabitur,[5] si res ab his fortiter, sapienter, mansuete gestæ proferentur, ut ne qua assentatio nimia significetur: et[6] si de his, quam honesta existimatio, quantaque eorum judicii et auctoritatis expectatio sit, ostendetur:[7] ab ipsis rebus, si nostram causam[8] laudando extollemus, adversariorum causam per contemtionem deprimemus.[9] 23. Attentos[10] [o] autem faciemus, si demonstrabimus, ea, quæ dicturi erimus,[11] magna, nova, incredibilia esse, aut[12] ad omnes, aut ad eos qui audiunt, aut ad aliquos illustres homines, aut[13] ad Deos immortales, aut ad summam rempublicam[14] pertinere; et si pollicebimur,[15] nos brevi nostram causam demonstraturos, atque exponemus[16] judicationem, aut judicationes, si plures erunt. Dociles auditores faciemus, si aperte et breviter[17] summam causæ exponemus; hoc est, in quo consistat controversia: nam et cum[18] docilem velis facere, simul attentum facias oportet:[19] nam is maxime docilis est,[20] qui attentissime est paratus audire.

*tur:* Leid. 2. qui hic incipit, *proferuntur.*—1 Copula non est in θ.—2 ω 1. *autem adducentur.*—3 Tur. omittit *et.*—4 Erf. Duisb. Sch. a m. pr. cum Victorin. Græv.-Burm. et Schutz. *Ab judicum persona.*—5 Leid. 1. *captatur.*—6 Deest copula in Sch.—7 κ, Sch. Leid. 3. Duisb. et Erf. *ostenditur.*—8 Mss. et quædam edd. *causam nostram.* Tum Duisb. Sch. et Victorin. *extollamus.*—9 Lamb. ed. omittit *causam.* Dein W *per contemptum;* et Sch. Duisb. cum Victorino *deprimamus.*—10 Schutz. e suspicione addidit *auditores.*—11 κ ψ, Duisb. et Sch. *dict. sumus.*—12 Voss. 1. 2. ac Lamb. ed. *et aut.*—13 B M θ κ, Erf. et pauci alii cum Græv.-Burm. Schutz. et Orell. *audient.* Tum B κ non habent præpositionem ante *aliquos.* Verba *ad eos qui aud. . . . homines aut* non sunt in W.—14 Oxon. Mss. et Mss. Oud. cum Tur. Cass. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *reipublicæ.*—15 L *et poll.* Sch. *et si pollicemur.*—16 Erf. *aut exp.*—17 Erf. *ap. ac brev.*—18 W θ *Nam quum:* Tur. *Et quum.*—19 ω 1. *oporteat.*—20 Erf. Tur. et omnes Mss. Oud. cum Græv.-Burm. et Orell. *Nam is est max. doc.*

NOTÆ

[o] *Attentos*] Attentionem sibi maxime conciliat orator, ut notat Aristot. Rhet. lib. III. inducta suæ probitatis opinione: quomodo Cicero act. I. in Verr. 'Adductus sum,' inquit, 'judices, officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, veteri consuetudine institutoque majorum, ut onus hoc laboris atque officii non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem. Quo in negotio, tamen illa me res,

XVII. Nunc insinuationes[1] quemadmodum tractari conveniat, deinceps dicendum[2] videtur. Insinuatione[p] igitur utendum est, cum admirabile genus causæ est, hoc est, ut ante diximus,[3] cum animus auditoris infestus[4] est. Id autem tribus ex causis fit maxime; si aut inest in ipsa causa quædam turpitudo, aut ab iis,[5] qui ante dixerunt, jam quiddam auditori persuasum videtur, aut eo tempore[6] locus dicendi datur, cum jam illi, quos audire oportet, defessi sunt audiendo: nam ex hac quoque re, non minus quam ex primis duabus, in oratore[7] nonnunquam animus auditoris offenditur. 24. Si causæ turpitudo contrahet[8] offensionem; aut pro eo homine,[9] in quo offenditur, alium

Cap. XVII. 1 Leid. 2. *insinuationem.* Tum L, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *tractare.*—2 W *docendum.*—3 B *ut ante jam vid.*—4 Lambinus malit legi *infensus* seu *offensus.*—5 κ ψ, quidam Mss. ap. Græv. cum Junt. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Schutz. *aut si ab iis:* Erf. *si aut ab iis:* ω 2. Sch. et ed. Omnib. *aut si ab his:* ω 1. *aut ab his.*—6 ω 1. 2. *aut si eo temp.*—7 L M θ κ ψ, ω 1. 2. Tur. Voss. 1. 2. Leid. 2. Guelf. 2. et ed. Omnib. ac Stephanica Victorii, Lamb. Ald. et Oliv. *in oratorem:* W, Grut. et al. edd. *in oratione:* B, Guelf. 1. Erf. Cauch. Duisb. Sch. Leid. 1. 3. et al. cum Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *in oratore.*—8 L W θ

NOTÆ

judices, consolatur, quod hæc quæ videtur accusatio mea, non potius accusatio, quam defensio est existimanda: defendo enim multos mortales, multas civitates, provinciam Siciliam totam.'

p *Insinuatione*] Insigne est in eo genere cujusdam ad Cæsarem de Rep. Ordinanda exordium e Sallustii fragmentis excerptum: 'Scio ego quam difficile atque asperum factu sit consilium dare regi aut imperatori, postremo cuiquam mortali cujus opes in excelso sunt: quippe cum et illis consultorum copiæ adsint, neque de futuro quisquam satis callidus satisque prudens sit. Quinetiam sæpe prava magis quam bona consilia prospere eveniunt; quia plerasque res fortuna ex libidine sua agitat. Sed mihi studium fuit adolescentulo remp. capessere.... Itaque mihi multa cum animo agitanti consilium fuit famam modestiamque meam post tuam dignitatem habere; et hujus rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriæ accederet. Idque non temere aut ex fortuna tua decrevi; sed quia in te præter ceteras artem unam egregie mirabilem comperi, semper tibi majorem in adversis, quam in secundis rebus animum esse. Sed per ceteros mortales illa res clarior est, quod et prius defessi sunt homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo quæ gloria digna essent.' In lubrico atque difficili loco versabatur, quisquis Cæsarem, cui summa rerum omnium potestas, de republica bene gerenda in se susceperat admonere: itaque hujusmodi insinuatio præmittenda fuit.

hominem, qui diligitur, interponi oportet; aut pro re, in qua offenditur, aliam rem,[10] quæ probatur; aut pro re hominem,[q] aut pro homine rem, ut ab eo quod odit, ad id quod diligit, auditoris animus traducatur, et dissimulare[11] id te defensurum, quod[12] existimeris defensurus: deinde, cum jam mitior[13] factus erit auditor, ingredi pedetentim[14] in defensionem et dicere, ea,[15] quæ indignentur[16] adversarii, tibi quoque indigna videri;[17] deinde, [cum lenieris eum, qui audiet,][18] demonstrare, nihil eorum ad te pertinere, et negare te quicquam de adversariis esse dicturum, neque hoc, neque illud: ut neque aperte lædas eos qui diliguntur, et tamen id obscure faciens, quoad possis, alienes[19] ab eis auditorum voluntatem: et aliquorum judicium simili de re, aut auctoritatem proferre imitatione dignam: deinde eandem,[20] aut consimilem, aut majorem, aut minorem agi rem[1] in præsentia demonstrare. 25. Sin oratio adversariorum fidem videbitur auditoribus fecisse, id quod ei,[2] qui intelligit,[3] quibus rebus fides fiat, facile erit cognitu;[4] oportet aut de eo, quod adversarii sibi firmissimum putarint,[5] et maxime ii, qui audierint,[6] probarint, primum te dicturum polliceri, aut ab adversarii dicto exordiri, et ab[7] eo potissimum, quod ille nuperrime dix-

κ, Sch. Vossiani, et Leid. 2. *contrahit.*—9 Tur. omittit *homine.*—10 *Rem* in θ deest.—11 κ *dissim. oportet.*—12 κ *quem*, sed *quod* in marg. Tum Duisb. *existimaris defens.* Sch. *existimaris*, suprascr. a m. sec. *defensurus*: Leid. 1. *existimaveris def.* Leid. 3. *estimeris def.* Verbum *defensurus* non est in B, nec *quod exist. def.* in Cauch.—13 Tur. *amicior.*—14 Erf. *pedetemptim.*—15 *Ea* in κ deest—16 θ κ, ω 1. 2. Ald. Junt. Grut. Oliv. et Lall. *indignantur.* —17 Verba *deinde quum jam mitior . . . indigna videri* ω 1. omittit.—18 L et ω 1. *cum jam lenieris.* Victorin. Lamb. et Schutz. non agnoscunt voces *cum lenieris eum qui audiet*; quas Wetzel. et Schutz. uncis includunt.—19 L κ *abalienes*: Sch. Leid. 1. *abalienas.*—20 B L M W ψ, ω 2. Leid. 3. cum Victorin. Junt. Oliv. Lall. et Schutz. *deinde aut eand.*—1 *Agi rem* in θ deest. Dein Sch. Erf. Duisb. et edd. ante Græv. cum Lall. *præsentia.*—2 M L W, Erf. Duisb. Cass. Guelf. 1. quinque Mss. Oud. et pleræque edd. ante Grut. *idque ei*: L et Leid. 3. *et id ei*: Ald. Junt. Grut. Græv.-Burm. nude *quod ei.* —3 L W *quod intell.*—4 κ et Erf. *cognitum.*—5 Erf. *adv. firm. sibi put.* Cauch. *adv. firm. put.* M *adv. sibi firm. putaverint.*—6 ω 1. Erf. et Græv.-Burm. *audierunt*: Cauch. Leid. 3. Schutz. Wetzel. et Orell. *audient.* Tum ψ *probarunt*: Voss. 2. Leid. 1. *probaverint.*—7 Præpositio non est in θ.—8

## NOTÆ

[q] *Aut pro re hominem*] Legesis notas in lib. I. ad Herenn. § 9.

erit; aut dubitatione uti, quid primum dicas, aut cui potissimum loco respondeas, cum admiratione. Nam auditor cum eum, quem adversarii perturbatum putant[8] oratione, videt animo firmissimo[9] contra dicere paratum, plerumque se potius temere assensisse, quam illum[10] sine causa confidere arbitratur. Sin auditoris studium[11] defatigatio abalienavit a causa, te brevius, quam paratus fueris, esse dicturum, commodum est polliceri; non[12] imitaturum adversarium. Sin res dabit,[c] non inutile est,[13] ab aliqua re nova aut ridicula[14] incipere, aut ex tempore[15] quæ nata sit; quod genus, strepitum, acclamationem;[d][16] aut jam parata, quæ vel apologum, vel fabulam, vel aliquam contineat irrisionem; aut, si rei dignitas adimet jocandi facultatem, aliquid triste,[17] novum, horribile, statim non incommodum est injicere: nam ut cibi satietas et fastidium aut subamara aliqua re relevatur,[18] aut dulci mitigatur; sic animus[19] defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu novatur.[20]

XVIII. Ac separatim quidem,[1] quæ de principio et insinuatione[2] dicenda videbantur, hæc fere sunt. Nunc quiddam breviter et communiter[3] de utroque præcipiendum

[c] *Si occasio se offerat.*
[d] *Quod accidit, si forte clamor aut strepitus alicunde excitetur.*

ω 2. *putarit:* vetus liber Ursini, et duo Mss. ap. Lall. ac Lall. ipse, cum Wetzel. et Orell. *putat.*—9 Plerique Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *animo fortissimo:* Erf. *firmissimo animo.*—10 θ *timere assens.* et B *quia illum.*—11 Erf. *Sin autem aud. stud.* M *Sin autem aud. an.* Codd. Suffridi *Sin aud. animum specie recti.* Dein Leid. 2. *alienavit:* κ et ceteri Mss. Oud. ac ed. Omnib. *abalienabit.*—12 Mss. omnes Oud. et ed. Græv.-Burm. *et non im.*—13 B M W θ et Leid. 1. *sit.*—14 Al. *et rid.*—15 W *aut tempore,* sine præpositione: L M κ, ω 1. Sch. Voss. 1. *aut ex eo temp.* Leid. 1. *aut ea ex temp.*—16 θ *strepitum ac clamationem:* κ *strepitus acclamationem:* ω 2. *strepitum aut acclamationem:* Græv. *genus exclamationem:* Leid. 1. a m. pr. *genus dicimus tripitum adclamationem:* Sch. *genus strepitu adclamatione,* dein est addita litera *m,* et suprascr. *dicere possumus:* B L M W, Oliv. Schutz. et Orell. *strepitu, acclamatione.* Edd. Med. 1498. Junt. addunt *dicimus;* et Ms. Ursini *dicemus.* Tum Grev. *aut jam peracta:* Cauch. *aut jam paratioque.*—17 θ *joca in difficultatem;* et Leid. 2. *aliquod triste.*—18 Leid. 3. *levatur:* θ et Victorin. *revelatur.*—19 B *ita animus.*—20 B L M ψ, ω 1. 2. Ald. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *renovatur.*

CAP. XVIII. 1 κ omittit *quidem.*—2 M θ κ, Tur. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *et de insin.* prob. Oud.—3 Erf. Cauch. Schutz. et Orell. *brevi communiter:* Sch. et Tur. *breviter comm.* ed. Omnib. *breviter communiterque:* θ *breviter conjunctim-*

videtur. Exordium, sententiarum[r] et gravitatis plurimum debet habere, et omnino omnia, quæ[4] pertinent ad dignitatem, in se continere,[5] propterea quod[6] id optime faciendum est, quod oratorem auditori maxime commendet;[7] splendoris, et festivitatis, et concinnitudinis minimum, [*p.* 48.] propterea quod[8] ex his suspicio quædam apparationis atque artificiosæ diligentiæ nascitur; quæ maxime orationi fidem, oratori adimit auctoritatem. 26. Vitia vero[9] hæc sunt certissima exordiorum, quæ summopere vitare[10] oportebit; vulgare, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra præcepta.[11] Vulgare est,[12] quod in plures causas potest accommodari, ut convenire videatur. Commune est,[13] quod nihilo minus in hanc, quam in contrariam partem causæ, potest convenire. Commutabile est,[14] quod ab adversario potest, leviter mutatum, ex contraria parte dici.[15] Longum est, quod pluribus verbis aut sententiis,[16] ultra quam satis est, producitur. Separatum est,[17] quod non ex ipsa causa ductum[18] est, nec, sicut aliquod membrum, annexum orationi. Translatum est, quod aliud conficit,[19] quam causæ genus postulat;

*que*, omissis *de utroque*. Tum pro *præcipiendum*, al. *dicendum*.—4 M *omnino ea quæ:* L et Leid. 3. *omnino quæ*.—5 Oxonn. Mss. cum Oliv. *cont. in se*.—6 Abest *quod* ab κ et Leid. 3.—7 B L M W θ κ, ω 1. 2. Erf. Voss. 2. Tur. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. *commendat:* Leid. 1. *commodet*.—8 Sch. *propter quod:* Leid. 2. *propterea quia*.—9 L *ergo*.—10 B M θ, Voss. 1. et Erf. *vitari*.—11 ω 1. Sch. et Leid. 2. *præceptum*.—12 ‘*Vulgare est*] Hic sexies *est* repetitur. In Ms. Cass. quater abest. In aliis Mss. modo diversis locis. Unde suspicor etiam ceteris locis abesse debere.’ *Ern*.—13 B L M, ω 2. Tur. Schutz. et Orell. omittunt *est*.—14 Sch. a m. pr. Voss. 1. 2. Leid. 1. Tur. et plerique Mss. Oxonn. cum Oliv. Schutz. Wetzel. et Orell. carent verbo. Dein ψ *leniter mut.* Leid. 3. *leviter commutatum*.—15 Erf. *duci*. Tum Voss. 1. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. non agnoscunt τὸ *est* post *longum*.—16 κ *et sent*.—17 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt *est*.—18

## NOTÆ

[r] *Exordium, sententiarum, &c.*] Sane ex artis regulis observat Fabius IV. 1. accuratum esse debere exordium, cum judices contemni se credant, nisi in dicendo diligentia appareat; non tamen studiosius expolitum, quod videatur ars omnis dicentis contra judicem adhiberi. Est difficilis hujus rei moderatio; quæ tamen ita temperari potest, ut videamur accurate, non callide dicere.

ut si quis[20] docilem faciat auditorem, cum benivolentiam causa desiderat;[1] aut, si principio utatur, cum insinuationem res postulat.[2] Contra præcepta[3] est, quod nihil eorum efficit,[4] quorum causa de exordiis præcepta traduntur: hoc est, quod eum, qui audit, neque benivolum, neque attentum, neque docilem efficit; aut, quo profecto nihil pejus est,[5] ut contra sit,[e] facit. Ac de exordio[6] quidem satis dictum est.

XIX. 27. Narratio est rerum gestarum,[7] aut ut gestarum, expositio. Narrationum tria sunt genera:[8] unum genus est, in quo ipsa causa, et omnis ratio controversiæ continetur:[9] alterum, in quo digressio aliqua extra causam aut criminationis,[10] aut similitudinis, aut delectationis non alienæ ab eo negotio quo de[11] agitur, aut amplificationis causa, interponitur. Tertium genus est remotum a civilibus causis, quod delectationis causa, non inutili cum[12] exercitatione, dicitur et scribitur. Ejus partes sunt duæ, quarum altera in negotiis,[13] altera in personis maxime versatur. Ea, quæ in negotiorum expositione posita est, tres habet partes; fabulam, historiam, argumentum. Fabula est, in qua nec veræ nec verisimiles res continentur: cujusmodi est,[14]

Angues ingentes[s] alites, juncti jugo.[f]

[e] *Nimirum infensus nobis, aversus ab audiendo, nec ullo modo docilis.*
[f] *Magni serpentes alati, ad currum juncti.*

Tres Mss. Oud. *dictum.*—19 Leid. 1. *efficit.*—20 Erf. Tur. et Orell. *qui.*—1 Erf. Cauch. Tur. Cass. Guelf. quinque Mss. Oud. et omnes Oxonn. Mss. cum Victorin. Grut. Oliv. et Lall. *desideret.*—2 B ψ, Cass. Guelf. Tur. Erf. Cauch. quinque Mss. Oud. et Victorin. *postulet.*—3 κ, Leid. 2. et Victorin. *præceptum.*—4 M κ *facit*: ed. Omnib. *reddit.*—5 Sch. Voss. 1. Leid. 1. 3. Erf. Tur. et Orell. *quo nihil prof. pejus est*: Cauch. *quo nihil pejus est*: ed. Omnib. *quod quo nihil prof. pejus est.* Dein κ *se facit*: ed. Omnib. *sit, faciet*: Erf. *sit, faciat.*—6 Cauch. et Leid. 1. *de exordiis.* Post *quidem* in Leid. 2. *nunc* additur.

Cap. XIX. 7 Tur. *gest. rerum.*—8 Erf. Tur. et Orell. *gen. sunt tria.* Mox *genus* abest a Sch.—9 ω 1. *oratio contr. cont.* Voss. 1. *narratio contr. exponitur.* Dein Duisb. et Sch. *alterum genus est*: ω 1. *alt. genus.* Porro al. *degressio.*—10 Leid. 1. *criminis.*—11 Plures Mss. Oud. *de quo.*—12 θ non habet præpositionem. Dein ω 1. *dic. et adscribitur*: Voss. 1. *et dic. et scrib.*—13

NOTÆ

[s] *Angues ingentes*] Versus senarius veteris poëtæ describentis fortasse

Historia est gesta res,[t] ab ætatis nostræ memoria remota:[15] quod genus, Appius [16][u] indixit Carthaginiensibus bellum. Argumentum est ficta res, quæ tamen fieri potuit. Hujusmodi apud Terentium,[x]

Nam is postquam[y] excessit ex ephebis, Sosia.[g][17]

Illa autem narratio, quæ versatur in personis, ejusmodi est, ut in ea simul cum rebus ipsis[18] personarum sermones et animi perspici possint, hoc modo:

Venit ad me[z] sæpe[19] clamitans, Quid agis Mitio?
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu[20] his rebus sumtum suggeris?
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipse durus est[1] præter æquumque et bonum.[h]

[g] *Nam ille filius meus Pamphilus, o Sosia, postquam excessit annum ætatis decimumquartum.*

[h] *Vestes pretiosiores suppeditas, nimis inepte facis. Sed ille austerior est quam jus et ratio postulat.*

In ω 1. desunt *alt. in neg.*—14 κ *ejusmodi est:* L *ejusmodi sunt.*—15 Lamb. *mem. propter venustatem remota.*—16 ω 1. *quod genus est, ut apius:* ω 2. *quod genus hujusmodi est, Appius*—17 θ *esosia.*—18 θ omittit *ipsis,* et mox in κ legitur *animi qualitates persp.*—19 ω 2. *sæpe ad me.*—20 θ non habet *tu.* Dein L, ω 2. et al. *sumtas.*—1 W θ non habet *Nimium ipse.* M W θ *durus,* sine verbo *est:* al. *durus es:* E Ter. Adelph. I. 1. 39. Oud. malit e Mss. suis *est durus,* ut fuit etiam in Ms. vet. Terentii, ediditque h. l. Lambinus. Tum omnes Mss. Oud. et Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. et Oliv. *æquum* sine

## NOTÆ

Medeam, quæ, occisis quos ab Jasone susceperat liberis, fugam per medium aëra, submissis jugo serpentibus alatis, corripuit.

[t] *Historia est gesta res, &c.*] Eodem vitio laborat hæc definitio, quod in lib. I. ad Heren. § 13. carpsimus.

[u] *Appius*] Appius Claudius Caudex consul A.U.C. 490. ante Chr. 264. Livii l. XXXI. mendose legitur U.C. 488. Primus, ut ibi refertur, bellum Carthaginiensibus intulit, cum scilicet exercitum in Siciliam contra Pœnos transportavit.

[x] *Terentium*] P. Terentius Afer comicorum inter Latinos facile princeps, Carthagine natus, servivit Romæ Terentio Lucano senatori, a quo ob ingenium et formam non institutus modo liberaliter, sed et mature manumissus est, ut in ejus vita tradit Suetonius. Cum ex Græcia rediret in Italiam, in mari periit, Coss. Cn. Cornelio Dolabella et M. Fulvio Nobiliore, A. U. C. 595. ante Chr. 159. Scripsit sex comœdias, quæ, ut ait Tullius ad Att. VII. 3. 'propter elegantiam sermonis putabantur a C. Lælio scribi.'

[y] *Nam is postquam*] Verba Simonis de suo filio ad Sosiam libertum, in Andria I. 1.

[z] *Venit ad me*] Versus ex Adelphis Terentii comœdia, act. I. sc. 1. ubi

Hoc[2] in genere narrationis multa inesse debet festivitas, confecta[3] ex rerum varietate, animorum[4] dissimilitudine, gravitate, lenitate, spe, metu, suspicione,[5] desiderio, dissimulatione, errore, misericordia, fortunæ commutatione, insperato incommodo, subita lætitia, jucundo[6] exitu rerum. Verum hæc ex his,[7] quæ postea de elocutione præcipientur, ornamenta sumentur.[8]

28. Nunc de narratione ea, quæ causæ continet expositionem, dicendum videtur. XX. Oportet igitur eam tres[9] habere res; ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit. Brevis erit,[a] si, unde necesse est,[10] inde initium sumetur, et non ab ultimo[b] repetetur,[i][11] et si cujus rei satis erit summam dixisse,[c] ejus partes non dicentur:[12] nam sæpe satis est, quid factum sit,[13] dicere; non ut enarres,[14] quemadmodum sit factum: et si non longius, quam quod scitu[15] opus est,

[i] *Non altius repetatur.*

*que;* et W *est et bonum.*—2 κ *Præterea hoc;* et paulo post Voss. 1. *esse debet.* —3 κ *conferta.*—4 Leid. 1. *animarum;* et mox Leid. 1. Schutz. et Wetzel. *levitate.*—5 B *suspectione* supra lin. Pro *errore*, in Leid. 1. *terrore* legitur. —6 Erf. *ex insp. inc., sub. læt., jocundo.*—7 Voss. 1. *Verum autem;* et Junt. Lamb. ac Orell. *ex iis.*—8 L θ ψ, ω 1. 2. Leid. 1. 2. 3. Voss. 2. ed. Omnib. et Oliv. *sumuntur.*

Cap. XX. 9 Erf. *tres eam.*—10 κ et Voss. 1. *necesse erit.* Vox *inde* in κ deest. —11 Leid. 2. et ed. Omnib. *sumatur . . . repetatur.*—12 Leid. 2. *dicantur.*—13 Octo Oxonn. Mss. et plerique Mss. Oud. cum Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *quod;* et ω 2. Leid. 1. *factum est.*—14 Lamb. ed. *ut non;* et ψ ac Erf. *narres.* —15 Lamb. ed. et Schutz. *quam quoad scitu:* Voss. 2. *quam sciri.* Ab ed.

## NOTÆ

Micio senex plus æquo indulgens loquitur.

[a] *Brevis erit*] Brevis esse debet narratio, tum quia cum sit rei gestæ tantum expositio, adeoque facile comprehendi soleat, qui semel eam percepit, aliud nihil præterea requirit; tum quia cum factum aliquod pluribus describitur, auditor iniquo animo patitur suam solertiam oratori suspectam videri, quasi uno intuitu rem concipere non posset.

[b] *Non ab ultimo*] Idem præcipit Horatius in Arte, ne altius repetatur narratio, et, si de bello Trojano sit dicendum, ne ab ipso Helenæ ortu, sed tantum a raptu ducat initium: 'Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo.' Cave itaque quod hic ultimum vocat Tullius, extremum interpreteris; immo primum est: quo sensu de primo Latini regis progenitore Saturno apud Virgil. Æn. VIII. dicitur, 'Tu sanguinis ultimus auctor.'

[c] *Satis erit summam dixisse*] E. g. cum sufficiat dicere, Occidit, longior fuerit narratio si dixerimus, Et voluit et potuit et occidit.

in narrando procedetur: et si nullam in rem aliam transibitur: et si ita dicetur, ut nonnunquam ex eo quod dictum sit, id quod dictum non sit, intelligatur:[16] et si non modo id quod obest, verum etiam id quod nec obest nec adjuvat, præteribitur:[17] et si semel unumquodque[18] dicetur: et si non ab eo, in quo proxime[19] desitum erit, deinceps incipietur. Ac multos imitatio brevitatis decipit,[20] ut, cum se breves putent esse,[1] longissimi sint: cum dent operam, ut res multas breviter dicant,[2] non ut omnino paucas res dicant,[3] et non plures, quam necesse sit. Nam plerisque breviter dicere[4] videtur, qui ita dicit:[5] Accessi ad ædes, puerum evocavi: respondit:[6] quæsivi dominum: domi negavit esse.[7] Hic, tametsi tot res brevius non potuit dicere, tamen, quia satis fuit dixisse, Domi negavit esse, fit rerum multitudine longus.[8] Quare hoc quoque in genere vitanda est brevitatis imitatio, et non minus rerum non necessariarum, quam verborum multitudine supersedendum est.[k] 29. Aperta autem narratio poterit esse, si, ut quidque primum[9] gestum erit, ita primum exponetur, et rerum ac temporum ordo servabitur, ut ita narrentur, ut gestæ res erunt,[10] aut ut potuisse geri videbuntur. Hic considerandum erit,[11] ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur, ne quam in aliam rem transeatur,[12] ne ab ultimo repetatur, ne ad extremum prodeatur, ne quid,[13] quod ad rem pertineat,

[k] *Abstinendum est.*

Omnib. abest etiam *quod.* Tum L W θ *in enarrando;* κ *in narratione.*—16 Erf. *non sit dictum*, et ψ *intelligitur.*—17 Leid. 3. *non abest:* Leid. 1. *neque adjuvat:* ed. Omnib. *nec juvat:* et M habet *præterietur* supra lineam.—18 Sch. Voss. 2. Tur. Lamb. Grut. Græv.-Burm. et paucæ aliæ *unumquidque:* Cauch. *unum quidquam.* Dein κ *dicitur.*—19 Erf. *quod in proximo;* et Leid. 1. *desitum sit:* Leid. 2. *des. est.*—20 Septem Oxonn. Mss. cum Lamb. Oliv. et Lall. *dec. brev.*—1 Leid. 1. *ubi cum se br. putent esse:* Leid. 2. *ut cum br. putant.* In ed. Omnib. quoque *putant.*—2 Tur. *brevi;* et M *dicant vel comprehendant.*—3 Fabr. et Grev. non habent *non ut omnino paucas res dicant.* Mox in M legitur *necesse est.*—4 θ omittit *dicere.*—5 L ψ *dixit.*—6 Lamb. censet vocem *respondi* delendam esse.—7 ω 1. *negari esse.* In θ desunt verba *Hic tametsi . . . negavit esse.*—8 Ms. Cauch. et edd. nonnullæ *longius.*—9 B M W θ ψ, Leid. 2. et quædam edd. *quodque pr.* L κ, ω 1. 2. et Oliv. *quidquid pr.* ed. Hervag. *quidquam pr.* Voss. 1. *quidque eorum pr.*—10 *Erunt* deest in Voss. 1.—11 ω 1. *Hæc erit cons.* Plerique Mss. Oxonn. cum Oliv. et Lall. *Hæc erit cons.*—12 M *transferatur*, sed supra lin. ‘vel *se.*’—13 Voss. 1. *neque id.*—

præteréatur: et omnino,[14] quæ præcepta de brevitate sunt, hoc quoque in genere sunt conservanda: [15] nam sæpe res parum est intellecta longitudine magis, quam obscuritate narrationis. Ac verbis quoque dilucidis utendum est: quo de genere dicendum est [16] in præceptis elocutionis. XXI. Probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse [17] ea quæ solent apparere in veritate; si personarum dignitates servabuntur; si causæ factorum extabunt; si fuisse facultates faciundi videbuntur; [18] [*p.* 49.] si tempus idoneum; si spatii satis; [l] si locus opportunus ad eandem rem, qua de re narrabitur,[19] fuisse ostendetur; si res et [20] ad eorum, qui agent, naturam, et ad vulgi morem, et ad eorum, qui audient,[1] opinionem accommodabitur. Ac veri quidem similis [2] ex his rationibus esse poterit. 30. Illud autem [3] præterea considerare oportebit, ne aut, cum obsit narratio, aut cum nihil prosit, tamen interponatur; [4] aut non loco, aut non, quemadmodum causa postulat, narretur.[5] Obest tum,[6] cum ipsius rei gestæ expositio magnam excipit [7] offensionem, quam argumentando, et causam agendo [8] leniri [9] oportebit. Quod cum acciderit,[10] membratim oportebit partes rei gestæ dispergere in causam,[11] et ad [12] unamquamque confestim rationem accommodare, ut vulneri præsto [m] medicamentum sit, et odium statim defensio mitiget. Nihil prodest narratio tunc, cum aut [13] ab adversa-

[l] *Si sit opportunitas temporis, si sit satis intervalli.* [m] *Continuo adsit.*

14 θ *omnia.*—15 M et Leid. 1. *servanda.*—16 ω 1. *quod de gen.* et Voss. 2. *dictum est.*

Cap. XXI. 17 M *esse.*—18 ω 1. *si fac. fac. vid.* Voss. 2. *si fuisse fac. dicendi vid.* Victorin. *si fuisse facultates vid.*—19 ω 2. Lamb. et Schutz. *ad eam rem;* et Leid. 2. 3. *de qua narr.*—20 κ, Voss. 1. Leid. 2. omittunt copulam. Tum B κ ψ, ω 1. 2. Leid. 2. Ald. Junt. Crat. Oliv. et Lall. *agunt.* Porro septem Oxonn. Mss. et omnes Mss. Oud. cum Tur. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *ad vulgi rumorem.* Verba *et ad eorum, qui agent, naturam, et ad vulgi morem* in ψ desunt.—1 κ ψ, ω 1. 2. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *audiunt:* κ *audiant.*—2 ψ *Ac verisimile.*—3 Voss. 1. non agnoscit *autem.*—4 B a m. pr. *ita interp.* et a m. sec. *tamen int.* L W θ, ω 2. et vulg. *tunc interp.* Erf. *tunc tamen int.* et sic κ in marg. Plerique Mss. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *tamen int.*—5 Erf. *postulet, narratur:* B L M W θ κ, Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. *postulet, narretur:* Voss. 2. *postulet, narratur.*—6 Leid. 1. *obest enim tunc.*—7 Purgoldus suspic. *excitat.*—8 θ caret *et causam agendo.*—9 W θ *lenire;* et sic M supra lin.—10 Erf. et plerique Mss. Oud. *accidit.*—11 M κ *in causas.*—12 Edd. vett. non habent præpositionem.—13 κ ψ, ω 1. Voss. 1.

riis re exposita, nostra nihil interest, iterum aut alio modo[14] narrare; aut cum[15] ab iis, qui audiunt,[16] ita tenetur negotium, ut nostra nihil intersit eos alio pacto docere.[17] Quod cum acciderit, omnino narratione supersedendum est. Non loco dicitur, cum non in ea parte orationis collocatur, in qua res postulat: quo de genere agemus tum,[18] cum de dispositione dicemus; nam hoc ad dispositionem pertinet. Non quemadmodum causa postulat, narratur, cum aut id, quod[19] adversario prodest, dilucide et ornate exponitur, aut id, quod ipsum adjuvat,[n] obscure dicitur, et negligenter. Quare, ut hoc[20] vitium vitetur, omnia torquenda sunt ad commodum[1] suæ causæ, contraria,[2] quæ præteriri poterunt, prætereundo; quæ illius erunt,[3] leviter attingendo, sua diligenter[4] et enodate[o] narrando. Ac de narratione quidem satis dictum videtur: deinceps ad partitionem transeamus.[5]

XXII. 31. Recte habita in causa partitio,[p] [d] illustrem et perspicuam totam efficit orationem. Ejus partes duæ sunt, quarum utraque magnopere ad aperiendam causam,[q] et ad[6] constituendam pertinet controversiam. Una pars[7]

[n] *Qui narrat.* [o] *Dilucide.* [p] *In aliqua causa partitio recte adhibita.*
[q] *Ad declarandum rationem causæ.*

Leid. 1. 3. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. omittunt *aut:* W *cum vel aut.*—14 Erf. et Victorin. *iterum eodem modo.*—15 *Cum* in B L M W θ κ, ω 1. deest. Pro *iis,* ω 2. habet *his.*—16 Orell. jubet *audient* rescribendum.—17 B *doceri;* et mox B L *accidit.* Tum Voss. 1. *a narratione.*—18 *Tum* deest in θ et Leid. 1.—19 Græv.-Burm. *aut quod,* sine *id.* Dein B L M W, ω 2. Junt. Oliv. et Lall. *seipsum adj.*—20 θ *ut in hoc.*—1 Leid. 1. *commoda.*—2 κ *contraria sua.*—3 ω 1. *quæ illius erunt commoda:* Voss. 2. *quæ illius commoda erunt.* Pro *quæ illius erunt,* Schutz. susp. legend. *quæ minus poterunt.* Tum θ *leniter.*—4 M, ω 1. 2. Voss. Leid. 1. 2. 3. *commoda sua dil.*—5 Voss. 1. Leid. 2. *dictum est. Deinde ad part. trans.*

Cap. XXII. 6 Oxonn. Mss. et plerique Mss. Oud. cum Tur. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. omittunt præpositionem.—7 Lamb. e uno cod. *partitio:* ei

NOTÆ

[d] *Recte habita partitio*] Partitio sive divisio perfecta, si logicos audimus, est oratio qua totum tribuitur in suas, ut ipsi aiunt, partes subjectivas: imperfecta triplex est, subjecti in accidentia, ut 'homo alius albus, alius niger, alius fuscus:' accidentis in subjecta, ut 'albor alius nivis, alius cycni,' &c. accidentis in accidentia, ut 'dulce aliud album, aliud flavum,' &c.

est, quæ, quid cum adversariis conveniat, et quid in controversia relinquatur, ostendit; ex qua certum quiddam designatur [8] auditori, in quo animum debeat habere occupatum. Altera est, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breviter expositio ponitur distributa; ex qua conficitur, ut certas animo res teneat auditor, quibus dictis intelligat fore peroratum.[r] Nunc utroque genere partitionis quemadmodum conveniat uti, breviter dicendum videtur. Quæ partitio, quid conveniat, aut quid non conveniat, ostendit; hæc debet illud, quod convenit, inclinare ad suæ causæ commodum, hoc modo: Interfectam matrem esse a filio, convenit mihi cum adversariis. Item contra: Interfectum esse a Clytæmnestra [9] Agamemnonem, convenit: nam hic uterque et id [10] posuit quod conveniebat, et tamen suæ causæ commodo consuluit. Deinde, quid controversiæ [11] sit, ponendum est in judicationis expositione; [s] quæ quemadmodum inveniretur, ante dictum est. 32. Quæ autem [12] partitio rerum distributam [13] continet expositionem, hæc habere debet brevitatem,[e] absolutionem, paucitatem. Brevitas est, cum, nisi necessarium, nullum assu-

[r] *Absolvendam esse orationem.*
[s] *Ejus rei in qua præcipua pars causæ consistit.*

tamen utrumque spurium videbatur.—8 Leid. 3. *ex quo certum:* W, ω 1. et ed. Omnib. *quoddam:* et M W θ, Tur. Cauch. Voss. 2. ed. Omnib. *destinatur*; 'et sic margo Hervagianæ Erf. *vel destinatur designatur aud.* ubi *vel destinatur* est varia lectio, quæ ex margine irrepsit in contextum.' *Græv.* In Leid. 2. *significatur.*—9 B *Clytemnestra.*—10 Voces *et id* in L desunt.—11 κ, ω 2. Erf. Hervag. et edd. vett. *in controversia.*—12 Tur. omittit *autem.*—13 κ, ω 2. Erf. Guelf. a m. sec. et omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et

NOTÆ

[e] *Habere debet brevitatem*] Quatuor vulgo divisionis leges statuunt subtiliores dialectici. Prima, divisionis partes debent esse finitæ et paucissimæ: secunda, debent esse minores toto; vitiose itaque sic divideret aliquis, 'homo vel est particeps rationis, vel scientia præditus;' nam 'rationis particeps' tam late extenditur quam 'homo:' tertia, omnes partes simul sumtæ debent adæquare totum, sive, ut hic Tullius loquitur, debet habere absolutionem; male igitur divideretur virtus moralis in prudentiam et justitiam; quid enim de temperantia et fortitudine accideret? quarta, debent esse partes oppositæ; una pars in altera non debet contineri; perperam igitur quis diceret, 'hæc virtus vel est justitia, vel pietas in parentes.'

mitur verbum. Hæc in hoc genere idcirco utilis est, quod rebus ipsis, et partibus causæ, non verbis, neque extraneis ornamentis animus auditoris tenendus est. Absolutio est,[14] per quam omnia, quæ incidunt in causam, genera, de quibus dicendum est,[15] amplectimur: in qua partitione videndum [16] est, ne aut aliquod genus utile relinquatur, aut sero [17] extra partitionem, id quod vitiosissimum [18] ac turpissimum est, inferatur. Paucitas in partitione servatur, si genera ipsa [19] rerum ponuntur, neque permixte cum partibus implicantur.[20] Nam genus est, quod plures partes amplectitur,[1] ut animal. Pars[t] est,[2] quæ subest generi, ut equus. Sed sæpe eadem res alii genus, alii pars est.[3] Nam homo, animalis[4] pars est; Thebani aut Trojani,[5] genus.[f] XXIII. Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio,[u][6] ut aperte intellecta generali partitione,[7] paucitas generum in partitione[x] servari possit. Nam qui[8] ita partitur, Ostendam, propter cupiditatem, et audaciam, et avaritiam adversariorum, omnia incommoda ad rempublicam pervenisse; is non intellexit,[9] in partitione, exposito genere, partem se generis admiscuisse.[10] Nam genus est, omnium ni-

[t] *Species.* [u] *Regula affertur.* [x] *Paucitas partium divisionis.*

Græv.-Burm. *distributarum;* et sic M habet supra lineam.—14 Erf. *Abs. autem est.*—15 ω 1. et Victorin. *postea dic. est.*—16 Junt. et Lamb. *ampl. partitione: in qua vid.* Schutz. e conj. *ampl. partitione: in quo vid.*—17 Græv. ex Erf. adjecit vocem *postea* post *sero*, quam servavit etiam Voss. 1. immo, et Victorin.—18 ω 2. *vit. est.* Leid. 3. *vitiosum*, sine *est.*—19 *Ipsa* in M deest. Dein Leid. 2. *ponantur neque mixte.* Al. *permiste.*—20 ω 1. *implicentur.*—1 κ *complectitur.*—2 Voss. 1. *pars autem est.* Deest verbum Leid. 1.—3 Leid. 1. cum ed. Omnib. *alii pars esse potest.*—4 Schutz. e Leid. 1. *animali.* —5 Leid. 2. *Theb. vel Troj.* M. *Theb. aut Tuscani:* Schutz. e conj. *Thebanis aut Trojanis.* Orell. putat legend. *animali . . . Thebano aut Trojano.* Tum κ et ω 2. *genus est.*

Cap. XXIII. 6 ψ *indicitur perscriptio:* L W θ κ, Erf. et ed. Omnib. ac Schutz. et Orell. *induc. descriptio;* et sic Tur. supra lin.—7 Leid. 2. Schutz. et Orell. *præscriptione.*—8 Erf. *Nam ita qui.*—9 Leid. 1. *intelligit.*—10 Erf.

NOTÆ

[f] *Thebani aut Trojani, genus*] Genus ad substantiam pertinet; esse Trojanum aut Thebanum non est nisi, ut vocant, accidentale; itaque genus hominis proprie esse non potest: alio fortasse rectius uteretur exemplo. Animal est genus respectu hominis, quæ species est: idem animal est species respectu viventis, quod genus est.

mirum libidinum, cupiditas: ejus autem generis [11] sine dubio pars est avaritia.

33. Hoc igitur vitandum est, ne,[12] cujus genus posueris, ejus secum aliquam, sicut diversam ac dissimilem, partem [13] ponas in eadem partitione. Quodsi quod in [14] genus plures incident partes, id cum in prima partitione causæ erit simpliciter expositum, distribuetur eo tempore [15] commodissime, cum ad ipsum ventum erit [16] explicandum in causæ dictione post partitionem. Atque illud quoque pertinet ad paucitatem, ne aut plura,[17] quam satis est,[18] demonstraturos nos dicamus, hoc modo: Ostendam, adversarios, quod arguimus,[19] et potuisse facere, et voluisse, et fecisse; nam fecisse ostendere satis est: [20] aut, cum in causa partitio nulla sit, et cum [1] quiddam simplex agatur, tamen utamur distributione; [2] id quod [3] perraro potest [4] accidere. Ac sunt alia quoque præcepta partitionum, quæ ad hunc usum oratorium [5] non tantopere pertineant; quæ versantur in philosophia, ex quibus [6] hæc ipsa transtulimus, quæ convenire videbantur,[7] quorum nihil in ceteris artibus inveniebamus. Atque his de partitione præceptis,

*partem gen. se adm.* Leid. 1. a m. pr. *partes gen. adm.* Exsulat pronomen etiam a Leid. 3. qui caret mox *autem.*—11 M *generi* supra lineam. Tum Erf. *pars est avaritiæ sine dubio.*—12 ω 2. *nec.*—13 B L W et Mss. ap. Gronov. et Lall. *ejus sicuti aliquam diversam.* 'Lamb. habet *ejus sicuti diversam, &c.* quomodo et Pal. 3. nam Pal. 1. *secuti:* Pal. 2. *secum, &c.* Forte fuit initio, *ejusce aliquam diversam, &c.*' Grut. Erf. *sicuti aliq. div.* ed. vet. *ejus secum secuti aliq. div.* Pal. 1. *ejus secuti adversam:* Cauch. *ejus secuti aliq. div.* Voss. 1. Leid. 2. *ejus secum sicuti aliq. partem div. ac diss.* Leid. 1. *ejus sicuti aliquam partem div. ac diss.* ed. Omnib. *ejus secum sicuti aliq. divisam partem ac diss.* Orell. h. l. ut corruptum notavit, et vocem *secum* uncis inclusit. Schutz. cum Wetzel. e conj. Becichemi, *quum genus pos., ejus speciem aliquam sicut div.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—14 κ et ed. Omnib. *Quod si quidem in:* ψ *Quod si in.* Tum κ *incidunt:* Leid. 1. *accident.*—15 Erf. *temp. co.*—16 Leid. 3. *ventum fuerit.* Deest præpositio ante *causæ* in Leid. 2.—17 κ *plura vel plures.*—18 Leid. 1. caret *est*, sed mox cum ω 2. Voss. 1. et ed. Omnib. ac Victorin. præbet *nos esse dicturos.*—19 Erf. *arguamus.*—20 Erf. *satis est ostendere:* κ *satis est considerare vel ostendere.*—1 Edd. vett. cum Grut. et Græv.-Burm. omittunt *cum.* In Cauch. Tur. Oliv. et Lall. *simplex quiddam;* et sic Oxonn. Mss. Tum omnes Mss. Oud. *agitur.*—2 κ *tamen utatur distr.* ω 1. *tantum distr.*—3 Ed. Omnib. Oliv. et Lall. *idque;* et sic Oxonn. Mss. et Mss. Oud.—4 M et ed. Omnib. *poterit.*—5 Voss. 1. *oratoris.* Mox Voss. 1. Leid. 3. 4. et ed. Omnib. *pertinet:* ω 1. 2. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Wetzel. *pertinent.* Pro *quæ*, Schutz. de suspic. Ern. edidit *sed.*—6 Ex

in omni dictione[8] meminisse oportebit, ut et prima quæque pars, ut exposita est in partitione, sic ordine transigatur, et omnibus explicatis, peroratum sit; hoc modo,[9] ut ne quid posterius præter conclusionem inferatur. [*p.* 50.] Partitur[10] apud Terentium breviter et commode senex[g] in Andria, quæ cognoscere libertum velit:[11]

Eo pacto, et gnati vitam, et consilium meum
Cognosces, et quid[12] facere in hac re te velim.

Itaque quemadmodum in partitione proposuit, ita narrat,[13] primum gnati vitam:

Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,[14]
Liberius vivendi fuit potestas.[15]

Deinde[16] suum consilium:

Et nunc id operam do.[y] [17]

Deinde quid[18] Sosiam velit facere, id quod postremum posuit[19] in partitione, postremum dicit:

Nunc tuum est officium.

Quemadmodum igitur hic et[20] ad primam quamque partem primum accessit,[1] et omnibus absolutis, finem dicendi fecit, sic nobis placet, et ad singulas partes accedere, et omnibus absolutis,[2] perorare. Nunc de confirmatione[3] deinceps, ita ut ordo ipse[4] postulat, præcipiendum videtur.

[y] *Et nunc hoc meum consilium est.*

Victorino Schutz. habet *de qua.*—7 Erf. *videantur.*—8 Voss. 1. *distinctione.*—9 B L M W, Lamb. et Oliv. transposuerunt *hoc modo* ante *Partitur.* In ω 1. 2. *hoc modo* desunt.—10 ψ, Cauch. Leid. 1. et ed. Omnib. *Partitur autem.*—11 M *quod cogn.* et Erf. *velit. Sic dicit.*—12 M *quod.*—13 κ *prop., enarravit:* Leid. 2. *prop., ita enarrat.* Dein Leid. 2. *vitam filii:* al. et ed. Omnib. *vitam nati.*—14 Abest vox *Sosia* ab Voss. 1.—15 Totus hic versus deest in B M W θ κ, ω 1. 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Tur. Pall. Mss. Manutianis exemplis, et ed. Rob. Steph. Schutz. eum delevit: Wetzel. et Orell. uncis includunt. Post *potestas*, L et Leid. 3. addunt *et cetera.* Vox *potestas* non est in Erf.—16 ω 1. omittit *Deinde.*—17 L W *operando.*—18 ω 2. *Post hoc quid:* M W *Deinde quod:* Grut. et Græv.-Burm. *Posthæc quid.*—19 Leid. 2. et ed. Omnib. *extremum posuit.* Voces *in partitione* in ω 1. desunt. Porro Voss. 2. habet *postr. dicitur.*—20 κ non habet copulam.—1 Leid. 1. *ad pr. et quamque partem pr. acc.* ed. Omnib. *ad pr. partem quam acc.* edd. vett. *et ad pr. quamque partem acc.* In Erf. et quibusdam edd. *primum* non legitur.—2 κ *et in omn. abs.* edd. antiquæ *omn. abs. et fin.*—3 κ *consumatione.*—4 Abest *ita* a Voss. 1. *ipse* ab κ ct Leid. 3.

## NOTÆ

[g] *Senex*] Simo, cujus verba depromit ex act. I. sc. 1.

XXIV. 34. Confirmatio est,[5] per quam argumentando, nostræ causæ fidem, et auctoritatem, et firmamentum adjungit oratio. Hujus partis certa sunt præcepta, quæ in singula causarum genera dividentur. Verumtamen non[6] incommodum videtur, quandam sylvam,[z] atque materiam[7] universam ante permistam et confusam[8] exponere omnium argumentationum: post autem tradere, quemadmodum unumquodque genus causæ,[9] omnibus hinc argumentandi rationibus tractis, confirmare oporteat.

Omnes res argumentando confirmantur,[10] aut ex eo quod personis,[h] aut ex eo quod negotiis est attributum. Ac personis[11] has res attributas[12] putamus; nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, studia, consilia, facta, casus, orationes. Nomen[i] est, quod unicuique personæ attribuitur, quo suo quæque proprio et certo vocabulo appelletur.[13] Naturam[k] ipsam definire difficile est:[14]

[z] *Copiam et ubertatem.*

CAP. XXIV. 5 L *Conf. autem est.*—6 L *Ver. si inc.*—7 Voss. 2. *materiem.* —8 Pro *ante perm. et conf.* in κ legitur *atque permistam*, sed in marg. *ante perm. atque conf.*—9 '*Quemadm. un. causæ genus*] Voss. 1. *quomodo unumq.* Dein male vulgo contra Mss. et edd. vett. *genus causæ.*' Oud.—10 ω 1. 2. Tur. Voss. 2. Leid. 2. 3. et Mss. ap. Gronov. et Gothofredum, cum Victorin. et Orell. *Omnis res arg. confirmatur:* ψ *Omnis res confirmantur:* Voss. 1. *Omnis res arg. formatur.*—11 κ, Lamb. et Schutz. *Ac pers. quidem.*—12 ω 1. *contributas.*—13 Pro *attribuitur*, θ, ω 1. 2. Grev. Pal. 2. 3. Voss. 2. Cass. Guelf. 1. *tribuitur:* B L M W ψ, Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. cum Ald. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *datur.* Tum ω 1. *quod suo quæque.* Denique Leid. 1. *voc. nuncupatur:* Ern. e conj. dedit *appelletur;* et sic Schutz. et Wetzel. In Tur. tota sententia sic legitur: *Nomen est uniuscujusque personæ, quo suo quæque pr. et certo voc. appellatur:* Lamb. ed. *Nomen est certum et proprium uniuscujusque personæ vocabulum quo quæque appellatur.*—14 ω 1. *Nat. ips. quo difficile*

## NOTÆ

[h] *Aut ex eo quod personis*] Sylva rerum ac verborum ei nunquam deerit, qui ea omnia attente consideraverit, quæ et personis quibuscum aget, et negotiis de quibus disseret, convenient. Sit Alexander Magnus nobis propositus, cui suadere velimus aliquid, quem laudemus vel vituperemus, accusemus aut defendamus, certe undecim illa capita personis attributa, quæ suggerit Tullius percurrentibus, suppetet uberrimum dicendi argumentum.

[i] *Nomen*] Notum illud ex Platonis Cratylo, rerum imagines esse nomina, quibus, si minus ipsa rerum natura, saltem affectiones exprimantur.

[k] *Naturam*] Naturæ nomine intelliguntur ea, quæ a natura tum animo tum corpori data sunt, sive laudi sive probro verti possint.

partes autem ejus enumerare[15] eas, quarum indigemus ad hanc præceptionem, facilius est. 35. Hæ autem[16] partim divino, partim mortali in genere versantur.[17] Mortalium autem pars[18] in hominum, pars in bestiarum genere numeratur. Atque hominum genus et in sexu[19] consideratur,[20] virile an muliebre sit; et in natione, patria, cognatione, ætate. Natione, Graius[1] an Barbarus;[1] patria, Atheniensis[2] an Lacedæmonius; cognatione, quibus majoribus, quibus consanguineis;[3] ætate, puer an adolescens, natu grandior[4] an senex. Præterea commoda et incommoda[5] considerantur ab natura data animo aut corpori, hoc modo:[6] valens an imbecillus;[7] longus an brevis; formosus an deformis; velox an tardus sit; acutus[8] an hebetior; memor an obliviosus; comis, officiosus, pudens,[9] patiens an contra. Et omnino, quæ a natura data animo et corpori [considerabuntur], in natura consideranda sunt:[10] nam quæ industria comparantur, ad habitum pertinent; de quo posterius dicendum est. XXV. In victu considerare oportet,

*est diffinire.*—15 κ *numerare.*—16 Tur. *Eæ autem:* ψ *Naturæ autem.*—17 Leid. 3. *partim in div., partim in humano gen. vers.* Pro *versantur*, Leid. 1. habet *numerantur.*—18 ω 1. *Mort. hæc pars.* Tum Voss. 1. *in hom. genere, pars in bes. gen. numerutur.* In κ et Leid 1. *numerantur.*—19 Leid. 2. 3. *at hom. gen.* et Leid. 3. *in sexu* sine copula.—20 Tur. et duo Mss. Gryphii *considerandum.* —1 W ψ, ω 2. Voss. 1. Leid. 3. duo Mss. Gryphii, et ed. perantiqua Leoniceni, cum Victorin. et ed. Omnib. *Græcus.*—2 ω 1. *an atheniensis.*—3 L et Leid. 2. 3. *vel quibus cons.* Voss. 1. *et quibus cons.* M *et cons.*—4 ω 1. *an natu grandior.*—5 ψ *comm. an incomm.*—6 Lamb. *corpori: corpori hoc modo,* prob. Grævio.—7 Omnes Mss. Oud. cum Victor. et ed. Omnib. *imbecillis.*—8 Lamb. *tardus sit animo; acutus.*—9 Leid. 3. *an offic., pudens:* unus Ms. Gronovii *off., facetus, pudens:* Leid. 1. *off., facetus, prudens:* B *off., an infacetus, prudens:* κ *off., facetus, an infacetus pudens:* M ψ, Voss. 1. Leid. 3. Victorin. et ed. Omnib. *off., prudens:* Schutz. *facetus, pudens,* deleta e conj. voce *officiosus.*—10 Leid. 1. *ab nat. dantur an. et corp. considerabuntur in natura:* B et Leid. 2. *a nat. data an. et corp. considerantur, in nat. consideranda sunt;* sed in Leid. 2. deest *sunt;* quod abest etiam ab Ms. Cass. et Guelf. Schutz. et Orell. e Voss. 2. ediderunt *a nat. dantur an. et corp. in nat. consideranda sunt.* Vulg. ut Ern. Wetzel. vocem *considerabuntur* delevit. Oud. conjecit legend. simpliciter, *a nat. dantur* (vel *data sunt*) *an. et corp. Nam.* Ern. censet locum ita corrigend. *a nat. et corp. data sunt, in nat. consideranda.*

CAP. XXV. 11 B L M W ψ et ω 1. cum Oliv. Lall. et quibusdam aliis

NOTÆ

[1] *Barbarus*] Dicebatur, quisquis Græcus non erat, ut ait Festus. Hinc 'barbare' pro Latine dixit Plautus in prologo Trinummi, 'Huic nomen Græce est Thesauro fabulæ: Philemo scripsit, Plautus vertit barbare.' Idem fere ait in prologo Asinariæ.

apud quos,[11] et quo more, et cujus arbitratu[12] sit educatus, quos habuerit artium liberalium magistros,[13] quos vivendi præceptores, quibus amicis utatur, quo in negotio, quæstu, artificio[14] sit occupatus; quo modo rem familiarem administret,[15] qua consuetudine domestica sit.[a] In fortuna quæritur, servus sit an liber;[16] pecuniosus an tenuis; privatus an cum potestate; si cum potestate, jure an injuria;[17] felix, clarus, an contra; quales liberos habeat.[18] Ac si[19] de non vivo quæretur,[20] etiam quali morte sit affectus, erit considerandum. 36. Habitum autem appellamus,[1] animi aut corporis constantem et absolutam[2] aliqua in re perfectionem; ut virtutis[3] aut artis perceptionem alicujus, aut quamvis[4] scientiam; et item corporis aliquam commoditatem, non natura[5] datam, sed studio industriaque partam. Affectio[m] est, animi aut corporis ex tempore, aliqua de causa, commutatio,[6] ut lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus,[7] debilitas, et alia quæ genere in eodem reperiuntur.[8] Studium est[9] animi assidua et vehemens ad aliquam

[a] *Quomodo se gerat in convictu domestico.*

*apud quem.*—12 Leid. 3. *arbitrio.* Tum M *et quos hab.*—13 Pro *magistros,* Leid. 3. *doctores.*—14 ψ *artificioso.*—15 Voss. 1. *quo modo,* et W *administrat.* —16 Ed. Omnib. *quæretur, servus an liber.* In Voss. 1. *si servus an lib.* L κ et Leid. 2. *servusne sit, an lib.*—17 ω 1. et Voss. 2. *jure an cum injuria,* sed in Voss. 1. voces *si cum potestate* omittuntur.—18 In ψ desunt *quales liberos habeat.*—19 M a m. pr. *At si;* a m. sec. *Aut si;* et sic Leid. 1. In θ *An si.*—20 κ, Voss. 1. Leid. 2. 3. *quæritur:* Voss. 2. *quæratur.* Pro *etiam,* M habet *in.* Mox *erit* abest Leid. 3.—1 B M W, ω 2. Voss. 2. Leid. 2. 3. *Hab. autem hunc app.* θ κ *Hab. hunc app.* Voss. 1. *Hab. autem consideramus.*—2 Schutz. e Victorino edidit *et usu absol.*—3 Voss. 1. *vel virt.* B W θ, ω 1. Tur. Leid. 1. a m. sec. ac Leid. 3. et Voss. 2. cum ed. Omnib. *aut virt.* quod Oud. præfert. Schutz. e Victorino habet *ut virtutem.*—4 κ *cujusvis,* sed in marg. *quamvis.* Mox Leid. 3. *itemque corp.*—5 θ *naturam.* Mox omnes Mss. Oxonn. cum Tur. Junt. Oliv. Lall. et Orell. *et industria.*—6 B *ac comm.*—7 θ non habet *morbus.*—8 Tur. *reperientur.*—9 Leid. 3. *Studium hoc est:* Tur. Junt. et ed. Omnib. *Studium est autem.* Vulg. *Studium autem est.* Ern. delevit vocem *autem,* quæ abest a B κ, Leid. 1. 2. Voss. 1. et quam Schutz. Wetzel. et Orell.

NOTÆ

[m] *Affectio*] Quod Græci πάθος, recte Tullius hic vocat 'affectionem.' Alibi 'perturbationem,' 'morbum animi' et 'ægritudinem' minus proprie appellat, quibus vocabulis ii tantum animi motus designantur, qui rationi consentanei non sunt. Vossius non improbat cum eodem πάθη vel 'commotiones animorum' vel simpliciter 'permotiones' vocari.

rem applicata magna cum voluntate [10] occupatio, ut philosophiæ, poëticæ,[11] geometriæ,[n] literarum:[b] consilium est aliquid faciendi, aut non faciendi [vere] excogitata ratio.[12] Facta autem, et casus, et orationes tribus ex temporibus considerabuntur;[13] quid fecerit, aut quid ipsi acciderit,[14] aut quid dixerit; aut quid faciat, quid ipsi accidat, quid dicat;[15] aut quid facturus sit, quid ipsi casurum sit,[c] qua sit usurus oratione. Ac personis quidem hæc videntur esse[16] attributa.

XXVI. 37. Negotiis autem quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in gestione negotii considerantur, partim adjuncta[17] negotio sunt, partim gestum negotium consequuntur. Continentia cum ipso negotio sunt ea quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari.[18] Ex his prima est brevis complexio totius negotii, quæ summam continet facti, hoc modo: Parentis occisio, patriæ proditio: deinde causa[19] ejus summæ, per quam, et quamobrem, et cujus rei causa factum sit, quæritur:[20] deinde ante rem gestam quæ facta sunt,[1] continenter[2] usque ad ipsum negotium: deinde, in ipso gerendo negotio[3] quid actum sit: deinde, quid postea factum sit.[4]

[b] *Eruditionis.* [c] *Quid sit ipsi eventurum.*

omittunt.—10 ψ *voluptate.*—11 B W θ κ et quatuor Mss. Oud. et ed. Omnib. cum Victorin. *poëtriæ:* alii Oxonn. Mss. et vulg. *poëtices:* e Mss. Guelf. Cass. *poëticæ* dedit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—12 Schutz. et Wetzel. e duobus Mss. dederunt *non faciendive exc.* quod Oud. probaverat. Vulg. *aut non faciendi vere excog.* Vocem *vere* delevit in Ms. Cass. manus secunda. Wetzel. eam uncis includit. Voces *vere excog. ratio* in ω 1. desunt.—13 Voss. 1. *considerantur.*—14 Leid. 3. *quidve ipsi acc.* B et ed. Omnib. *aut quid sibi acc.* κ *aut quid ei acc.*—15 B, ω 1. 2. et quatuor Mss. Oud. *et quid faciat:* ω 1. *quid ipsi accidit;* et Leid. 3. *aut quid dicat.* Leid. 1. omittit verba *quid ipsi acc., quid dicat.*—16 Ed. Omnib. caret *esse.*

CAP. XXVI. 17 ω 1. *in gestione adjuncta.* Verbum substantivum *sunt* non est in Mss. ap. Gronov. nec ed. Omnib.—18 ψ *posse sep.*—19 ω 1. *deinde est causa.*—20 B *quæretur.*—1 Tur. *gestam rem, quæ facta sint.* Lamb. et Orell. quoque habent *facta sint.*—2 ω 2. *quæ continentur.*—3 Leid. 1. *regendo neg.* Deest *negotio* in ω 1. et Leid. 1.—4 M *denique quid, &c.* ω 2. *deinde quid est,*

## NOTÆ

[n] *Geometriæ*] Scientiæ sive artis, qua tum locorum intervalla, tum rerum quæ sub aspectum cadunt, longitudinem et latitudinem, altitudinem ac profunditatem dimetimur. Γῆ *terra,* μέτρον *mensura.*

38. In gestione autem negotii, qui locus secundus erat[5] de iis quæ negotiis attributa sunt, quæritur[6] locus, tempus, occasio, modus,[7] facultates. Locus consideratur,[8] in quo res gesta sit, ex opportunitate quam videatur habuisse[9] ad negotium administrandum. Ea autem opportunitas quæritur ex magnitudine, intervallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate,[d] natura ipsius loci, et vicinitate totius regionis.[10] Ex his etiam attributionibus: [*p.* 51.] sacer an profanus, publicus an privatus, alienus an ipsius,[11] de quo agitur, locus sit an fuerit.[12] 39. Tempus est,[13] id quo nunc utimur, (nam ipsum quidem generaliter definire[o] difficile est,[14]) pars quædam æternitatis, cum alicujus annui, menstrui, diurni, nocturnive[15] spatii certa sig-

[d] *Frequentia.*

*quod postea factum est.*—5 Voss. 1. *fuerat.*—6 Tur. Voss. 2. et plerique Oxonn. Mss. *quæretur;* et sic vulg. Cass. Guelf. 1. 2. Voss. 1. Leid. 1. 2. et edd. vett. cum Schutz. Wetzel. et Orell. habent *quæritur.* κ habet *quæruntur* supra lin. —7 Oxonn. Mss. cum Junt. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *tempus, occasio, modus.* Dein Voss. 1. 2. et sex Oxonn. Mss. cum Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *facultas.*—8 In θ et bonæ notæ exemplari ap. Gronov. legitur: *Locus non ex eo nobis quod est locus considerandus est, sed qualis sit, ut ex opportunitate ejus ad aliquid, in eo aut fieri potuisse, aut non potuisse doceamur. Locus cons. &c.* nisi quod præpositio ante *aliquid* in θ deest, et pro *doceamur* idem Ms. habet *doceamus.*—9 Leid. 2. *videantur*, sine *habuisse:* Leid. 3. *videbatur hab.* et mox *quæretur.*—10 B, Voss. 2. et Tur. *et vicinitatis et tot. reg.* Voss. 1. *et ex vicin. tot. reg.* Voss. 3. *et vicinitate et tot. regionis:* ed. Omnib. *ex vicin. tot. reg.*—11 B W *anne priv.* et Voss. 2. Leid. 3. *alienus anne ips.*—12 M, Tur. et unus Ms. Oud. cum Schutz. et Orell. *aut fuerit:* B *an fuerit*, et supra lin. 'vel aut.'—13 Vulg. *Tempus autem est.* Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt *autem.*—14 ω 1. *diff. est diffinire.* Tum pro *pars*, in κ *Est* legitur.—15 L *alic. animi, mensurni, vespertini, noct.* κ *alic. mensurni vespertini, noct.* θ ψ *alic. mensurni, noct.* Cod. Medic. *alic. annui, mensurni, vespertini, noct.* ed. Omnib. *alic. anni mensura diurna vespertina nocturnave spatii.* Pro *menstrui*, in Pal. 1. a m. sec. Grev.

## NOTÆ

[o] *Ipsum generaliter definire*] Temporis naturam in genere definire, quatenus ipsum mundi conditum imaginandi vi fingitur præcessisse, arduum et operosum esse dicit. Quo pertinet illud Augustini Confess. XI. 14. 'Quid est ergo tempus? si nemo ex me quærit, scio; si quærenti explicare velim, nescio.' Tempus definit Aristot. Physic. IV. 11. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ χρόνος ἀριθμὸς κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον· *Hoc enim est tempus numerus motus ratione prioris et posterioris.* Id est, tempus est mensura motus summe æquabilis, qualis est conversio supremæ sphæræ, quæ in tota naturæ universitate maxime nota est. Duorum tamen præcipue siderum conversione conficitur, solis atque lunæ, quorum prior circuitu suo annum, luna mensem facit.

nificatione.[16] In hoc et quæ præterierint,[17] considerantur; et eorum ipsorum, quæ propter[18] vetustatem obsoleverint, ut incredibilia videantur,[p] et jam in fabularum numerum[19] reponantur; et quæ jam diu gesta, et a memoria nostra remota,[20] tamen faciant[1] fidem, vere tradita esse, quod eorum[2] monumenta certa in literis extent; et quæ nuper gesta sint, quæ scire plerique possint:[3] et item quæ instent in præsentia,[4] et quæ maxime[5] fiant, et quæ consequantur. In quibus potest[6] considerari, quid ocyus, et quid serius[7] futurum sit. Et item communiter in tempore perspiciendo longinquitas ejus est consideranda:[8] nam sæpe[9] oportet commetiri cum tempore negotium, et videre, potueritne aut magnitudo negotii aut multitudo rerum in eo transigi tempore.[10] Consideratur autem tempus et anni, et mensis, et diei, et noctis, et vigiliæ, et horæ, et in[11] aliqua parte alicujus horum. XXVII. 40. Occasio[q] est[12] pars temporis,

Voss. 1. Leid. 1. 2. *mensurni*; et sic Schutz. '*Menstrui, diurni*] Mss. plures *mensurni*, ut et Priscian. citat. Favent edd. pr. *mensura diurni*, usque ad Aldum; a quo vulgatum est. In Ms. Cass. additur *vespertini*.' Ern. Vulg. ut Ern.—16 ω 1. *cum certa signif.*—17 θ, Leid. 3. et Guelf. 1. 2. cum Wetzel. *præterierint*: alii Mss. et edd. *præterierunt*.—18 B L W θ, ω 1. Leid. 1. 2. 3. *quæ aut propter*. Tum θ κ, Voss. 2. et duo Mss. ap. Lamb. *obsoluerunt*: Voss. 1. Leid. 1. 3. *obsoluerint*: Leid. 2. et Wetzel. *obsoleverint*: al. Mss. et edd. *obsoleverunt*. Denique B *aut incred. vid.* et B W θ κ *ut jam*. Leid. 1. non habet *jam*.—19 L W, Voss. 1. Leid. 2. 3. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *numero*.—20 Lamb. ed. *tum ea, quæ tametsi jamdiu gesta, et a mem. nostra rem. sint*.—1 Voss. 1. *faciunt*.—2 L et Leid. 2. 3. *quia eorum*. Tum Leid. 2. *certis in lit.* et Voss. 2. *exstant*: L M W θ κ, ω 1. 2. Leid. 1. 2. 3. et ed. Omnib. *existant*.—3 Voss. 1. ed. Omnib. *gesta sunt*; et L, Leid. 1. 3. Voss. 2. *plerique possunt*.—4 Leid. 1. *in præsenti*. Vid. cap. 17.—5 Auct. Excerpt. de L. Rhet. p. 277. *et quum maxime*; et sic Tur. et Schutz. Orell. e conj. dedit *et quæ quum maxime*.—6 Leid. 3. *posset*.—7 Leid. 3. et Auct. Excerpt. de L. Rhet. *quid ocyus, quid serius*: ω 1. *quod otius et quod serius*.—8 Voss. 1. *conspicienda*.—9 Leid. 3. *semper*.—10 Grev. *eo trans.* omissa præpositione. Leid. 3. omittit *tempore*.—11 Voss. 2. *aliqua*, sine præpositione. Dein Voss. 1. a m. pr. *alicujus horæ*: unde Schutz. conjecit legend. *aut alicujus partis horæ*.

Cap. XXVII. 12 Vulg. *Occasio autem est*. Ern. cum paucis codd. delevit

## NOTÆ

[p] *Ut incredibilia videantur*] Talia sunt quæ de Græcorum historiis leguntur ante Olymp. I. quæ incidit in an. ante Chr. 776. Ante hæc tempora quæ a profanis scriptoribus produntur, fabulis quam vero propiora sunt, ut ex Varrone Censorinus observat.

[q] *Occasio*] 'Tempus actionis opportunum Græce εὐκαιρία, Latine appellatur occasio.' Cic. de Off. I. I. § 142.

habens in se alicujus rei idoneam faciendi aut non faciendi [13] opportunitatem: quare cum tempore hoc [14] differt: nam genere quidem utrumque idem esse intelligitur: [15] verum in tempore spatium quodammodo declaratur, quod in annis, aut in anno, aut in aliqua anni parte spectatur: in occasione, ad spatium temporis, faciendi quædam opportunitas intelligitur adjuncta: quare cum genere idem sit, fit aliud, quod parte quadam [16] et specie, ut diximus, differat.[17] Hæc distribuitur in tria genera; publicum, commune, singulare. Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat, ut ludi, dies festus,[18] bellum. Commune,[19] quod accidit omnibus eodem [20] fere tempore, ut messis, vindemia, calor, frigus: singulare autem [1] est, quod aliqua de causa privatim solet alicui accidere, ut nuptiæ, sacrificium, funus, convivium,[2] somnus. 41. Modus est,[3] in quo, quemadmodum, et quo animo factum sit, quæritur. Ejus partes sunt,[4] prudentia et imprudentia. Prudentiæ ratio [5] quæritur ex iis quæ clam, palam, vi, persuasione fecerit: imprudentia autem [6] in purgationem confertur, cujus partes [7] sunt inscientia, casus, necessitas, et in affectionem animi, hoc est, molestiam, iracundiam, amorem, et cetera, quæ in simili genere versantur. Facultates sunt,[8] aut quibus facilius fit,[9] aut sine quibus aliquid [10] confici non potest.

XXVIII. Adjunctum [e] [r] autem negotio [11] id intelligitur, quod

[e] *Circumstantia.*

*autem*, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—13 ψ *faciendæ aut non faciendæ.* Verba *aut non faciendi* suspecta Ernestio.—14 ψ *hæc.*—15 B *intellegitur* semper.—16 Leid. 3. *fit aliud quiddam, quod parte quadam:* W *fit aliud, parte quadam.*—17 W et Lamb. *differt.*—18 Sch. Leid. 2. *ludum, dies festos.* In ed. Omnib. *festi.*—19 Junt. et Lamb. *Comm. est.*—20 ω 1. *de eodem.*—1 Deest *autem* in Leid. 3.—2 Leid. 2. *conviviæ.*—3 Vulg. *Modus autem est.* Hic quoque Ern. delevit *autem*; quam vocem Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt.—4 κ *Ejus pars sunt duæ.*—5 Al. *Prud. autem ratio:* ω 1. *Prud. autem oratio.*—6 *Autem* in L deest.—7 Ed. Omnib. *ejus partes.* Tum Victorin. et ed. Omnib. *inscitia*; et sic B, sed habet ‘vel *inscientia*’ supra lin. Denique ω 1. *necessitudo.*—8 Leid. 3. et ed. Omnib. *Fac. autem sunt.*—9 θ *sit.*—10 ω 1. *aliquod.*

NOTÆ

[r] *Adjunctum*] Quæ tradit obiter hic Cicero de adjunctis, de majori et minori, de simili, contrario, genere et specie, ea referri debent ad locos

majus, et quod minus, et quod simile erit ei negotio, quo de agitur, et quod æque magnum,[12] et quod contrarium, et quod disparatum, et genus,[13] et pars, et eventus. Majus et minus, et æque magnum, ex vi, et ex numero,[14] et ex figura negotii, sicut ex statura corporis, consideratur.[15] 42. Simile autem ex specie comparabili, aut ex conferenda[16] atque assimilanda natura judicatur. Contrarium[s] est, quod positum in genere diverso, ab eodem,[17] cui contrarium esse dicitur, plurimum distat,[18] ut frigus calori, vitæ[19] mors.[t] Disparatum[u] autem[20] est id quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo: Sapere et[1] non sapere. Genus est,[2] quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas.[3] Pars est, quæ subest generi, ut amor, avaritia.[4] Eventus est alicujus exitus[5] negotii, in quo quæri solet,

Cap. xxviii. 11 Leid. 3. *negotiis*.—12 ω 2. Schutz. Wetzel. et Orell. transponunt verba *et quod æque magnum*, post *quod minus*. In κ legitur *quod majus, minus et quodcunque magnum et simile erit ei neg.* ω 2. Leid. 2. 3. Voss. 1. 2. et ed. Omnib. *de quo agitur*. M *æque est magnum*. Denique *quod contrarium* in L desunt.—13 κ *et quod genus*.—14 ω 2. *ex vi, ex numero:* ed. Omnib. et Victorin. *ex vi et numero:* Schutz. e suspicione edidit *ex rerum et personarum vi et numero*.—15 ψ, ω 1. et Voss. 2. *considerantur:* Leid. 3. *considerabitur*. —16 ω 1. *Simile autem aut ex specie*. θ κ *comparabili: comparabile ex conf.* ψ, ω 2. Tur. et Sch. a m. sec. cum Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *comparabili: comparabile autem ex conf.* Leid. 1. *ex specie corporali, aut ex conf.* B L M W, Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. Sch. a m. pr. Victorin. et edd. vett. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *comparabili, aut ex conf.* Tum Leid. 3. *et assim.* al. *atque assimulanda*.—17 L et Leid. 2. *ab eo*. Dein Leid. 2. a m. pr. Sch. et Voss. 2. *contr. dic.* omisso *esse*.—18 κ, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. *differt*.—19 κ *calor, vita:* Sch. *calore, vita*.—20 Leid. 2. omittit *autem*.—1 In L voces *sapere et* desunt. Voss. 1. Leid. 3. Victorin. Schutz. et Orell. non agnoscunt copulam, prob. Oud.—2 ω 1. *Genus*, sine *est*.—3 L supra lin. *cupiditati*.—4 M *ut*

NOTÆ

rhetoricos, de quibus agendi proprius est in Topicis locus.

[s] *Contrarium*] Multo accuratior est Peripateticorum definitio. Contraria sunt ea, inquiunt post Aristotelem, quæ sub eodem genere maxime distant, et eidem subjecto vicissim insunt, a quo mutuo se expellunt, nisi alterum eorum insit a natura: e. g. sub genere coloris albor et nigrities, sub genere habitus virtus et vitium, error et scientia maxime differunt.

[t] *Vitæ mors*] Non contrarie, sed privative, ut aiunt logici, mors opponitur vitæ.

[u] *Disparatum*] Privationem vocant logici, cum forma quæ negatur de subjecto ipsi convenire potest, ut siquis homo visu careat; negationem, cum forma subjecto non convenit, ut visus lapidi: non videre in homine privatio, in lapide negatio appellatur.

quid ex quaque re[6] evenerit, eveniat, eventurum[7] sit. Quare hoc in genere, ut commodius,[8] quid eventurum sit, ante animo colligi possit, quid quaque ex re soleat evenire, considerandum est, hoc modo: Ex arrogantia odium,[f] ex insolentia arrogantia.[9]

43. Quarta autem pars est ex iis, quas negotiis dicebamus esse attributas,[10] consecutio. In hac eæ res[11] quæruntur, quæ gestum negotium consequuntur:[12] primum, quod factum est, quo id nomine appellari conveniat: deinde, ejus facti qui sint principes et inventores, qui denique auctoritatis ejus et inventionis comprobatores atque æmuli:[g] deinde, ecquæ ea de re,[13] aut ejus rei sit lex, consuetudo, actio, judicium, scientia, artificium:[14] deinde, natura[15] ejus evenire vulgo soleat, an insolenter et raro:[h][16] postea, homines id sua auctoritate comprobare, an offendi[17] in his consueverint; et cetera, quæ factum aliquod similiter confestim,[18] aut ex intervallo solent consequi.[19] Deinde postremo, attendendum est, num quæ res ex iis rebus, quæ sunt positæ[20] in partibus honestatis aut utilitatis,[1] consequantur; de quibus in deliberativo genere causæ distinctius

[f] *Oriri solet.*
[g] *Quinam hoc de quo agitur, primi fecerint; quinam deinde factum probaverint ac secuti sint.*
[h] *Deinde, an id quod evenit ex tali facto naturaliter et sæpe oriatur, an infrequenter et raro.*

*cupiditati avaritia:* B *ut amor avaritiæ.*—5 Tur. *exitus alicujus.*—6 L et Leid. 3. *ex qua re.*—7 Sch. a m. sec. Voss. 2. Leid. 1. et octo Oxonn. Mss. cum Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *eventurumque.*—8 Sch. et Victorin. *commode.*—9 Schutz. e conjectura, cum Wetzel. dedit *Ex insol. arrog., ex arrog. odium.* In κ *Ex arrog., exit,* sed in marg. scribitur, *odium exit.* *Et ex insol.* —10 M *quus res neg. &c.* Leid. 1. *quæ dic. esse attributa:* Schutz. et Wetzel. *quæ neg. dic. esse attributa.* Oud. suspic. vocem *rebus* excidi post *iis.*—11 Leid. 2. *in qua,* et B W *hæ res.*—12 θ *sequuntur.*—13 Voss. 1. *Dein:* B ψ omnes Mss. Oud. cum Victorin. et ed. Omnib. *et quæ:* et Leid. 3. Victorin. *de ea re.*—14 B *consuetudo, pactio vel actio, jud., scientia, artif.* ω 1. *consuetudo ut medicina, actio, judicium, sententia, artif.* Pro *scientia,* ψ habet *sententia;* et sic M supra lineam.—15 κ *deinde a nat.* Victorin. *deinde quid ex nat.* probb. Mureto et Capperon.—16 Octo Oxonn. Mss. et vulgo *ac raro.*—17 κ *aut offendi:* Voss. 1. Leid. 1. Tur. Cass. Schutz. et Orell. *an offendere.* Vulg. *an offendi.* Tum Tur. et Orell. *in iis;* et ω 1. *consueverunt:* B, Tur. Guelf. I. et Orell. *consuerint.*—18 Sch. Voss. 1. *aliquid:* θ et ed. Omnib. *simile:* et Schutz. e Leid. 1. *aut confestim.* Denique Voss. 1. *aut int.* sine præpositione. —19 Quædam edd. vett. teste Lambino, *sequi.*—20 ψ *ex his rebus pos. sunt.*—

erit dicendum. Ac negotiis quidem fere res eæ, quas commemoravimus, sunt attributæ.[2]

XXIX. 44. Omnis autem[3] argumentatio, quæ ex iis locis, quos commemoravimus, sumetur, aut probabilis aut necessaria debebit esse. Etenim, ut breviter describamus,[4] argumentatio videtur esse inventum[5] [x] ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessarie[6] demonstrans. Necessarie[7] demonstrantur ea, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri nec probari possunt, hoc modo: Si peperit, cum viro concubuit.[y] Hoc genus argumentandi, quod in necessaria demonstratione versatur, maxime tractatur[8] in dicendo, aut per complexionem, aut per enumerationem, aut per simplicem conclusionem. 45. Complexio[z] est, in qua, utrum concesseris, reprehenditur,[9] ad hunc modum: Si improbus est, cur uteris? sin probus,[10] cur accusas? Enumeratio est, in qua, pluribus rebus expositis, et ceteris infirmatis, [*p.* 52.] una reliqua necessario[11] confirmatur, hoc pacto: Necesse est aut[12] inimicitiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicujus amici[13] gratia; aut, si horum nihil est, ab hoc[14] non esse occisum:

1 Leid. 3. *util. et hon.*: ω 2. *hon. et util.*—2 B *hæ*: L *quas commemoravi*; et θ *attributæ*, sine verbo *sunt*.

CAP. XXIX. 3 Voss. 1. non agnoscit *autem*, et mox habet *sumitur*.—4 ψ *eam descr.*—5 θ et Sch. *inventa*. Tum Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. Tur. Schutz. et Orell. *aliquo ex gen.*—6 Voss. 1. 2. Leid. 1. *necessario*.—7 Leid. 1. *Necessitate*: ω 2. *Necessario*.—8 M *tractabitur*.—9 Sch. Leid. 1. et plerique Mss. Oxonn. cum Oliv. *reprehendetur*. Tum ed. Omnib. *in hunc modum*: Leid. 3. *hoc modo*.—10 Omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Oliv. *si probus*.—11 H. l. omnes codd. et edd. habent *necessario*, præter Leid. 1. in quo *necessaria* legitur.—12 L *Nec. esse aut*: κ *Nec. est autem*.—13 ω 2. *aut metu aut spei*: plerique Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *aut metu aut spe*: Tur. *aut metus aut spei*

NOTÆ

[x] *Videtur esse inventum*] A logicis argumentatio definitur, operatio mentis ab una veritate nota ad alteram prius ignotam progredientis.

[y] *Si peperit, cum viro concubuit*] Necessaria conclusio ethnicis ordinem rerum tantum naturalem intuentibus. Nam alias certum est Christum singulari miraculo virgine matre natum esse.

[z] *Complexio*] Alibi argumenti conclusionem, hic dilemma significat; quæ species argumentationis utrum concesseris reprehendit. Tullius in epist. ad Q. Fratr. 'Nam si implacabiles iracundiæ sunt, summa est acerbitas; sin autem exorabiles, summa levitas.'

nam sine causa maleficium susceptum esse non potest: sed neque inimicitiæ fuerunt, nec metus ullus, nec spes ex morte illius alicujus commodi, neque ad amicum hujus aliquem mors illius[15] pertinebat: relinquitur igitur, ut ab hoc non sit occisus. Simplex autem conclusio[16] ex necessaria consecutione conficitur,[17] hoc modo: Si vos me istud[18] eo tempore fecisse dicitis, ego autem[19] eo ipso tempore[20] trans mare fui; relinquitur,[1] ut id, quod dicitis, non modo non fecerim, sed ne potuerim quidem facere. Atque hoc diligenter[2] videre oportebit, ne quo pacto genus hoc refelli possit, ut ne confirmatio[3] modum in se argumentationis solum[4] habeat, et quandam similitudinem necessariæ conclusionis, verum ipsa argumentatio ex necessaria ratione consistat.[i]

46. Probabile autem est id,[5] quod fere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hæc[6] quandam similitudinem, sive id falsum est, sive verum.[7] In eo genere, quod fere solet fieri, probabile hujusmodi est: Si mater est, diligit filium:[8] si avarus est,[9] negligit jusjurandum. In eo autem,[10] quod in opinione positum est, hujusmodi sunt probabilia: impiis apud inferos[a] pœnas

[i] *Danda est opera, ut confirmatio non præ se ferat formam argumentationis et speciem aliquam necessariæ conclusionis, sed ut vere ipsa argumentatio conficiatur ex rationibus necessario concludentibus.*

*alicujus, aut amici.*—14 ψ *si horum non aliquid ab hoc.*—15 Omnib. Lamb. Grut. et Græv.-Burm. *ejus.*—16 ω 2. *est conclusio quæ.*—17 In Leid. 3. pro *conficitur*, legitur *est.*—18 B *illud me.*—19 Deest *autem* Leid. 1. 3.—20 *Ex eo temp.* Voss. 1. *eo* abest Leid. 3. In κ *eo temp.* omisso *ipso.*—1 κ *relinq. igitur:* Sch. *relinq. ergo.*—2 κ *hoc quidem dilig.*—3 M *nec conf.* Voss. 1. *ut nec conf.* plerique Mss. Oxonn. cum Oliv. et Lall. *et ne conf.* Lamb. e libb. vett. præferebat *infirmatio.* Tum ω 2. *modum ipsum arg.*—4 W θ omittunt *solum.*—5 θ non agnoscit pronomen *id.* Dein Leid. 3. *quod semper fere;* et Orell. e Tur. *solet fieri.*—6 Junt. et Lamb. *ad hoc.*—7 κ *falsum sit:* et M W θ κ, ω 2. *sive verum. Verum in.*—8 ω 1. *Si autem pater dilig. fil.* Vox *filium* in M deest.—9 κ, ω 2. Sch. et Voss. 1. *avarus*, sine *est*, prob. Oud.—10 κ et

NOTÆ

[a] *Impiis apud inferos*] Non esse commentitia inferorum supplicia censet Plato in Gorgia, cum de iis egregie disserentem Socratem inducit. Quid senserit Tullius, ambigitur; aliquando enim fidem iis abrogat, non modo cum in concione dicit ad populum, verum etiam cum philosophico more res accuratius expendit. Sic enim in orat. pro Cluent. § 171. ‘ Nam nunc

esse præparatas;[11] eos, qui philosophiæ dent operam, non arbitrari Deos esse.[b] XXX. Similitudo autem in contrariis et paribus, et in iis rebus quæ sub eandem[12] cadunt rationem, maxime spectatur. In contrariis, hoc modo: Nam si iis, qui imprudentes[c] læserunt,[13] ignosci convenit, iis, qui necessario profuerunt,[14] haberi gratiam[15] non oportet. 47. Ex pari, sic: Nam ut locus sine portu,[16] navibus esse non potest tutus; sic animus sine fide, stabilis amicis[17] non potest esse. In iis rebus[18] quæ sub eandem rationem cadunt, hoc modo probabile consideratur: Nam si Rhodiis[d]

ω 2. carent *autem.*—11 L κ ψ, Grev. Voss. 1. Leid. 1. 3. *paratas*, prob. Oud. Cap. XXX. 12 M *eadem.*—13 ω 2. *imprudenter leserunt.*—14 *Profuerunt* in κ deest, sed scribitur in marg.—15 Oxonn. Mss. et Oliv. *habere grat.* In Voss. 2. *oportebit.*—16 L W θ κ ψ, ω 1. 2. Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. Victorin. et edd. vett. cum Schutz. *locus in mari sine portu.*—17 ψ *amicus:* in ω 2. omit-

NOTÆ

quidem quid tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptiis ac fabulis ducimur, ut existimemus illum apud inferos supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos, quam hic reliquisse: a socrus, ab uxorum, a fratris, a liberum pœnis actum esse præcipitem in sceleratorum sedem atque regionem. Quæ si falsa sunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris?' Et Tusc. Qu. I. I. § 36. 'Sed ut Deos esse natura opinamur, qualesque sint, ratione cognoscimus; sic permanere animos arbitramur consensu nationum omnium: qua in sede maneant, qualesque sint, ratione discendum est: cujus ignoratio finxit inferos, easque formidines, quas tu contemnere non sine causa videbare.' Contrariam in opinionem inclinat Philipp. XIV. § 32. 'Illi igitur impii, quos cecidistis, etiam ad inferos pœnas parricidii luent; vos vero, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem et locum consecuti.'

[b] *Non arbitrari Deos esse*] Convicium hic facit Tullius philosophis, quos atheos probabile esse dicit. Omnium mentem imbuit Deorum opinio, si paucissimos excipias; Epicurum qui re sustulit, oratione reliquit Deos; Protagoram qui esse dubitavit; Diagoram, Theodorum Cyrenaicum, et alios fortasse nullius aut obscuri nominis, qui nullos esse omnino putaverunt.

[c] *Nam si iis, qui imprudentes, &c.*] Hic contraria sunt prodesse et nocere: sed ipsa contraria, quemadmodum observat Victorinus in hunc locum, non faciunt argumentum, nisi habeant inter se aliquam similitudinem: hic itaque animorum similitudo est. Nam si ille imprudenter obfuit, hic necessitate profuit; neque ille voluit obesse, neque hic voluit prodesse. Ergo si ignoscitur ei qui non voluntate, sed imprudentia læsit; et illi gratia non habenda est, qui non voluntate profuit, sed necessitate.

[d] *Nam si Rhodiis*] Locus ex Aristot. Rhet. II. 43. expressus, ubi nescio quis Diomedon publicanus accusatus, quod redimendis publicis vec-

turpe non est portorium [19] locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere.[k] Hæc tum vera sunt, hoc pacto: Quoniam cicatrix est,[20] fuit vulnus; tum verisimilia, hoc modo: Si multus [1] erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat.

Omne autem (ut certas quasdam in partes distribuamus [2]) probabile, quod sumitur [3] ad argumentationem, aut signum est, aut credibile, aut judicatum, aut comparabile. 48. Signum est, quod sub sensum [4] aliquem cadit, et quiddam significat, quod ex ipso profectum videtur,[5] quod aut ante fuerit,[6] aut in ipso negotio, aut post sit consecutum, et tamen indiget testimonii et gravioris confirmationis; ut cruor, fuga, pallor, pulvis, et quæ his sunt similia. Credibile est, quod sine ullo teste, auditoris opinione firmatur,[l] [7] hoc modo: Nemo est, qui non liberos suos incolumes et beatos esse cupiat. Judicatum [e] est, res assensione, aut

[k] *Tradere conducenti vectigal, quod in portu exigitur ex rerum portatione.*
[l] *Credibile est argumentum quod per se ipsum fidem facit, neque ut probetur desiderat testem.*

titur.—18 M *In iis omnibus rebus.*—19 Voss. 1. Leid. 2. 3. *portum*, improb. Oud. Tum B L M W θ κ ψ *nec Hermacr.* Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *nec Hermocreonti.* Victorin. quoque *Hermocr.*—20 ω 1. 2. Voss. 1. *si cicatrix:* et ω 1. caret *est.* Dein ω 2. *vulnus affuit:* Leid. 2. *affuit vulnus.*—1 Octo Oxonn. Mss. cum Oliv. *multa.*—2 κ, Leid. 1. et Tur. *tribuamus.*—3 Tur. *sumetur.*—4 Sch. *in sensum.*—5 κ *prof. esse videatur.*—6 Deest *aut* Leid. 1. In ω 1. Voss. 2. et Leid. 1. *antea fuerit.*—7 κ *auditoris animus;* et L *opinione confirma-*

NOTÆ

tigalibus rem familiarem amplificaret, ita causam peroravit: *Si vobis turpe non est vectigalia vendere, neque publicanis ea redimere turpe fuerit.* Εἰ γὰρ μηδ' ὑμῖν αἰσχρὸν τὸ πωλεῖν, οὐδ' ἡμῖν τὸ ὠνεῖσθαι.

*Rhodiis*] Rhodus insula in mari Carpathio. *L'île de Rhodes.*

[e] *Judicatum*] A rebus judicatis deducitur argumentum. Quod enim sapientum auctoritate semel aut sæpius stabilitum est, id nullo modo censetur esse immutandum. Præjudicium vocat Asconius rem quæ cum statuta fuerit, affert judicaturis exemplum quod sequantur. Tullius Catilinam plectendum esse a præjudiciis sic probat orat. I. in Catil. § 3. et 4. 'An vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Tiberium Gracchum, mediocriter labefactantem statum reip., privatus interfecit: Catilinam orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua prætereo, quod Q. Servilius Ahala Sp. Melium, novis rebus studentem, manu sua occidit . . . Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid resp. detrimenti caperet. Nox nulla intercessit; interfectus est propter quasdam

auctoritate, aut judicio alicujus,[8] aut aliquorum comprobata. Id tribus in generibus spectatur;[9] religioso, communi, approbato. Religiosum est, quod jurati legibus judicarunt:[m] commune est, quod omnes[10] vulgo probarunt, et secuti sunt, hujusmodi: ut majoribus natu assurgatur, ut supplicum[11] misereatur: approbatum est, quod homines, cum dubium esset, quale haberi oporteret,[12] sua constituerunt auctoritate: velut Gracchi[f] patris factum, quem

[m] *Religiosum est si quid de re aliqua jurati judices ex legibus judicarunt.*

*tur.*—8 *θ et jud. alic.* *ω* 2. *aut jud. aut alic.*—9 *Spectatur* non est in Voss. 1. —10 L omittit *omnes.* In Sch. *vulgo homines prob.* Voss. 1. 2. Leid. 2. et Tur. *homines vulgo prob.* ed. Omnib. *omnes communiter prob.*—11 L *supplitium:* Pal. 1. *simplicium:* Grev. *supplicium.*—12 *κ cum id dub.* et Leid. 3. *hab.*

NOTÆ

seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, majoribus: occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Simili senatusconsulto, C. Mario et L. Valerio coss., permissa est resp. Num unum diem postea L. Saturninum trib. pleb., et C. Servilium prætorem, mors ac reip. pœna remorata est? At nos vicesimum jam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim hujusmodi senatusconsultum, verumtamen inclusum in tabulis tanquam in vagina reconditum: quo ex senatusconsulto confestim interfectum te esse, Catilina, convenit.'

[f] *Velut Gracchi*] Cum veteris codicis plagula in editione Schrevelii, tum vero Victorini commentarius, locum hunc mutilum ostendit. Ita codex: *velut gracci* (lege *Horatii*) *factum est a pop. Rom. approbatum, quod occidit sororem, cum illa devictum ab eo Curiatium hostem deleret* (l. *defleret*), *et velut Gracchi, &c.* Victorinus autem, scriptor antiquus, et alias urbis Romæ rhetor, hunc locum sic exponit: 'Approbatum est, inquit Tullius, quod cum dubium esset circa qualitatem bonam malamve, ad unam partem homines inclinaverunt. Ut, inquit, cum sororem Horatius occidisset et de facto ejus populus esset incertus, tamen absolutus est. Deinde, ut Tib. Gracchus, cum censor,' &c. Tale autem fuit Gracchi quod hic perstringitur factum. C. Claudius Appius Pulcher et T. Sempronius Gracchus censores, cum, in equitibus recensendis, multis equos ademissent, publica invidia, annitentibus tribunis plebis, flagrarunt. Odiosior omnibus Appius populi sententia unus damnandus erat. Gracchus conceptis verbis juravit, si quid in collegam decerneretur, non expectato de se judicio, comitem exilii futurum. Constans Gracchi integritas populum ad absolvendum Appium commovit A. U. C. 585. ante Chr. 169. Pighius ex asteriscis qui in antiquis libris notantur, locum hunc truncum arbitratur, et sic fere supplendum conjicit: 'Velut Gracchi patris factum, collegam reum non deserentis, sed utriusque causam unam esse volentis. Quem pop. Rom. ob id factum, et quod insciente collega in censura nihil gessit, post censuram iterum consulem fecit,' anno scilicet 591. ante Chr. 163.

populus Romanus eo, quod insciente collega in censura nihil egisset, post censuram consulem fecit.[13] 49. Comparabile autem est,[14] quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet. Ejus partes sunt tres;[15] imago, collatio, exemplum. Imago[g] est oratio demonstrans corporum aut naturarum[16] similitudinem: collatio est oratio rem cum re ex[17] similitudine conferens. Exemplum est, quod rem, auctoritate aut casu[18] alicujus hominis aut negotii, confirmat, aut infirmat.[19] Horum exempla et descriptiones in præceptis elocutionis cognoscentur.[20] Ac fons quidem confirmationis, ut facultas[1] tulit, apertus est,[n] nec minus dilucide, quam rei natura ferebat, demonstratus est:[2] quemadmodum autem quæque constitutio, et pars constitutionis, et omnis controversia, sive in ratione,[3] sive in scripto versetur,[o] tractari debeat, et quæ in quasque[4] argumentationes conveniant, singillatim[5] in secundo libro[h]

[n] *Principia confirmationis pro viribus nostris explicata sunt.*
[o] *Sive dicendum sit pro sententia ac mente scribentis, sive pro ipsis scripti verbis.*

*oporteat.*—13 Pal. 1. præmittit hæc verba: *velut gracchi factum est a populo Rom. approbatum, quod occidit sororem, cum illu devictum ab eo Curiatium hostem deleret, et velut Gracchi, &c.* Ed. Omnib. *Veluti Oratii factum a populo approbatur quod occidit sororem, cum illa devictum Curiatium hostem doleret; et velut, &c.* Hinc Schutz., auctoritate cod. Pal. et Victorini, restituit: *velut Horatii factum, a populo approbatum, quod occidit sororem, cum illa devictum Curiatium hostem doleret; vel ut Gracchi patris, quem populus Rom. ob id reum factum, quod insc. coll. in cens. non nihil egisset, post cens. iterum consulem fecit.* In Voss. 1. *veluti Gr.* M W θ, Voss. 2. *uti Gr.* B L *ut Gr.* Tum B *Rom. id factum eo quod:* L W θ κ *Rom. id factum quod:* ψ *Rom. quietum ob id factum quod:* Sch. *velut Gr. factum populus Romanus qui cum ob id factum eo quod:* Junt. Crat. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *velut Gr. patris factum, quem pop. Rom. ob id quod;* et sic Orell. qui *factum* uncis inseruit ante *quod.* Omnes Mss. Oud. (excepto Voss. 2.) et edd. vett. habent *ob id factum quod.* Præterea plures Mss. Oxon. et omnes Mss. Oud. cum edd. vett. ac etiam Oliv. et Lall. *gessit.*—14 θ *est* omittit.—15 W θ et paucæ edd. carent *tres.*—16 Schutz. e Sch. *aut corp. aut nat.*—17 Præpositio non est in Leid. 2.—18 κ *aut auct. aut casu.*—19 Sch. *aut conf. aut inf.* Victor. et Leid. 2. *conf. atque inf.*—20 ψ *agnoscentur.*—1 Voss. 1. *facilitas.*—2 ψ *apertum est:* Schutz. *demonstr.* omisso verbo.—3 Voss. 2. *sive ratione;* et mox θ et Voss. 1. *versatur:* Tur. *versabitur:* Sch. *quæ versabatur.*—4 Leid. 3. *quæ argumenta;* et ψ cum ed. Omnib. *in quamque.*—5 ω 1. Voss. 1. Leid. 3. *singulatim:* ω 2. et ed. Omnib. *sigillatim.*

NOTÆ

[g] *Imago*] Ad translationem refertur ab Aristotele, estque brevior similitudo.

[h] *Secundo libro*] § 46. &c. fuse de scripti et sententiæ controversia disserit.

de unoquoque genere dicemus. In præsentia[6] tantummodo numeros, et modos, et partes argumentandi confuse et permixte[7] dispersimus: post descripte[8] et electe in genus quodque causæ, quid cuique conveniat,[9] ex hac copia digeremus.

50. Atque inveniri quidem omnis ex his locis argumentatio poterit: inventam exornari,[10] et certas in partes distingui, et suavissimum est, et summe[11] necessarium, et ab artis scriptoribus maxime neglectum: quare et de ea præceptione nobis in hoc loco[12] dicendum visum est, ut ad inventionem argumenti,[13] absolutio quoque argumentandi[p] adjungeretur. Et magna cum cura[14] et diligentia locus hic omnis[15] considerandus est, quod non solum rei[16] magna utilitas est, sed præcipiendi quoque summa difficultas.

XXXI. 51. Omnis igitur argumentatio aut per inductionem tractanda est, aut per ratiocinationem. Inductio[i] est oratio, quæ rebus non dubiis captat assensionem[17] ejus

[p] *Perfectio argumentationis.*

—6 Leid. 1. a m. sec. et Pal. 2. *In præsentiarum:* Grev. *In præsenti.*—7 L, ω 1. 2. Sch. Leid. 1. 3. *conf. et permixtim.* Desunt *et perm.* Voss. 2.—8 Ed. Omnib. *et post discrete:* Leid. 3. *post autem discrete:* Sch. Voss. 2. Leid. 2. 3. *descripte:* M κ ψ, Junt. Grut. et Græv.-Burm. *post discrete:* ω 2. *post discretæ s. discrete:* B L W θ, ω 1. Grev. Pall. 1. 2. 3. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *post descripte.*—9 L W θ κ, ω 1. 2. *quid unicuique conveniat:* Schutz. e conj. *quod cuique conveniat.*—10 Leid. 2. *inventa:* Leid. 3. *inventam autem:* et Sch. *ornari.*—11 Leid. 3. *et quidem suav. est, et quidem summe.*—12 B L M W θ κ, Pal. 1. 2. et quinque Mss. Oud. cum Tur. Junt. et ed. Omnib. *et in hoc loco:* ω 1. *in loco hoc.* Tum *visum* omittunt M, Pal. 3. Grev. Grut. Oliv. et Græv.-Burm. In Grev. *videtur dicendum:* W θ κ ψ *visum est*, et B L *est visum*, omisso *dicendum:* ω 1. 2. Pal. 1. 2. omnes Mss. Oud. et edd. pr. cum Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *dicendum visum est*, vel *dic. est visum.* Oud. conj. Ciceronem scripsisse *dicendi visum est.* Vid. Nott. Varr.—13 B M, Leid. 1. 2. Pal. 1. et edd. ante Ald. non habent *argumenti.* In ψ *ratio argumentandi.* Porro vox *quoque* abest ab L W θ, ω 2. Voss. 1. Leid. 2. et *absolutio quoque argumentandi* ab Sch. et Leid. 3. In Leid. 1. *ut ad inv., argumentandi ratio adj.* Pal. 3. solum habet *ut ad inv. argumentandi adjung.* Grev. *argumenti absolutio adjung.* Schutz. *absoluta quoque ratio adjung.*—14 Sch. *cura*, sine *cum.*—15 L et Leid. 3. non habent *hic*, nec κ *omnis.*—16 Tur. *rei solum.*

NOTÆ

[i] *Inductio*] Est argumentatio quæ ex pluribus collationibus pervenit quo intendit. Quintilian. v. 11. hoc affert exemplum: 'Quod pomum generosissimum? puto quod optimum: et equus? qui velocissimus. Ita hominum, non qui claritate nascendi, sed qui virtute maxime excellet.'

quicum instituta est; quibus assensionibus facit, ut illi dubia quædam res, propter similitudinem earum rerum quibus assensit,[18] probetur; velut apud Socraticum Æschinem[19] [k] demonstrat Socrates,[l] cum Xenophontis[20] [m] uxore, et cum ipso Xenophonte Aspasiam[n] locutam; [*p.* 53.] Dic mihi, quæso, Xenophontis uxor, si vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes, utrum illius an tuum malis?[1] Illius, inquit. Quid si[2] vestem et ceterum ornatum muliebrem[3] pretii majoris habeat, quam tu habes, tuumne an illius malis? Illius vero, respondit.[4] Age, inquit, si virum[5] illa meliorem habeat, quam tu habes, virumne tuum

CAP. XXXI. 17 Schutz. e conj. dedit *assensiones.*—18 Leid. 3. *assentit.*—19 Leid. 2. *Socratinum Æsch.* In Sch. et Leid. 2. *Æschinen:* B *Eschinen.*—20 Leid. 3. *cum ipsa Xen.*—1 κ, Lamb. et ed. Omnib. omittunt *utrum.* In W θ, Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. et uno cod. Gronovii *utrum illiusne, an tuum malis:* L *utrumne an illius malis:* Tur. *utrumne illius an tuum malis.*—2 Octo Oxonn. Mss. et Oliv. cum paucis aliis *Quod si.*—3 L M W θ κ et Leid. 3. *ornamentum muliebrem:* Sch. Voss. 1. a m. sec. Leid. 1. ed. Omnib. Junt. ac Crat. cum Alcuino *ornamentum muliebre.*—4 ω 2. et omnes Mss. Oud. *respondit: illius vero;* nisi quod a Sch. et Alcuino absit *vero;* et quod Schutz. quoque omittit. Verbum exsulat ab W θ et ed. Omnib.—5 L *Age vero, si inquit virum:* ω 2. *Age, inquit, quid si virum:* Voss. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *Age si inquit virum:* Sch. *Age sis, inquit. Quid si virum:* Leid. 1. 2. *Age, sit, inquit. Quid si virum:*

## NOTÆ

[k] *Socraticum Æschinem*] Non oratorem illum Demosthenis æmulum, qui Socratem, ut in ejus vita scribit Apollonius, nunquam audivit; sed alium Atheniensem, ignobili loco natum, perpetuum Socratis comitem, cujus dialogos plurimos a Xantippe acceptos sibi tribuere ferebatur. Laërt. in ejus vita. Claruit Olymp. LXXVII. annis ante Chr. 372.

[l] *Socrates*] Philosophiæ parens, Apollinis oraculo sapientissimus hominum appellatus, natus est Athenis Olymp. LXXVII. an. 4. ante Chr. 469. Eodem semper vultu visus est, maximus ceteroqui cavillator, adeo ut *εἴρων* nominaretur: quod de Diis male sentiret, a judicibus damnatus, venenum intrepidus hausit anno ætatis 70. Ipse quidem literam nullam reliquit: verum et Plato, et Æschines, et alii primas ipsi in dialogis partes assignant: nam hic erat mos discipulis, quemadmodum notat Marius Victorinus, ut ingenio proprio reperta ad magistros referrent.

[m] *Xenophontis*] De quo identidem Cicero in lib. II. de Oratore, et nos ibidem in notis dicemus.

[n] *Aspasiam*] Non uxorem Xenophontis, ut falso credidit Quintilianus, sed Milesiam nobilem sophistriam, ipsiusque Socratis, teste Athenæo, in eloquentiæ studiis magistram, quæ pudicitiæ minus consulens cum tandem nupsisset Pericli, duorum subinde bellorum et Samii et Peloponnesiaci causa extitit. Plut. in Pericle, et Suidas. Claruit Olymp. LXXXVII. annis ante Chr. 470.

an illius malis?[6] Hic mulier[7] erubuit. 52. Aspasia autem[8] cum ipso Xenophonte sermonem instituit. Quæso, inquit, Xenophon, si vicinus tuus equum meliorem habeat,[9] quam tuus est; tuumne equum malis an illius?[10] Illius, inquit. Quid si[11] fundum meliorem habeat, quam tu habes, utrum tandem fundum habere malis?[12] Illum, inquit, meliorem scilicet. Quid si[13] uxorem meliorem habeat, quam tu habes,[14] utram malis? Atque hic Xenophon quoque ipse[15] tacuit. Post Aspasia: Quoniam uterque vestrum,[16] inquit, id mihi solum non respondit, quod ego solum audire volueram,[17] egomet dicam, quid uterque cogitet: nam et tu, mulier, optimum virum mavis[18] habere, et tu, Xenophon, uxorem habere[19] lectissimam maxime vis.[20] Quare, nisi hoc perfeceritis,[1] ut neque vir melior, neque fœmina lectior in terris sit, profecto id semper,[2] quod optimum putabitis[3] esse, multo maxime requiretis,[4] ut et tu maritus sis quam optimæ,[5] et hæc quam optimo viro[6] nupta sit. Hic cum

Wetzel. *Age, si virum.* Tum in L *illa* deest.—6 ω 1. 2. *tuumne virum malis an illius:* L κ *tuumne an illius malis:* M W θ et quatuor Mss. Oud. *utrumne tuum virum an illius malis:* Pal. 1. *ne tuum an illius malis:* Pal. 3. *utrum tuum an illius malis:* Alcuin. *utrum et tuum virum malis, an illius:* B ψ, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *utrumne tuum, an illius malis:* Tur. *utrumne tuum malis virum, an illius.* Schutz. e Leid. 1. *utrum tuum malis, an illius:* Omnib. Victorin. et Orell. *virumne tuum malis, an illius:* Junt. *virumne tuum, an illius malis.*—7 κ *At mulier.*—8 *Autem* non est in ed. Omnib. κ habet *Asp. vero.* Dein Tur. ω 1. et Lamb. *serm. cum ipso Zenoph.*—9 Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *meliorem eq. habeat:* Voss. 1. *eq. mel. habuerit.* Porro Voss. 2. *quam tu habes:* ed. Omnib. *quam tu habeas.*—10 Pro *tuumne equum malis, an illius,* Voss. 2. habet *utrum illius malis.*—11 Oxonn. Mss. et paucæ edd. *Quod si.*—12 Ed. Omnib. *utrum talem fundum;* et Voss. 1. *habere mavis.*—13 Hic quoque Oxonn. Mss. et paucæ edd. *Quod si.*—14 Deest *habes* a Sch. et Alcuino. Tum Tur. Oxonn. Mss. et plures Mss. ac vulgo, *utrum illius malis.* E Leid. 1. 2. et optimo Gronov. dedit Ern. *utram malis,* et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—15 Leid. 2. caret *hic,* κ *Xenophon,* et M cum ed. Omnib. *ipse.* In Leid. 1. et libb. vett. ap. Lamb. *conticuit.*—16 Ed. Omnib. *uterque enim vestrum.*—17 ω 1. *et ego solum aud. volueram:* Sch. *quod ego aud. voluero:* ed. Omnib. *quod uterque enim volueram.*—18 Sch. Voss. 2. a m. pr. Tur. a m. pr. optimus Gronov. Victorin. Alcuin. Schutz. Wetzel. et Orell. *vis.*—19 Exsulat verbum *habere* a Leid. 3. et Alcuin. Dein κ *electissimam.*—20 Victorin. *max. cupis.*—1 Leid. 2. *Quare ut nisi;* et ed. Omnib. *hæc perf.* Mox M *neque vir in terra melior.*—2 Tur. *prof. semper id.*—3 Voss. 1. *putabatis.*—4 ω 1. *magis req.* κ *maxime inquiretis.* Tum Sch. a m. pr. et Alcuin. *et mar.* Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. et Schutz. *tu ut mar.*—5 B L M κ, ω 1. *opt. fœminæ:* W θ ψ, ω 2. Voss. 1. Leid. 2. ed. Omnib. Oliv. et Lall. *opt. mulieris:* al. Mss. et edd. non habent *mulieris.* Porro Schutz. secutus ed. Omnib. delevit copulam ante *hæc.*—6 *Viro* suspectum est Ernestio. Oud. mallet id delere. Pro *nupta sit,*

rebus non dubiis esset assensum, factum est propter similitudinem, ut etiam illud, quod dubium videbatur,[7] si quis separatim quæreret, id pro certo,[8] propter rationem rogandi, concederetur.[9] 53. Hoc modo sermonis[10] [o] plurimum Socrates usus est,[11] propterea quod nihil ipse afferre ad persuadendum volebat, sed ex eo, quod sibi[12] ille dederat, quicum disputabat,[13] aliquid conficere malebat, quod ille ex eo, quod jam[14] concessisset, necessario[15] approbare deberet. XXXII. Hoc in genere præcipiendum nobis videtur, primum, ut illud, quod inducemus[16] per similitudinem, ejusmodi sit, ut sit necesse concedi: nam ex quo postulabimus nobis illud, quod dubium sit,[17] concedi, dubium esse idipsum non oportebit.[18] Deinde illud,[19] cujus confirmandi causa fiet inductio, videndum est, ut simile iis rebus sit, quas res, quasi non dubias, ante induxerimus: nam ante aliquid nobis concessum esse, nihil proderit,[20] si ei dissimile erit id, cujus causa illud concedi primum voluerimus: deinde non intelligat,[1] quo spectent illæ primæ inductiones, et ad quem sint exitum perventuræ. 54. Nam qui videt, si ei rei,[2] quam primo rogetur, recte assenserit, illam quoque

in ω 2. *lucta sit.*—7 Sch. a m. pr. et Leid. 2. *videretur.* Dein Voss. 2. *si quid sep.* Sch. Leid. 2. Schutz. et Orell. *si qui sep.*—8 Leid. 3. *idcirco:* Leid. 2. *et id pro certo:* ed. Omnib. *id profecto.*—9 M *interrogandi;* et Leid. 2. *concederet:* ed. Omnib. *concederent.*—10 *Sermonis* in κ deest.—11 Tur. *Socr. plurimum;* et L *in usus est.*—12 θ *quod cum sibi.*—13 Voss. 2. *qui cum eo disp.*—14 θ et Sch. *qui jam.*—15 L *necessarium.*

Cap. XXXII. 16 θ, ω 2. Sch. Voss. 2. et ed. Omnib. *inducimus:* κ *induximus.*—17 ω 2. *dubium est.*—18 *Id ipsum* desunt Leid. 2. B L M W, et ed. Omnib. cum Oliv. *id ipsum quod inducimus non oportebit.*—19 Voss. 1. *Denique illud.* Tum W et θ non habent *confirmandi.* In Leid. 1. *firmandi.* Denique Leid. 2. 3. *fit inductio.*—20 ω 1. *ante aliquid conc. nobis nihil esse prod.*—1 ω 2. *intelligat is quicum agimus:* ψ *intelligant:* ω 1. Oliv. Wetzel. et quædam aliæ edd. *intelligatur:* Leid. 2. *ne* (pro *non*) *intelligat:* Leid. 3. et Sch. a m. pr. *intelligant,* suprascripto *s. is quicum agimus:* Schutz. e Leid. 1. *ne intelligat is, quicum agimus:* Junt. Grut. Græv.-Burm. Lall. et Orell. *intelligat.* Ern. censet e Ms. Leid. *quicum agimus* delendum esse, aut scribendum *intelligatur.*—2 M et ω 1. *Nam qui videt ante concessum,* sed in ω 1. desunt voces *si ei rei.* Dein κ *quam primus:* Voss. 1. Leid. 1. et octo Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *quæ primo:* al. Mss. et edd.

NOTÆ

[o] *Hoc modo sermonis*] Socrates minutis interrogatiunculis id, quod sibi proposuerat, solebat efficere; ut videre est in omnibus Platonis dialogis.

rem, quæ sibi displiceat,[3] esse necessario concedendam, plerumque aut non respondendo,[4] aut male respondendo longius procedere rogationem[q][5] non sinit. Quare ratione rogationis imprudens ab eo quod concessit, ad id quod non vult concedere, deducendus[6] est. Extremum autem aut taceatur oportet, aut concedatur, aut negetur. Si negabitur,[7] aut ostendenda est similitudo earum rerum, quæ ante concessæ sunt, aut alia utendum inductione. Si concedetur,[8] concludenda est argumentatio. Si tacebitur, aut[9] elicienda est responsio; aut, quoniam taciturnitas[10][p] imitatur confessionem, pro eo, ac si concessum sit,[11] concludere oportebit argumentationem. Ita fit[12] hoc genus argumentandi tripertitum: prima pars ex similitudine constat[13] una, pluribusve; altera ex eo, quod concedi volumus, cujus causa similitudines adhibitæ sunt; tertia ex conclusione, quæ aut confirmat concessionem,[14] aut, quid ex ea conficiatur, ostendit. XXXIII. 55. Sed quia[15] non satis alicui videbitur dilucide demonstratum, nisi quod ex civili causarum genere exemplum[16] subjecerimus; videtur hujusmodi[17] quoque utendum exemplo, non quo[18] præceptio differat; aut aliter hoc in sermone atque in dicendo[19] sit utendum:[r] sed ut

[q] *Interrogationem.*

[r] *Aut utendum sit hoc exemplo inductionis aliter in sermone philosophi, aliter in dictione oratoris.*

*quam primo*, prob. Oud. Ern. existimat veriorem lectionem esse *quæ prima.* —3 Deest *sibi* Leid. 3. In κ et Voss. 2. *displicet.*—4 L *respondens.* Leid. 1. caret *non*, suprascr. *respuendo.*—5 B W, Leid. 1. 2. *rationem*, sed B habet rogationem supra lineam. In ω 1. *rationem procedere.*—6 Ed. Omnib. *ducendus.* Mox deest *autem* Leid. 1.—7 Sch. *Si autem neg.* Leid. 2. *Si negetur.*—8 L M et Leid. 2. *Si concedatur:* W θ *Si conceditur.*—9 Sch. non habet *aut.* In Tur. *resp. est.*—10 Voss. 1. *quando tac.*—11 κ *conc. esset:* ω 1. *conc. est.* —12 θ et ω 1. *sit.*—13 Leid. 1. *consistit.*—14 M *affirmat*; et Leid. 3. *confessionem.*

CAP. XXXIII. 15 Exsulat *quia* a Leid. 1. Tum Leid. 3. *alicui videtur:* Oxonn. Mss. et paucæ edd. *videb. alicui.*—16 B L *nisi quid . . . exemplum:* κ *nisi quod . . . exempli:* ω 1. Tur. et quidam Mss. ap. Lamb. ac omnes Mss. Oud. cum Schutz. et Orell. *nisi quid . . . exempli.*—17 M *vid. esse ejusmodi:* B W θ κ, Tur. et omnes Mss. Oud. ac Orell. *ejusmodi.*—18 W *utendi exemplo;* et M *non quod.*—19 B *quam in dic.* sed habet ' v. *atque*' supra lin. Quidam

NOTÆ

[p] *Taciturnitas*] Recte in Euripidis Iphig. in Aul. Αὐτὸ δὲ τὸ σιγᾶν ὁμολογοῦντός ἐστί σου· *Ipsum tuum silentium te confitentem arguit.* Et regula 43. Juris, 'Qui tacet consentire videtur.'

eorum voluntati satisfiat, qui, quod[20] aliquo in loco viderint, alio in loco, nisi demonstratum est, nequeunt cognoscere. Ergo in hac causa, quæ apud Græcos est pervagata,[s] quod Epaminondas,[1] [q] Thebanorum imperator,[r] ei,[2] qui sibi ex lege prætor successerat, exercitum[3] non tradidit, et cum paucos ipse dies contra legem exercitum tenuisset,[4] Lacedæmonios funditus vicit,[5] poterit accusator argumentatione uti per inductionem, cum scriptum legis contra sententiam defendat,[t] ad hunc modum:[6] 56. Si, judices,[7] id, quod Epaminondas ait legis scriptorem sensisse, ascribat[8] ad legem, et addat exceptionem[s] hanc: EXTRA QVAM SI QVIS[9] REIPVBLICAE CAVSA EXERCITVM NON TRADIDERIT,[10] pati-

[s] *Notissima.*
[t] *Cum tueatur ipsa verba legis contra interpretationem allatam ab Epaminonda.*

putant *docendo* legendum, teste Lamb.—20 θ *vol. fiat, quod quod.* Dein Leid. 1. simpliciter exhibet, *aliquo in loco nisi monstretur, neq. cogn.* Voss. 1. Leid. 1. 2. *alio.* Ab ed. Omnib. abest *aliquo.* ω 1. Sch. Voss. 2. Leid. 3. *viderunt:* Voss. 1. *videtur.* Porro ψ, ω 1. et quidam Mss. ap. Gronov. *monstretur:* Leid. 2. et Sch. *monstratum est*, suprascr. *monstretur:* M W θ, Voss. 1. ed. Omnib. *monstratur:* B *demonstratur:* L *monstratum est:* Voss. 2. Tur. Schutz. et Orell. *monstratum:* Lall. e Mss. suis et Mss. ap. Gronov. dedit *monstratum sit.* Vulg. *demonstratum est.* Denique M *agnoscere.*—1 Sch. *pvulgata:* Leid. 3. *pervulgata.* B W θ ψ, Sch. Leid. 3. ed. Omnib. *cum Epam.* Leid. 1. *quod cum Epam.* B M W semper habent *Epaminundas.*—2 θ, Sch. Voss. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *quod ei.* Leid. 1. caret τῷ *ei.*—3 In ed. Gronov. vox *exercitum* omissa est contra Mss. omnes et edd. vett.—4 κ *ipse post dies*; et Tur. *exerc. retinuisset.*—5 Ed. Omnib. *penitus devicit:* Victorin. *funditus evertit, ac vicit.*—6 κ ψ *hoc modo.*—7 Leid. 2. *Si ergo jud.*—8 θ omittit *adscribat.*—9 M *extra quam*, et supra lin. 'vel *excepto.*' Desunt *si quis* ed. Omnib.

NOTÆ

[q] *Epaminondas*] Vir et liberalium artium et disciplinæ militaris gloria insignis, Thebanorum civium suorum columen, Lacedæmoniorum hostium terror, multis pro patria fortiter gestis, in extremo prælio victor de hostibus, ad Mantineam in ipsa morte triumphavit anno 2. Olymp. cv. ante Chr. 359. Diodorus, Xenophon, Corn. Nepos.

[r] *Imperator*] Notare debemus omnes magistratus et prætores Imperatores appellatos; ut hic, 'quod Epaminondas Thebanorum imperator ei, qui sibi ex lege prætor successerat;' cum imperatori succedere debeat imperator. *Victorinus.*

[s] *Exceptionem*] Sic definitur ab Ulpiano. Exceptio, inquit, dicta est, quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cujusque rei solet, ad excludendum id quod in intentionem condemnationemve deductum est. Ejus vulgatæ sunt formulæ, 'Extra quam si quid ita factum sit, uti lege fieri licuit.' 'Si in ea re nihil dolo malo actoris factum sit,' &c.

emini? non opinor. Quodsi vosmetipsi, quod a vestra religione et sapientia[11] remotissimum est, istius honoris causa[u] hanc eandem exceptionem, injussu populi, ad legem ascribi jubeatis, populus Thebanus id patieturne[12] fieri? profecto non patietur. Quod ergo ascribi[13] ad legem nefas est, id sequi, quasi ascriptum sit,[14] rectum vobis videatur? Novi vestram intelligentiam,[15] non potest ita videri, judices. Quodsi literis corrigi neque ab illo, neque a vobis scriptoris voluntas potest; videte ne multo[16] indignius sit, id re et judicio vestro mutari, quod ne verbo[17] quidem commutari potest. Ac[18] de inductione quidem satis in præsentia dictum videtur. 57. Nunc deinceps ratiocinationis vim et naturam[19] consideremus.

XXXIV. Ratiocinatio est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum et per se cognitum, sua se vi et ratione[20] confirmet. Hoc de genere qui diligentius considerandum putaverunt, cum idem usu[1] dicendi sequerentur, paululum[2] in præcipiendi ratione dissenserunt: nam partim quinque ejus partes esse dixerunt, partim non plus, [p. 54.] quam in tres partes posse distribui putaverunt.[x] Eorum controversiam non incommodum videtur[3] cum utrorumque ratione exponere: nam et brevis est,[4] et non ejusmodi, ut alteri prorsus nihil dicere putentur,[5] et locus hic nobis in dicendo minime negligendus videtur.

58. Qui putant in quinque distribui[6] partes oportere, aiunt, primum convenire exponere summam argumentationis, ad hunc modum: Melius accurantur, quæ consilio[7]

[u] *Ut istum Epaminondam honoretis.*
[x] *Alii quinque partes habere dixerunt, alii tantum tres.*

—10 θ *tradidit.*—11 L et Voss. 2. *et a sap.*—12 Oxonn. Mss. et quædam edd. *patiturne id.*—13 Ed. Omnib. *scribi.*—14 Ed. Omnib. *id assequi;* et κ ac Leid. 1. *scriptum sit.* Dein Lamb. Grut. Græv.-Burm. et al. *rectumne:* Leid. 2. *ratum.* Præterea W κ, Tur. Lamb. Grut. et Græv.-Burm. *videtur.*—15 Leid. 3. *vestram prudentiam.*—16 Leid. 2. *multum.*—17 θ et tres Mss. Oud. *nec verbo.*—18 *Ac* in κ deest.—19 B *vim naturamque.*

Cap. XXXIV. 20 θ *sua vi se rat.* Leid. 1. *sua se quasi vi rat.*—1 κ, Junt. et Lamb. *cum in usu:* M *cum eundem usum.*—2 κ *sequentur.* ψ, ω 1. 2. Tur. et Oliv. *paulum.* Dein præpositio ante *præcipiendi* non est in Sch.—3 Leid. 3. *inc. mihi vid.*—4 κ *nam brev. est.*—5 κ ψ *dicere videantur.* Mox deest *nobis*

geruntur, quam quæ sine consilio administrantur. Hanc primam partem numerant: eam deinceps [8] rationibus variis, et quam copiosissimis verbis approbari putant oportere,[9] hoc modo: Domus ea, quæ ratione regitur, omnibus instructior [10] est rebus, et apparatior, quam ea [11] quæ temere et nullo consilio administratur. Exercitus is, cui [12] præpositus est sapiens et callidus imperator, omnibus partibus [13] commodius regitur, quam is qui stultitia et temeritate alicujus administratur.[14] Eadem navigii ratio [15] est: nam navis optime cursum conficit ea, quæ scientissimo gubernatore utitur. 59. Cum propositio [16] sit hoc pacto approbata, et duæ partes transierint ratiocinationis, tertia in parte aiunt, quod ostendere velis, id [17] ex vi propositionis oportere assumere, hoc pacto: [18] Nihil autem omnium rerum melius, [19] quam omnis mundus, administratur. Hujus assumtionis quarto in loco aliam porro inducunt approbationem,[20] hoc modo: Nam et signorum ortus et obitus [y] definitum quendam ordinem servant,[1] et annuæ commutationes, non modo quadam ex necessitate [2] semper eodem modo fiunt; verum ad utilitates quoque [3] rerum omnium sunt accommodatæ, et diurnæ nocturnæque vicissitudines,[4] nulla in re [5] unquam mutatæ quicquam nocuerunt. Quæ signo [6] sunt omnia,[z] non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari. Quinto inducunt

[y] *Ortus et occasus astrorum.* [z] *Quæ omnia probant.*

Leid. 2.—6 Schutz. e Ms. Leid. et Cass. *tribui*, quod Ernestus præfert.—7 Leid. 3. *acc. ea, quæ;* et ω 1. *cum consilio.*—8 Leid. 1. *enumerant.* ω 2. *eamque deinc.* κ *eandem deinc.*—9 *Oportere* non est in M et Leid. 3.—10 Ed. Omnib. *constructior.*—11 Leid. 2. non agnoscit *ea.*—12 Leid. 1. *Exerc. vero cui.*—13 Pro *partibus*, in θ *rebus* legitur.—14 Voss. 2. *et aliqua tem. alicujus adm.* Pro *administratur*, ed. Omnib. habet *regitur.*—15 Leid. 1. *navis ratio*, prob. Oud. Dein ω 2. Voss. 1. 2. *navis namque.* Porro M *perficit.* In Voss. 1. non legitur *ea* post *conficit.*—16 Voss. 1. *Cum igitur prop.* Mox M et omnes Mss. Oud. *transierunt.*—17 Deest *id* in θ et Leid. 1. —18 θ *op. assumptio hoc pacto:* ψ *op. hoc sequenti modo.*—19 B, Voss. 2. Leid. 3. cum Victorino *melius consilio:* ed. Omnib. *consilio melius.*—20 Quintil. v 14. 9. *jum porro:* et Voss. 1. *inducunt orationem.*—1 Leid. 3. *ord. tenent.*—2 Deest præpositio in ω 1. et ed. Omnib. B, ω 1. Leid. 2. et Tur. *necessitudine.*—3 ω 1. *ad utilitatem*, sine *quoque.*—4 Verba *et diurnæ nocturnæque vicissitudines* Schutz. retraxit ante *non modo quadam.*—5 L, Sch. a m. pr. Leid. 2. *nulli naturæ:* Schutz. e conj. *nec ulla in re.* Dein in eodem Leid. *quoque commutatæ noc. quidq.* Ab κ et Voss. 1. abest *quidquam.*—6 ψ *signa*, et sic suprascr. erat in

loco[7] complexionem eam, quæ aut id[8] infert solum, quod ex omnibus partibus cogitur,[a] [9] hoc modo: Consilio igitur mundus administratur:[10] aut unum in locum cum conduxerit breviter propositionem et assumtionem,[11] adjungit,[12] quod ex his conficiatur, ad hunc modum: Quodsi melius geruntur ea quæ consilio, quam quæ[13] sine consilio administrantur: nihil autem omnium rerum melius administratur, quam omnis mundus; consilio igitur mundus administratur.[14] Quinquepertitam igitur[15] hoc pacto putant esse argumentationem. XXXV. 60. Qui autem[16] tripertitam esse dicunt, ii non aliter putant tractari[17] oportere argumentationem, sed partitionem horum reprehendunt: negant enim neque[1] a propositione, neque ab assumtione approbationes earum[18] separari oportere, neque propositionem absolutam, neque assumtionem sibi perfectam videri, quæ approbatione confirmata non sit.[19] Quare quas illi duas partes numerent,[20] propositionem et approbationem,[1] sibi unam partem videri, propositionem;[2] quæ si approbata non sit, propositio non sit[3] argumentationis.

[a] *Concluditur.*

Voss. 1.—7 ω 2. *in loco inducunt.* Tum Schutz. *complexionem*, omisso *eam.*—8 *Id* non est in Leid. 2.—9 Leid. 2. 3. *colligitur*; et sic B supra lin.—10 ω 1. omittit *igitur.* Sch. *mundus hic administr.*—11 L M *induxerit.* Sch. e conj. Oud. *brev. et prop.* Sch. et Leid. 3. *brev. ex propositione et assumtione.*—12 Leid. 2. Voss. 1. et plerique Mss. Oxonn. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *id adj.* Sch. Leid. 1. Tur. Guelf. 2. et Schutz. *quid*, probb. Oud. et Ern.—13 Leid. 1. caret *quæ.*—14 Octo Oxonn. Mss. cum Oliv. Græv.-Burm. et Lall. inseruerunt verbum *administratur* post priorem, et id deleverunt post alterum *mundus.* Vox *igitur* suspicabatur Ernestio.—15 *Igitur* in κ deest.

Cap. xxxv. 16 κ omittit *autem.* Pro *dicunt*, L κ ψ et Leid. 3. habent *putant.*—17 Tur. *tractari putant.*—18 L θ et ω 2. *eorum.*—19 θ *ab probatione non sit:* κ et Leid. 3. *approb. firmata non sit.*—20 Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. et septem Oxonn. Mss. cum Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *numerant.*—1 ω 2. et Tur. *propos. absolutam et approb.* B *propositio et approbationem:* κ propo-

NOTÆ

[1] *Negant enim neque, &c.*] Licet duplex negatio plerumque affirmet, aliquando tamen, ut hoc loco, magis negat, et l. I. de Off. § 4. 'Nulla enim vitæ pars, neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest.' Et alibi: 'Neminem unquam non re, non verbo, non cultu denique offendi.' Et de Inv. l. II. § 91. 'Negat neque ad se, neque ad officium suum reus pertinuisse.'

Item, quæ ab illis assumtio, et assumtionis approbatio dicatur,[4] eandem sibi assumtionem[5] solam videri. Ita fit,[6] ut eadem ratione argumentatio tractata, aliis tripertita, aliis quinquepertita videatur: quare evenit, ut res non tam ad usum dicendi[7] pertineat, quam ad rationem præceptionis. 61. Nobis autem commodior illa partitio[8] videtur esse, quæ in quinque partes distributa est, quam omnes ab Aristotele[u] et Theophrasto[9][x] profecti, maxime secuti sunt. Nam quemadmodum illud superius genus[10] argumentandi, quod per inductionem sumitur, maxime Socrates et Socratici tractaverunt:[11] sic hoc, quod[12] per ratiocinationem expolitur, summe est ab Aristotele, atque a Peripateticis,[y] et Theophrasto[13] frequentatum; deinde a rhetoribus iis qui elegantissimi atque artificiosissimi putati[14] sunt. Quare autem nobis illa magis[15] partitio probetur,

*sitio si et approbationem.*—2 *Propositionem* non legitur in ω 2.—3 κ *fit.*—4 Sex Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *dicitur.*—5 ω 2. *eand. illis assumpt.*—6 ω 1. *Ita sit.*—7 ω 1. non habet *dicendi*. Mox ψ *ad rem præcept.* M *ad rat. perceptionis.*—8 κ *comm. ea part.*—9 B *Theofrasto*; et mox κ *consecuti sunt.*—10 Pro *illud*, Leid. 2. exhibet *quod*. Voces *superius genus* non leguntur in Voss. 2.—11 L *pertractarunt*: ed. Omnib. *pertractarerunt*: Schutz. e Leid. 2. *pertractarunt.*—12 κ omittit *quod*. Dein Leid. 1. *per rat. exponitur.*—13 M *atque Perip.* sine præpositione: Leid. 3. *et a Perip. atque Theophr.* Schutz. e Victorino, cum Wetzel. *et Theoph. atque a Perip.*—

NOTÆ

[u] *Quam omnes ab Aristotele, &c.*] Qui vel a limine salutaverit Organum Aristotelis, statim hic intelliget decipi Tullium. Omnes post Aristotelem Peripatetici tripartito syllogismo utuntur.

[x] *Theophrasto*] Is philosophus ex urbe Eresso in insula Lesbo oriundus, ob sermonis suavitatem, quasi divina tantum loqueretur, Theophrastus est ab Aristotele appellatus, cum prius Tyrtamus diceretur. Post mortem Aristotelis, ejus scholam rexit Athenis, Olymp. CXIV. anno 3. ante Chr. 322. Laërtius, Tzetzes, et Suidas. Tanto omnium plausu docuit, ut ad eum audiendum discipuli circiter bis mille confluerent. Vixit, Hieronymo auctore in epist. ad Nepotianum, annos 107. Ipse testatur in proœmio Characterum Moralium, se cum eum librum scriberet, annos 99. jam vixisse: ut hinc mendum apud Laërtium corrigatur, qui Theophrastum obiisse tradit anno 85. Mirum tamen eum neque a Censorino lib. de Die Natali cap. 15. neque a Luciano inter μακροβίους esse numeratum.

[y] *Peripateticis*] Sic appellati sectæ Aristotelicæ philosophi ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν, *a circumambulando*, quod inambulantes disputarent in Lyceo. Cic. Acad. I.

dicendum videtur, ne temere secuti putemur;[16] et breviter dicendum, ne in hujusmodi rebus[17] diutius, quam ratio præcipiendi postulet,[18] commoremur.

XXXVI. 62. Si quadam in argumentatione[19][z] satis est uti propositione, et non oportet adjungere approbationem[20] propositioni; quadam autem in argumentatione infirma est propositio, nisi adjuncta sit approbatio;[1] separatum quiddam est[2] a propositione approbatio. Quod enim et[3] adjungi et separari ab aliquo potest, id non potest idem esse,[4] quod est id ad quod adjungitur,[5] et a quo separatur: est autem quædam argumentatio, in qua propositio non indiget approbatione;[6] et quædam, in qua nihil valet sine approbatione,[7] ut ostendemus:[8] separata est igitur a propositione approbatio.[9] Ostendetur autem id, quod polliciti sumus, hoc modo: Quæ propositio in se quiddam continet[10] perspicuum, et quod constare[11] inter omnes necesse

14 B *inventi* supra lin.—15 *Magis* non est in θ.—16 κ *videamur*. Idem Ms. paulo post *dicendum* omittit.—17 Leid. 3. *hujusm. in rebus*.—18 Sch. Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. 3. Tur. et omnes Oxonn. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *postulat*. Tum M *commoretur*: L et Leid. 2. 3. *immoremur*.

Cap. xxxvi. 19 ω 1. *Si quidem in argumentationem*.—20 M *probationem*: κ *ad probationem*.—1 Leid. 3. *si non adj.* et Sch. Voss. 2. *est approb.* B *sit probatio*.—2 θ *separanda est quidem*: Sch. Leid. 1. 3. *separatum est quidam*: ed. Omnib. *separata est quædam*. Quidam Mss. *separatum est quiddam*.—3 Leid. 1. et sex Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. carent copula. —4 ω 2. *idem esse non potest*, sine *id*.—5 κ, Sch. Leid. 1. 2. *jungitur*.—6 Leid. 3. *approbationis*. M *ut et quædam*: Sch. *sed quædam*, suprascr. *et*: Voss. 1. *et est quæd.* Leid. 1. *sed quæd.* Voss. 2. *sed et quæd.* Leid. 3. *quædam autem*: κ simpliciter *quædam*.—7 Sex Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *absque prob.*—8 Sch. *ostendimus*; et sic B supra lin. θ *ostendamus*.—9 M *probatio*. Tum B L κ ψ, Leid. 3. Ald. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *Ostendemus autem*: ω 1. *Ostendetur ante*.—10 Tur. *cont. quiddam*.—11 W et ω 1. *eo quod stare*: L M, ω 2. *et quod stare*: ψ, Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *eo quod constare*. Oud. et Ern. censent delen-

NOTÆ

[z] *Si quadam in argumentatione, &c.*] Si quis rem suis ponderibus ac momentis examinare voluerit, nullum nisi tripartitum reperiet syllogismum: approbatio tum propositionis, tum assumtionis, quam syllogismi quinquepartiti secundam et quartam partem esse contendit Tullius; alii sunt syllogismi, quorum conclusio fuerit ipsa propositio et assumtio. Quid enim si controversa sit ipsa approbatio propositionis et assumtionis, indigeatque rationibus aliis quibus confirmetur, num septem aut etiam pluribus constans partibus syllogismus admittetur?

est, hanc velle approbare et firmare[12] nihil attinet. 63. Ea est hujusmodi:[13] Si, quo die ista cædes Romæ facta est,[14] ego Athenis eo die fui, interesse in cæde[15] non potui. Hoc quia perspicue verum est, nihil attinet approbari.[16] Quare assumi statim oportet, hoc modo: Fui autem Athenis[17] eo die. Hoc si non constat, indiget approbationis:[18] qua inducta, complexio consequetur.[19] Est igitur quædam propositio, quæ non indiget approbatione:[20] nam esse quandam, quæ indigeat, quid attinet ostendere, quod cuivis facile perspicuum est? Quod si ita est, ex hoc, et ex eo[1] quod proposueramus, hoc conficitur, separatum esse quiddam[2] a propositione approbationem. Si autem[3] ita est, falsum est non esse plus quam tripertitam argumentationem. 64. Simili modo liquet,[4] alteram quoque approbationem [*p.* 55.] separatam esse ab assumtione: si quadam in argumentatione satis est uti assumtione, et non oportet[5] adjungere approbationem assumtioni; quadam autem[6] in argumentatione infirma est assumtio, nisi adjuncta sit approbatio; separatum quiddam est extra assumtionem approbatio.[7] Est autem argumentatio quædam, in qua as-

dum *quod.*—12 Ed. Omnib. *et appr. et affirmare:* B W θ, Voss. 1. et a m. sec. Sch. *appr. et affirmare:* L κ, ω 2. Voss. 2. Leid. 1. *appr. et confirmare.*—13 Voss. 2. *Ea hujusm.* M *Ea autem est hujusm.* Sch. *Ea est hoc modo.*—14 ω 1. *facta est rome.* Pronomen *ego* non est in θ.—15 Orell. e Tur. dedit *in cæde interesse.* Voces *int. in cæde non potui* in ω 1. desunt.—16 Voss. 1. Leid. 1. *approbare.*—17 θ caret *Athenis.*—18 Voss. 1. *approbatione.*—19 κ *qua ducta:* et L κ *compl. statim conseq.* ω 2. et Leid. 2. *compl. sequitur:* Voss. 1. Leid. 1. 3. ed. Omnib. *compl. consequitur.* Post *consequetur,* B M W θ ψ, ω 1. 2. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. Ald. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. addunt *igitur in cæde interesse non potui;* sed θ non habet *igitur.* Porro *Est* non est in κ, nec *quædam* in ω 1. In Sch. *Est autem quadam prop.*—20 Sch. Leid. 1. *indigeat appr.* Dein Tur. et duo Mss. ap. Gronov. ac omnes Mss. Oud. et Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. Junt. Lamb. et Oliv. *nam esse quidem quandam, quæ.* Denique Voss. 1. *indiget.*—1 M *et eo.* Verba *quod proposueramus* desunt in Leid. 3.—2 θ κ, omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *separatum.* θ, ω 1. Leid. 1. 3. Voss. 1. *esse quidem:* ω 2. *quidem esse:* κ *esse,* omisso *quidem:* Sch. *esse quidem quandam.*—3 B L M W κ, ω 1. 2. Tur. Leid. 2. 3. *Sin autem.*—4 B *liceat:* W θ κ ψ, ω 1. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *licet.* Dein Leid. 3. *ab assumt. considerare. Si, &c.* B *conf., considerare si quædam in arg. &c.* κ *conf., considerari separatum quadam in arg.* Quinque Oxonn. Mss. cum Ald. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *Nam si quadam, &c.* A Sch. manu prima et Voss. 1. desunt *quadam in argumentatione;* sed in Leid. 1. ponuntur post *ab assumtione.* M omittit *Si quadam ... uti assumptione.*—5 Leid. 3. *et oportet,* omisso *non.*—6 Sch. *si quadam autem.*—

sumtio non indiget approbationis;[8] quædam autem, in qua[9] nihil valet sine approbatione, ut ostendemus: separata est igitur ab assumtione approbatio.[10] Ostendemus autem id,[11] quod polliciti sumus, hoc modo: 65. Quæ perspicuam omnibus[12] veritatem continet assumtio, nihil indiget approbationis: ea est hujusmodi:[13] Si oportet sapere,[14] dare operam philosophiæ convenit. Hæc propositio indiget approbationis: non enim perspicua est, neque constat inter omnes, propterea quod multi nihil prodesse philosophiam, plerique etiam obesse arbitrantur. Assumtio perspicua est hæc:[15] Oportet autem sapere. Hoc autem[16] quia ipsum ex re[17] perspicitur, et verum esse intelligitur, nihil attinet approbari.[18] Quare statim concludenda est argumentatio.[19] Est ergo assumtio quædam, quæ approbationis non indiget: nam quandam indigere perspicuum est: separata est igitur[20] ab assumtione approbatio. Falsum ergo est, non esse plus quam tripertitam argumentationem. XXXVII. 66. Atque ex his illud[1] jam perspicuum est, esse quandam argumentationem,[2] in qua neque propositio[3] neque assumtio indigeat approbationis, hujusmodi; ut certum quiddam, et breve, exempli causa, ponamus: Si[4]

7 ω 2. *sep. igitur quiddam est ab assumptione. Est, &c.*—8 M *approbatione.*—9 ω 1. non habet *in qua.* Tum in ω 2. legitur *sine approb. assumtio, ut ost.* B *ostendimus.*—10 Tur. *Sep. igitur est:* et Sch. a m. pr. *a probatione assumtio.*—11 M W θ κ, Tur. et omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Junt. omittunt pronomen *id.*—12 θ et ed. Omnib. *in omnibus.*—13 Sch. *Ea est hoc modo.* Schutz. delevit verba *Quæ perspicuam . . . Ea est hujusmodi:* Wetzel. ea uncis includit.—14 M W *op. vellem sapere:* θ, ω 1. Sch. Voss. 2. Leid. 2. Tur. et duo Mss. Gronovii, cum ed. Omnib. Schutz. Wetzel. et Orell. *op. velle sapere.*—15 B W θ, ω 1. *Ass. persp. Est enim hæc:* L *Ass. persp. Est enim hoc modo:* κ *Ass. persp. Est enim hujusm.* Omnes Mss. Oud. *Ass. est persp.* vel *persp. est. Est enim hæc;* nisi quod in Sch. a m. pr. sit *Ass. persp. Est enim hæc.* Ed. Omnib. *Ass. persp. est. Etiam hoc op. ante sap.* Dein Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *velle sapere.* Verbum *velle* suprascr. in Sch. ante *sapere.*—16 In M W θ κ, ω 2. Leid. 2. 3. Cass. Guelf. 1. non legitur *autem.* Ern. in nota dicit, 'Delevi *autem;*' sed ea vox in contextu retinetur.—17 Nizol. Schutz. et Orell. *ex se:* ω 2. *ex re ipsa.* Mox κ *et ipsum rerum.*—18 M *intell., approbationis non indiget.*—19 L W θ κ ψ, Leid. 1. 2. 3. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. addunt hæc verba post *argumentatio: igitur dare operam philosophiæ convenit:* sed in κ legitur *sic igitur, &c.* et pro *convenit,* Græv.-Burm. habet *oportet.*—20 L *Sep. est ergo;* et mox ed. Omnib. *Falsum est igitur.*

Cap. XXXVII. 1 Leid. 3. *At ex his illud:* ω 1. *Atque ex his præmissis illud.*—2 ω 1. *argum. tripartitam.*—3 Sch. *nec propos.* et mox θ *indiget approb.*—4 θ

summo opere sapientia petenda est, summo opere stultitia vitanda est: summo autem [5] opere sapientia petenda est; summo igitur opere stultitia vitanda est. Hic et assumtio et propositio perspicua est: quare neutra quoque indiget approbatione.[6] Ex hisce omnibus illud perspicuum est, approbationem tum adjungi, tum non adjungi.[7] Ex quo cognoscitur,[8] neque in propositione neque in assumtione contineri approbationem, sed utramque suo loco positam,[9] vim suam, tanquam certam et propriam, obtinere. Quod si ita est, commode partiti sunt illi, qui in quinque partes [10] distribuerunt argumentationem.

67. Quinque sunt igitur partes ejus argumentationis,[11] quæ per ratiocinationem tractatur: Propositio,[12] per quam locus is breviter exponitur, ex quo vis omnis oportet emanet [13] ratiocinationis: propositionis approbatio,[14] per quam id quod breviter expositum est, rationibus affirmatum,[15] probabilius et apertius fit: assumtio,[16] per quam id, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur: assumtionis approbatio, per quam id, quod assumtum est, rationibus firmatur: [17] complexio, per quam id, quod conficitur ex omni argumentatione, breviter exponitur. Quæ plurimas [18] habet argumentatio partes, ea constat ex his quinque partibus: secunda est quadripertita: tertia tripertita.[19] Dein bipertita: quod in controversia est. De

caret *si*.—5 ψ et ω 1. *summopere autem:* ω 2. *summopere igitur.* Ab κ desunt voces *summo autem op. sap. petenda est;* et ab ω 1. *summo igitur op. vitanda est.* —6 B *ind. approbationis.* Dein Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *Ex his omnibus.*—7 ω 1. *approbationes tum adjungi, tum non adj.* Leid. 2. *approbationem tum adj. tum separari.*—8 B *colligitur,* sed *cognoscitur* supra lin.—9 B *in loco,* et κ *compositam.*—10 Sch. *in quinque partibus.* Leid. 2. *distribuunt:* Leid. 3. *tribuerunt:* B *distribuerent.*—11 Tur. *igitur sunt partes;* et Leid. 2. *illius arg.*—12 κ et ω 1. *Prop. est.*—13 M W θ, ω 2. Sch. Leid. 2. *op. ut emanet:* ψ *op. vis emanat:* Voss. 1. *emanet op.* Oud. credit verba *oportet ut* esse superflua.—14 ω 1. *approb. prop. est:* Voss. 1. *approb. est.* Vox *propositionis* in L M W θ κ, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. Tur. Junt. et ed. Omnib. deest.—15 θ *et rat. affirm.* ed. Omnib. *rat. approbatum.*—16 κ et ω 1. *Ass. est:* et mox iidem Mss. habent *approb. est.*—17 Quinque Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *affirmatur.* Tum ω 1. 2. *complexio est.*—18 Leid. 3. *plures,* et mox *ex quinque part.*—19 L *tertia est trip.* Tum Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. et ed. Omnib. *Deinde est bip.* κ *Dein bip. est.* Sch. non habet verba *quod in controv. est;* quæ Cass. et Tur. a m. sec. jungunt cum seqq. Porro Leid. 2. 3. et sex Oxonn. Mss. cum Grut. Oliv. et Lall. *De unaquaque parte potest:*

una quoque parte potest alicui videri posse consistere. XXXVIII. 68. Eorum igitur, quæ constant,[20] exempla ponemus: horum, quæ dubia sunt, rationes afferemus. Quinquepertita argumentatio est hujusmodi: Omnes leges,[a] judices, ad commodum[1] reipublicæ referre oportet, et eas ex utilitate communi, non ex scriptione, quæ in literis est, interpretari. Ea enim virtute[b] et sapientia majores nostri fuerunt, ut in legibus scribendis nihil sibi aliud, nisi salutem atque utilitatem[2] reipublicæ proponerent: neque enim ipsi,[3] quod obesset, scribere volebant: et, si scripsissent, cum esset intellectum, repudiatum iri legem[4] intelligebant. Nemo enim leges legum causa salvas[b] esse vult, sed reipublicæ, quod ex legibus omnes rempublicam[5] optime putant administrari. Quam ob rem igitur leges servari[6] oportet, ad eam causam scripta omnia interpretari convenit: hoc est, quoniam[7] reipublicæ servimus, ex reipublicæ commodo atque utilitate[8] leges interpretemur. Nam ut ex medicina nihil oportet putare proficisci,[9] nisi quod ad corporis utilitatem spectet,[10] quoniam ejus causa est instituta; sic a legibus nihil convenit arbitrari, nisi quod reipublicæ conducat,[11] proficisci, quoniam ejus causa sunt

[b] *Conservatas.*

Græv.-Burm. *De unaquaque potest.* Denique B L M W, ω 2. et Lall. *posse argumentationem cons.* Leid. 2. *arg. posse cons.* In ω 1. tota sententia sic legitur: *deinde bibartita. Quod in controv. est, de una quoque parte potest alicui videri posse cons.*

Cap. XXXVIII. 20 B *Earum igitur.* θ, Tur. et omnes Mss. Oud. excepto Leid. 3. *quæ consistant.* Tum κ *exempla ponamus.* Porro B *earum:* κ *eorum:* et B *quæ dubiæ sunt.* In ed. Omnib. inverso ordine exhibetur, *Eorum generum, quæ dubia sunt, rationes afferemus. Horum quæ consistunt, ex. ponemus.* —1 ω 1. *ad comm. judices.* Mox W θ *afferre op.* Voss. 1. 2. ed. Omnib. *referri op.*—2 Sch. et ed. Omnib. *sal. et util.*—3 κ non habet *enim*, nec M *ipsi.*—4 Abest *iri* a Leid. 2. et *legem* a Voss. 1.—5 ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 2. *ex legibus omnibus rempublicam:* Grev. Pall. et quædam edd. vett. *ex leg. omnem rempublicam:* septem Oxonn. Mss. cum Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *ex leg. omnes rempublicam.*—6 ψ *observari.*—7 B *quom.*—8 Sch. a m. pr. *et util.* Vox *leges* non est in ullo Ms. Oud. præter Voss. 1. nec est in M W θ κ, ω 1. 2. et ed. Omnib. Verba *hoc est quoniam . . . interpretemur* Schutz. delevit: Wetzel. ea uncis includit.—9 *Proficisci* in ω 1. deest.—10 θ caret *spectet.*—11 κ

NOTÆ

[a] *Omnes leges*] Prima pars argumentationis quinquepartitæ propositio.

[b] *Ea enim virtute, &c.*] Altera pars propositionis approbatio.

comparatæ. 69. Ergo in hoc quoque judicio[c] desinite literas legis perscrutari, et legem, ut æquum est, ex utilitate reipublicæ considerate. Quid enim magis[12] utile[d] Thebanis fuit,[13] quam Lacedæmonios opprimi? Cui rei magis Epaminondam,[14] Thebanorum imperatorem, quam victoriæ Thebanorum, consulere decuit? Quid hunc[15] tanta Thebanorum gloria, tam claro atque exornato[16] tropæo carius aut antiquius habere convenit? Scripto videlicet legis omisso,[17] scriptoris sententiam considerare debebat. Atque hoc quidem[18] satis consideratum est, nullam esse legem, nisi reipublicæ causa scriptam. Summam[19] igitur amentiam esse existimabat, quod scriptum esset[20] reipublicæ salutis causa, id non ex reipublicæ salute[1] interpretari. Quodsi leges omnes[2][e] ad utilitatem reipublicæ referri convenit, hic autem saluti reipublicæ profuit; profecto non potest eodem facto[3] et communibus fortunis consuluisse,[4] et legibus non obtemperasse. XXXIX. 70. Quatuor autem partibus[5] constat argumentatio, cum aut proponimus aut assumimus sine approbatione. Id facere oportet, cum aut propositio ex se intelligitur, aut assumtio perspicua est,[6]

et ψ *conveniat*, sed in marg. κ *conducat*.—12 Lamb. e tribus Mss. cum Junt. *considerate: quod hic fecit. Quid enim, &c.* Victorin. *considerate quid magis utile, &c.* Exsulat *enim* a B, Sch. Voss. 2. Leid. 3.—13 Tur. *fuit Theb.*—14 Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. et omnes Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. et Oliv. *quid magis Epam.* Sch. Voss. 2. *et quid magis Epam.* Oud. conj. legendum *ecquid* vel *eccui rei magis Epam.*—15 Deest *hunc* Leid. 3. *nunc* Voss. 2. *hac* Voss. 1. *hoc* Sch. suprascr. *huic sc. Epaminondæ.* Tum *tantum* Leid. 2. *tantæ Th. gloriæ* Sch.—16 B *atque exoptato*, sed habet 'vel *exornato*' supra lin. Sch. *et exorn.* ed. Omnib. *quam exorn.* Dein Leid. 2. *clarius;* et W *ne antiq.* Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. et septem Oxonn. Mss. cum Junt. Lamb. Oliv. et Lall. *atque antiq.* Denique L, ω 2. et Sch. *haberi.*—17 B *Scriptura .... omissa.*—18 B L κ, Leid. 1. 2. 3. Voss. 2. et Sch. a m. pr. cum Lamb. et Orell. *At hoc quidem:* Pal. 1. *Ac hoc quidem:* Pal. 2. *Adhuc quidem:* Voss. 1. et Tur. *Ad hoc quidem:* ed. Omnib. *At hoc idem.* Dein κ *considerandum est.*—19 B *Summa.*—20 θ *erat.*—1 *Salutis* non est in duobus Mss. apud Lambinum.—2 *Omnes* abest a Leid. 3. et *referri* ab ed. Omnib.—3 B, Leid. 2. 3. et Var. Lect. Sch. *pacto.*—4 B *profuisse*, sed habet 'vel *consuluisse*' supra lin.

CAP. XXXIX. 5 κ *Quat. ex part.*—6 Idem Ms. *persp. sit.* Tum ψ *probatio-*

## NOTÆ

c *Ergo in hoc quoque judicio*] Tertia pars assumtio.

d *Quid enim magis utile*] Quarta pars assumtionis approbatio.

e *Quodsi leges omnes*] Quinta pars complexio sive conclusio.

et nullius approbationis indiget. Propositionis approbatione præterita, [*p.* 56.] quatuor ex partibus argumentatio tractatur[7] ad hunc modum: Judices, qui ex lege[f] jurati judicatis, legibus[8] obtemperare debetis.[c] Obtemperare autem[g] legibus non potestis, nisi id,[9] quod scriptum est in lege, sequamini:[10] quod enim certius[h] legis scriptor testimonium voluntatis suæ relinquere potuit, quam quod ipse magna cum cura atque diligentia scripsit? Quod si literæ non extarent, magnopere eas requireremus, ut ex his scriptoris voluntas cognosceretur;[11] nec tamen Epaminondæ[12] permitteremus, ne si extra judicium quidem esset,[13] ut is nobis sententiam legis interpretaretur, nedum nunc istum[14] patiamur, cum præsto lex sit,[d] non ex eo quod apertissime scriptum est, sed ex eo[15] quod suæ causæ convenit, scriptoris voluntatem interpretari. Quodsi vos,[16] judices,[i] legibus obtemperare debetis, et id facere non potestis, nisi quod[17] scriptum est in lege sequamini, quid causæ est, quin[18] istum contra legem fecisse judicetis? 71. Assumtionis autem approbatione[19] præterita, quadripertita sic fiet argumentatio:[20] Qui sæpenumero[k] nos per fidem fefelle-

[c] *Qui jurejurando astricti debetis æquitatem in judiciis servare.*
[d] *Cum lex sit præsens.*

*nis ind.* Leid. 2. *probationis indigens.*—7 M *pertractatur.*—8 Lamb. ed. *jurati estis, leg.* In W *legi.*—9 *Id* deest in B L M W θ ψ, ed. Omnib. Oliv. et Lall. —10 Sch. *sequimini.* Pro *quod,* ω 2. habet *quid;* et sic ψ supra lin.—11 Leid. 2. *recognosceretur.*—12 Voss. 1. *Epaminondam.* Pro *ne si,* B L M κ ψ, Sch. Leid. 1. 3. Voss. 2. et ed. Omnib. habent *nisi;* et θ *nec si.*—13 Ed. Omnib. *quid esset.* Verba *quidem esset, ut is ... interp.; nedum* in ω 1. desunt.—14 Abest *nunc* a Leid. 1. et *istum* ab ω 2. Pro *nunc,* Voss. 2. *hunc:* et pro *istum,* θ κ ψ, ω 1. et edd. ante Ern. *istud.*—15 In ω 1. omittitur *ex eo.*—16 B L M κ *Id quod vos.*—17 ω 1. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. Tur. Schutz. et Orell. *nisi id quod.* Dein Tur. caret *in lege.*—18 κ, quinque Mss. Oud. et duo Mss. ap. Lamb. *seq., quid dubitatis quin;* et sic ed. Omnib. ω 2. *seq., quid dubitetis quin:* L M ψ *seq., dubitetis quin.* Verba *quid causæ est* desunt in B et W: sed in B spatium relictum erat.—19 M *probatione.*—20 *Quadripertita* non le-

NOTÆ

[f] *Judices, qui ex lege*] Prima pars argumentationis quadripertitæ propositio.

[g] *Obtemperare autem*] Secunda pars assumtio.

[h] *Quod enim certius*] Tertia pars assumtionis probatio.

[i] *Quodsi vos, judices*] Quarta pars conclusio.

[k] *Qui sæpenumero*] Propositio.

runt, eorum orationi fidem habere[1] non debemus. Si quid enim perfidia[l] illorum detrimenti acceperimus, nemo erit, præter nosmetipsos, quem jure accusare possimus. Ac primo[2] quidem decipi incommodum est; iterum, stultum; tertio, turpe. Carthaginienses autem[m] persæpe[3] jam nos[4] fefellerunt. Summa igitur[n] amentia est in eorum fide[5] spem habere, quorum perfidia[6] toties deceptus sis.[7] 72. Utraque approbatione præterita tripertita fit,[8] hoc pacto: Aut metuamus[o] Carthaginienses oportet, si incolumes eos reliquerimus; aut eorum urbem diruamus. Ac metuere[9] [p] quidem non oportet. Restat igitur,[q] ut urbem diruamus.

XL. Sunt autem, qui putent,[10] nonnunquam posse complexione supersederi,[e] [11] cum id perspicuum sit, quod conficiatur ex ratiocinatione: quod si fiat, bipertitam quoque fieri argumentationem,[12] hoc modo: Si peperit,[r] virgo non est: peperit autem. Hic satis esse dicunt[13] proponere et assumere: quoniam perspicuum sit, quod conficiatur,[14]

[e] *Aliquando posse et debere omitti conclusionem.*

gitur in ed. Omnib. In Leid. 2. *fiat arg.*—1 Leid. 1. *or. nos fid.* et Voss. 2. *fid. adhibere.*—2 Tur. Leid. 3. et septem Oxonn. Mss. cum Oliv. *primum.* Mox Leid. 1. et septem Oxonn. Mss. cum Oliv. *tertium.*—3 Ed. Omnib. *Carth. vero pers.*—4 Abest *jam* a Leid. 3. et *nos* a B. Pro *nos,* in ω 1. legitur *vos.*—5 θ, Leid. 3. et ed. Omnib. *fidem.*—6 Suprascr. in Sch. *per fiduciam.*—7 M *decepti estis.*—8 κ *trip. erit;* et B M κ ac Leid. 3. *hoc modo.*—9 Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. et ed. Omnib. *At metuere.* Paulo post, ω 1. *nos non oportet.*

Cap. xl. 10 *Putant* omnes Mss. et edd. ante Ern. qui dedit *putent* e conjectura.—11 M *posse conclusione sup.* κ *posse complexione supersederi op.* ω 1. *posse conclusione,* sine *supers.* ω 2. *posse conclusione oportere,* sine *supers.* B W, Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *posse complexione, et oportere supers.* Deest *posse* Voss. 1. In Leid. 2. *non posse.* Sch. *complexionem.* Porro Voss. 1. 2. et ed. Omnib. non agnoscunt copulam.—12 ω 1. *fiet argumentatio;* et Voss. 1. *argumentationem aiunt, hoc modo.*—13 Verbum *dicunt* abest a Leid. 1. Sch. a m. pr. item τὸ *esse.* Sed in M, Voss. 1. 2. Leid. 3. ponitur post *assumere.* Schutz. delevit *dicunt:* Wetzel. uncis includit. Pro *proponere,* ed. Omnib. habet *propositione.*—14 Pro *quon. persp. sit, quod conf.* L *quod confici-*

NOTÆ

[l] *Si quid enim perfidia*] Propositionis approbatio.

[m] *Carthaginienses autem*] Assumtio.

[n] *Summa igitur*] Conclusio.

[o] *Aut metuamus*] Propositio.

[p] *Ac metuere*] Assumtio.

[q] *Restat igitur*] Conclusio.

[r] *Si peperit*] Vide quæ supra diximus, § 44.

complexionis rem non indigere. Nobis autem videtur et omnis ratiocinatio concludenda esse; et illud vitium,[15] quod illis displicet, magnopere vitandum,[16] ne, quod perspicuum sit, id in complexionem[17] inferamus. 73. Hoc autem fieri poterit,[18] si complexionum genera intelligantur. Nam aut ita complectemur, ut in unum conducamus propositionem et assumtionem,[f] hoc modo: Quodsi leges omnes[19] ad utilitatem reipublicæ referri convenit, hic autem saluti reipublicæ profuit; profecto non potest eodem facto,[20] et saluti communi consuluisse, et legibus non obtemperasse: aut ita, ut ex contrario sententia conficiatur, hoc modo:[1] Summa igitur amentia est, in eorum fide[2] spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis: aut ita, ut id solum, quod conficitur, inferatur, ad hunc modum:[3] Urbem igitur diruamus: aut, ut id, quod eam rem,[4] quæ conficitur, sequatur, necesse est. Id est hujusmodi:[5] Si peperit, cum viro concubuit: peperit autem. Conficitur hoc:[6] Concubuit igitur cum viro. Hoc si nolis inferre, et[7] inferas id quod sequitur:[8] fecit igitur incestum;[8] et concluseris ar-

[f] *Sic concludemus, ut simul colligamus propositionem et assumtionem.*

*atur ex ratiocinatione quoniam perspicuum est, quod si fiat:* B M *quoniam persp. sit quod conficiatur ex ratiocinatione. Quod si fiat:* W θ *conficitur ex ratione. Quod si fiat.* κ *conficitur ex ratiocinatione. Quod cum fiat:* et ψ *id quod conficitur ex ratiocinatione, quod si fiat.* In Sch. *quod conficiatur quoniam persp. sit.* Voss. 1. 2. *quod conf. ex ratiocinatione,* omissis *compl. rem non ind.* Pro *quod conficiatur,* ω 1. *quod conficitur ideo;* et ω 2. *quod conficiatur ex ratiocinatione quod si fiat.* Dein *rem* abest a Leid. 1. 3. Schutz. delevit verba *compl. rem non ind.* quæ Ern. spuria esse putavit; et Wetzel. cum Orell. uncis includit.—15 Voces *illud vitium* suspectæ sunt Ernestio: Schutz. eas delevit: Wetzel. uncis includit.—16 M *vitandum est.*—17 Leid. 2. *id in complexione:* B *in conclusione,* omisso *id.*—18 Leid. 2. *potest.* Mox M, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *intelligentur:* θ et Leid. 1. *intelliguntur.*—19 M caret *omnes.*—20 Leid. 2. *pot. et eodem pacto.* In B L M W κ, Sch. Leid. 1. 2. 3. Tur. et ed. Omnib. quoque *pacto.*—1 Unus Ms. ap. Lamb. *obt.: aut contrarium conclusionis inferimus hoc modo:* κ et Leid. 2. 3. *obt.: aut contrarium conclusionis inferemus, hoc modo:* L *obt.: contrarium conclusionis inferemus hoc modo:* ω 1. *obt.: aut contrarium conclusiones inferemus hoc modo:* ω 2. *obt.: aut contrarium conclusiones inferemus hoc pacto:* Sch. a m. pr. *obt.: aut ex contrario facienda est complexio ad hunc modum.* Vulg. *obt.: aut ita ut ex contrario sententia conficiatur, hoc modo.*—2 κ *fidem.*—3 Tur. *hoc modo.* Dein κ *dir.: ita id:* θ *dir.: aut id:* Leid. 3. *dir.: aut ita ut id.*—4 M, ω 2. et Leid. 2. *eamdem rem.*—5 θ *Id hujusmodi:* κ *hujusmodi,* sine *id est.*—6 B W θ κ, ω 2. *Conf. hoc modo.*—7 Copula in κ et ω 1. deest.—8 M W κ *consequitur.* Mox M *et tunc concluse-*

gumentationem, et perspicuam fugeris complexionem.[9] 74. Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus,[10] aut ex contrario complecti oportet:[g] in brevibus id solum, quod conficitur,[h] exponere: in iis, in[11] quibus exitus perspicuus est, consecutione uti.[i] Si qui[12] autem ex una quoque[13] parte putabunt constare argumentationem, poterunt[14] dicere, sæpe satis esse hoc modo argumentationem facere: Quoniam peperit, cum viro concubuit: nam hoc nullius[15] neque approbationis, neque assumtionis, vel ejus approbationis,[16] neque complexionis indigere.[17] Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare: nam argumentatio[18] nomine uno res duas significat, ideo, quod et inventum aliquam in rem[19] probabile, aut necessarium, argumentatio vocatur, et ejus inventi artificiosa expolitio. 75. Quando igitur proferent[20] aliquid hujusmodi: Quoniam peperit, cum viro concubuit: inventum proferent, non expolitionem: nos autem de expolitionis partibus loquimur. XLI. Nihil igitur ad hanc rem ratio illa pertinebit:[1] atque hac distinctione, alia[2] quoque, quæ videbuntur[3] officere huic parti-

[g] *Oportet concludere in unum colligendo propositionem et assumtionem, aut ex contrario.*
[h] *Quod concluditur.*
[i] *Adhibere id quod necessario consequitur ex ratiocinatione.*

*ris.*—9 θ, Leid. 1. a m. sec. Sch. Leid. 3. 4. Voss. 1. 2. et Tur. *feceris compl.* κ *feceris conclusionem*, sed in marg. *complexionem.*—10 W θ et Leid. 2. *aut ex cond.*—11 *In* abest a B M; et *in quibus* ab ω 1. Tum M *conspicuus est.* Porro θ *consec. uti oportet.* In κ deest tota hæc sententia: *Quare in longis arg.... consecutione uti*, sed in marg. scribuntur.—12 θ *Si quis.*—13 Ed. Omnib. caret *quoque.* Pro *putabunt*, θ *putabit.*—14 θ *poterit.*—15 L et Leid. 2. *hoc putabunt nullius:* ω 1. *hoc nullius putabunt.*—16 *Neque assumtionis* non sunt in M W θ; nec *vel ejus approbationis* in θ κ. Omnia verba, *neque assumtionis, vel ejus approbationis* desunt in Tur. et omn. Mss. Oud. cum Victorin. ed. Omnib. ac Schutz. Wetzel. ea uncis includit.—17 W θ *videtur indiget:* κ ψ *indiget videtur.*—18 B et ω 1. *nam et arg.*—19 ω 2. *ad aliquam rem.*—20 ω 1. *Cum igitur prof.* κ *Quo modo prof.* In M *proferunt:* Leid. 3. *proferrent:* ed. Omnib. *perferunt.*

CAP. XLI. 1 κ *pertinet;* et ω 1. *pertinebat.*—2 κ *illa.*—3 Voss. 1. *videban-*

NOTÆ

[e] *Fecit igitur incestum*] Incestus, vel incestum, flagitium est cum consanguinea admissum; dicitur, ut censet Nonius, quasi non castum. Derivant alii a cesto Veneris cingulo, quo amorem in legitimis nuptiis conjugalem putabant conciliari, quasi incestui, qui semper flagitiosus est, cingulum illud justi conjugii signum adhiberi nequeat.

tioni, propulsabimus,[k] si qui[4] aut assumtionem aliquando tolli posse putent, aut propositionem. Quæ si quid habet probabile aut necessarium, quoquo modo commoveat[5] auditorem necesse est. Quod si solum spectaretur,[l6] ac nihil, quo pacto[7] tractaretur id, quod excogitatum esset,[8] referret; nequaquam tantum[9] inter summos oratores[10] et mediocres interesse existimaretur.[m] 76. Variare[t] autem orationem magnopere oportebit: nam omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Id fieri poterit, si non similiter semper ingrediamur in[11] argumentationem. Nam primum omnium generibus ipsis distinguere convenit orationem,[12] hoc est, tum inductione uti, tum ratiocinatione.[13]

Deinde in ipsa argumentatione[14] non semper a propositione incipere, nec semper quinque partibus abuti,[n][15] neque eadem ratione partitiones[16] expolire: sed tum ab assumtione[17] incipere licet, tum ab approbatione[18] alterutra, tum utraque,[19] tum hoc, tum illo genere complexionis uti. Id ut perspiciatur, aut scribamus,[20] aut in quolibet exemplo[1]

[k] *Solvemus etiam alia argumenta quæ videbuntur nocere nostræ divisioni.*
[l] *Id quod est probabile aut necessarium.*
[m] *Non tantum discrimen poneretur inter eximios oratores et mediocres.*
[n] *Uti.*

*tur.*—4 θ κ Voss. 1. Leid. 1. 3. *si quis.* Tum θ, Sch. et Tur. *putet*: Voss. 1. Leid. 1. 3. *putat* vel *putet.*—5 Leid. 2. *moveat.*—6 ω 1. *quod si id solum argumentum spect., ac*: ω 2. et Leid. 2. *quod si solum argumentum spect., ac*: Leid. 1. *quod si solum inventum spect., ac*: ed. Omnib. *quod si solum spect. id quod inv. est, ac.*—7 Ed. Omnib. *hoc pacto.*—8 ψ *cogitatum esset*: Sch. a m. pr. *est excog.*—9 *Tantum* abest ab edd. ante Ald. quod placuit Ernestio.—10 *Oratores* non est in Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. In B *et mediocres et malos oratores.* Pro *interesse*, Leid. 1. simpliciter *esse.*—11 Deest præpositio in ω 2. et Leid. 3.—12 B *convenict.* Vox *orationem* deest in B M W, Tur. et omn. Mss. Oud. Eam deleverunt Schutz. et Orell.—13 θ *ratione.*—14 Schutz. e conjectura *ratiocinatione.*—15 Sch. Leid. 3. *neque semper*: Leid. 2. *nec semper convenit quinque part.* In L M ψ, ω 2. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *uti.* Abest *abuti* a Voss. 2.—16 Schutz. e conj. dedit *partes.*—17 Præpositio in ω 1. deest.—18 Hic quoque B M, ω 1. 2. Leid. 3. carent præpositione. In Leid. 2. *a probatione*: B M *approbatione*, sed corrig. *a probatione*: κ *a propositione*, sed in marg. *approbatione.*—19 Schutz. e conj. *tum ab utraque.*—20 Sch. *id ut et perficiatur, scribamus*, suprascr. *videamus*; et in marg. *aut inscribamus ipsi, et nos exerceamus, aut si id piget facere.* B M κ, ω 2. Voss. 1. Leid. 3.

NOTÆ

[t] *Variare*] Ut auditorum fastidio occurratur, modo inductio, modo argumentatio alias quinquepertita, alias quadripertita, alias tripertita adhibenda. Deinde non semper a propositione, sed aliquando ab assumtione exordiendum.

de iis, quæ proposita sunt, hoc idem exerceamus, ut quam facile factu sit.[2]

77. Ac de partibus quidem argumentationis satis nobis dictum videtur. Illud autem volumus intelligi, nos probe tenere, aliis quoque rationibus[3] tractari argumentationes in philosophia[u] multis et obscuris, de quibus certum est artificium constitutum. Verum illa nobis abhorrere ab usu oratorio [*p.* 57.] videntur.[4] Quæ pertinere autem[5] ad dicendum putamus, ea nos commodius, quam ceteros, attendisse, non affirmamus; perquisitius[6] et diligentius conscripsisse pollicemur. Nunc, ut instituimus proficisci, ordine[7] ad reliqua pergemus.

XLII. 78. Reprehensio[o] est, per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur [aut allevatur].[p] [8] Hæc fonte inventionis eodem utetur, quo utitur confirmatio, propterea quod, quibus ex locis aliqua res confirmari potest, iisdem potest ex locis[9] infirmari: nihil enim considerandum est in his omnibus inventionibus,[10] nisi id quod personis aut negotiis attributum est. Quare

[o] *Refutatio.*
[p] *Dissolvitur vel debilitatur vel minuitur.*

ed. Omnib. *perspiciamus.*—1 Sch. caret *aut*, et Leid. 2. *exemplo.*—2 Pro *hoc idem exerc.*, *ut quam facile factu sit*; Sch. habet *quam id facile factu sit*, *periclitari*: sed vulgatum in marg. Leid. 1. *facturus sit.* Leid. 2. *factum sit*: Voss. 1. *ut quam facile factu sit, experiamur.* Contra ed. Omnib. caret τῷ *ut.* In M *factu*, sed 'vel *factum*' supra lin. Lamb. delevit verba *ut quam fac. factu sit*; quæ Schutz. et Wetzel. uncis includunt.—3 ψ *probationibus.*—4 Sch. *oratoris*, non improb. Oud. In B L M W θ, ω 1. 2. Grev. Pall. et omn. Mss. Oud. cum Schutz. et Orell. *visa sunt*: ed. Omnib. *visa sunt aliena.*—5 ω 1. non agnoscit *autem.*—6 Sch. a m. sec. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. et octo Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *sed perg.*—7 Sch. *ut statuimus prof., ord.* In tribus aliis *instituimus proficisci* junguntur. Vulg. *inst., prof. ord.*

CAP. XLII. 8 B L M W θ κ, ω 1. 2. Pall. et quidam Oud. Mss. ac tres Mss. ap. Lamb. cum Junt. et ed. Omnib. *aut alleviatur*: Victorin. Crat. Victor. Lamb. Oliv. et Lall. *aut levatur*: Leid. 1. Voss. 2. *et allevatur*: Tur. Schutz. et Orell. *aut elevatur*; sed Schutz. delevit *aut infirmatur.*—9 Tur. *iisdem ex locis potest*; quas voces ω 1. non agnoscit.—10 Schutz. delevit *inventionibus.*

NOTÆ

[u] *In philosophia*] De syllogismi, quæ perfecta est argumentatio, figuris, modisque singularum figurarum, multa disputant logici, quæ, si cum his præceptionibus comparentur, videri possint obscura.

inventionem, et argumentationum expolitionem,[11] ex illis, quæ ante præcepta sunt, hanc quoque in partem orationis transferri oportebit. Verumtamen, ut quædam præceptio[12] detur hujus quoque partis, exponemus modos[13] reprehensionis; quos qui observabunt,[14] facilius ea, quæ contra dicentur, diluere aut infirmare poterunt.[15]

79. Omnis argumentatio reprehenditur,[x] si aut ex iis, quæ sumta sunt, non conceditur aliquod[16] unum plurave; aut, his concessis,[17] complexio confici ex his negatur; aut si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur;[18] aut si contra[19] firmam argumentationem, alia æque firma,[20] aut firmior ponitur. Ex iis quæ sumuntur, aliquid non conceditur, cum aut id, quod credibile dicunt,[1] negatur esse ejusmodi;[2] aut quod comparabile putant,[3] dissimile ostenditur; aut judicatum aliam in partem traducitur, aut omnino judicium improbatur; aut, quod signum esse adversarii dixerunt, id ejusmodi negatur esse,[4] aut si complexio,[5] aut ex una, aut ex utraque parte reprehenditur, aut si enumeratio falsa ostenditur,[6] aut si simplex[7] conclusio falsi aliquid continere demonstratur. Nam omne quod sumitur ad argumentandum,[8] sive pro probabili, sive pro[9] necessario, necesse est sumatur ex his locis, ut ante ostendimus.

—11 Unus Ms. ap. Lamb. *et argumentationem et expolitionem.* Tum M *ex aliis.*—12 θ non habet *præceptio.*—13 M *numeros.*—14 θ *conservabunt:* ψ *observabit.*—15 ψ *poterit.*—16 ω 2. et quatuor Mss. Oud. *aliquid.* In θ deest. —17 ω 1. *aut conc.* Leid. 1. *aut ex his conc.* Mox *ex his* absunt a Voss. 2. et Sch. a m. pr.—18 In ed. Græv.-Burm. omittuntur voces *aut si genus ... ostenditur.* Nescimus, an errore typogr.—19 M *aut contra,* omisso *si.*—20 κ *alia quæ æque firma est.*—1 M *aut quod:* θ *aut id quod signum esse adversarii dixerunt, cred. dicunt:* Schutz. e suspic. *aut id quod credibile, aut quod signum esse adversarii dixerunt.*—2 Leid. 1. 2. *hujusmodi.*—3 Leid. 3. *comp. dicunt.*—4 Schutz. omittit *aut quod signum ... negatur esse.*—5 B, Sch. Voss. 2. Leid. 1. 3. *aut si comprehensio.* Tum θ *aut una ex utraque parte:* octo Oxonn. Mss. cum Tur. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *aut una, aut utraque ex parte:* plures Mss. Oud. cum Junt. et Græv.-Burm. *aut una, aut ex utraque parte:* Leid. 2. *aut una, aut utraque parte,* prob. Oud. Leid. 1. Voss. 2. cum Grut. *aut ex una aut ex utraque parte.*—6 Leid. 3. *falsa esse ost.*—7 ω 1. *aut simplex.* Mox Sch. Voss. 1. *cont. monstratur.*—8 ψ et Lamb. ed. *argumentationem.*—9 M θ omittunt *pro.*

NOTÆ

[x] *Omnis argumentatio reprehenditur*] Consule notas in lib. II. ad Herenn. § 31. et seqq.

XLIII. 80. Quod pro credibili[10] sumtum erit; id infirmabitur, si aut[11] perspicue falsum erit, hoc modo: Nemo est qui non pecuniam,[12] quam sapientiam malit. Aut ex contrario[y] quoque[13] credibile aliquid habebit, hoc modo: Quis est, qui non officii cupidior sit, quam pecuniæ?[14] aut erit omnino[15] incredibile, ut si quis, quem[16] constet esse avarum, dicat,[17] alicujus mediocris officii causa, se maximam pecuniam neglexisse. Aut si, quod in quibusdam rebus aut hominibus accidit, id omnibus dicatur[18] usu evenire, hoc pacto: Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. Qui locus desertus est, in eo cædem factam esse oportet. In loco celebri homo occidi qui potuit? Aut si id, quod raro fit, fieri omnino negetur:[19] ut Curio[20] pro Fulvio:[z] Nemo potest uno aspectu,[a] neque præteriens, in amorem incidere. 81. Quod autem pro signo sumetur, id ex iisdem locis, quibus confirmatur, infirmabitur.[1] Nam in signo, primum verum esse ostendi oportet:[2] deinde ejus esse rei signum proprium, qua de re agitur, ut cruorem cædis:[3] deinde factum esse, quod non oportuerit; aut non factum, quod oportuerit:[4] postremo scisse eum, de qua[5]

CAP. XLIII. 10 W θ *incredibili*.—11 ω 1. *infirmatur:* et B *si quod aut*.—12 Sch. *quin pec*.—13 Sch. *ex contr. quod*.—14 ω 2. *off. cup., quam pec.* Tur. et omnes Mss. Oud. præter Sch. *off. quum pec. cup. sit*.—15 Sch. a m. pr. *erit hoc omnino*, omisso *aut*.—16 B M κ, ω 2. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. Tur. et ed. Omnib. *si aliquem:* L W θ, Voss. 1. et Schutz. *si aliquis quem.* Tum Sch. Leid. 2. et Schutz. *constat*.—17 κ *ut dicat:* ed. Omnib. *et dicat*.—18 Quatuor Mss. Oud. *dicitur*. Dein B L M W, Sch. Leid. 1. 3. Voss. 2. Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *venire*. Porro Leid. 3. *hoc modo*.—19 Quinque Mss. Oud. et omn. Oxonn. Mss. cum Tur. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *negatur*.—20 B L M W θ, ω 2. Voss. 2. Leid. 1. a m. pr. Leid. 2. cum Junt. Grut. Oliv. et Græv.-Burm. *Curius*. In ω 1. *Curio pro fluvio*. Vid. Clav. in *Fulvius*. —1 Voss. 1. *infirmatur*.—2 Leid. 3. *ostendere op.* Tum κ *deinde ejusdem esse rei*.—3 Voss. 1. *ut cruor est cædis*.—4 M *et factum non esse, quod oportuerat*.—5 θ κ, ω 1. 2. Tur. et omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Lamb. *de quo*.

NOTÆ

[y] *Aut ex contrario*] Perinde enim propositio contraria fidem obtinebit. Quis est qui non pecuniæ cupidior sit quam officii?

[z] *Curio* [*Curius*] *pro Fulvio*] Infecetus quispiam orator, quantum ex hac unica ipsius propositione colligere licet; hunc certe inter claros oratores Tullius non annumeravit.

[a] *Nemo potest uno aspectu*] Quod statim hoc dicto Damonis Ecl. VIII. Virgil. refellitur: 'Ut vidi, ut perii! ut me malus abstulit error!'

quæritur, ejus rei legem et consuetudinem: nam eæ [6] res sunt signo attributæ: quas diligentius aperiemus, cum separatim de ipsa [7] conjecturali constitutione dicemus. Ergo horum unumquodque in reprehensione, aut non esse signo, aut parum magno [8] esse, aut a se potius, quam ab adversariis stare, aut omnino falso [9] dici, aut in aliam quoque suspicionem duci posse, demonstrabitur. XLIV. 82. Cum autem pro comparabili aliquid inducetur,[10] quoniam id per similitudinem maxime [11] tractatur, in reprehendendo conveniet, simile id negare esse, quod conferetur [12] ei quicum conferetur: id fieri poterit, si demonstrabitur diversum esse genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione: ac si,[13] quo in numero illud, quod per similitudinem afferetur,[14] et quo in loco hoc genus,[15] cujus causa afferetur, haberi conveniat, ostendetur. Deinde, quid [16] res cum re differat,[b] demonstrabitur: ex quo docebimus, aliud de eo quod comparabitur, et de eo quicum [17] comparabitur, existimari oportere. Hujus facultatis maxime indigemus,[18] cum ea ipsa argumentatio, quæ

Dein *ejus rei, qua de re agitur, leg. et cons.*—6 Deest *eæ* in Leid. 1.—7 *Ipsa* non est in L.—8 ω 1. *magnum.*—9 Sch. a m. pr. cum ed. Omnib. *falsum:* Sch. a m. sec. *falsa.*

CAP. XLIV. 10 θ *inducitur.*—11 θ omittit *maxime.*—12 L M κ, ω 1. 2. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *confertur.* Tum ω 2. Sch. a m. pr. Leid. 2. 3. Grev. et ed. Omnib. *confertur:* 'bene,' ait Oud. 'si primo loco legamus *conferatur.*'—13 Voss. 1. *aut si.*—14 L M *affertur.*—15 *Genus* abest a B L, ω 1. 2. Leid. 2. 3. Dein Sch. et ed. Omnib. *cujus causa affertur.*—16 In M *quid,* sed *qualis* supra lineam. Tum ω 1. *res diff. cum re demonstrabimus. Demonstrabimus* quoque B L M W θ κ ψ, ω 2. Tur. Sch. Leid. 2. 3. ed. Omnib. et Lamb.—17 Voss. 1. *cum quo.*—18 Schutz. e conj. Lamb. ac Wetzel. *indigebi-*

## NOTÆ

[b] *Quid res cum re differat*] Id videre licet sub init. lib. IV. ad Herenn. Qui in illustrandis rhetorices figuris vetera novis exemplis præferrent, hac inter alias ratione utebantur, quod, ut testimonium, sic exemplum rei confirmandæ causa sumitur, ideoque a probatissimis depromi possit. Eorum opinionem utriusque rei dissimilitudine proposita sic refutat Cornificius: 'Primum omnium exempla ponuntur hic non confirmandi, neque testificandi causa, sed demonstrandi. . . . Hoc igitur interest inter exemplum et testimonium: exemplo demonstratur id quod dicimus, cujusmodi sit; testimonio esse illud ita ut dicimus, confirmatur. Præterea oportet testimonium cum re convenire: aliter enim rem non potest confirmare: at id, quod illi faciunt, cum re non convenit.'

per inductionem tractatur,[19] erit reprehendenda. Sin judicatum[20] [c] aliquod inferetur, quoniam id ex his[1] locis maxime firmatur: laude eorum, qui judicarunt;[2] similitudine ejus rei, qua de[3] agitur, ad eam rem qua de[4] judicatum est, et[5] commemorando, non modo non esse reprehensum judicium, sed ab omnibus[6] approbatum; et demonstrando, difficilius et majus fuisse id judicatum quod afferatur,[7] quam id quod instet: ex contrariis[8] locis,[d] si[9] res aut vera aut verisimilis permittat,[10] infirmari oportebit. Atque erit observandum diligenter, ne nihil[11] ad id quo de agatur, pertineat id quod judicatum sit:[12] et videndum,[13] ne ea res proferatur, in qua sit offensum, ut de ipso, qui judicarit,[14] judicium fieri videatur. 83. Oportet autem animadvertere, ne, cum aliter multa[15] sint judicata, solitarium aliquod, aut rarum judicatum afferatur:[16] nam his rebus[17] auctoritas judicati maxime potest infirmari. Atque

*mus*, prob. Ern.—19 Lamb. *tractabitur.*—20 κ ψ, ω 2. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *Si jud.* In Leid. 3. *aliquid*, et Voss. 1. *afferetur.*—1 Quædam edd. ante Grut. non habent *his.*—2 Sch. *judicaverunt:* ed. Omnib. *judicare.*—3 Sch. Leid. 1. *de qua:* al. *qua de re.*—4 Sch. Voss. 1. Leid. 1. hic quoque habent *de qua:* al. *qua de re.*—5 B L M W ψ, ω 2. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. omittunt copulam.—6 ψ *ab hominibus.*—7 B L M W θ, ω 2. Tur. Sch. Leid. 1. 3. *quod ad judicandum afferatur;* et sic κ in marg. ω 1. *quod adjutandum aff.* Leid. 2. *quod ad judicandum inferatur.*—8 B M, Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. *contrariis* sine præpositione. Ed. Omnib. *inest contrariis.*—9 Pro *si*, in M *cum* legitur.—10 Voss. 1. *permittit:* octo Oxonn. Mss. et vulg. *permittet:* ω 2. Tur. Sch. a m. sec. Voss. 2. Leid. 1, 2. 3. et Mss. ap. Ern. ac edd. pr. ante Ald. cum Orell. *permittat*, prob. Oud.—11 L *num nihil:* M *an nihil.* Tum Oxonn. Mss. ac Oud. Mss. cum Junt. Omnib. Lamb. et Oliv. *quod agatur.*—12 Ed. Omnib. *jud. est.*—13 Vulg. *videndum est.* Ern. delevit *est*, quod omittunt Leid. 1. Schutz. Wetzel. et Orell. Dein B L *num ea res:* Leid. 2. *an ea res:* ed. Omnib. *non ea res.*—14 M *qui jud.* sed ' vel *quod* ' supra lin. In Leid. 2. et ed. Omnib. *judicaverit.*—15 *Multa* in ω 1. deest.—16 Voss. 1. 2. Leid. 1. et Sch. a m. sec. *sol. aliquid.* In ω 2. *jud., aut rarum.* Abest *judicatum* a Leid. 1. et pro eo in Sch. suprascr. *aliquid.*—17 Sch. *Nam sic his*

NOTÆ

[c] *Sin judicatum*] De confirmatione loci a præjudiciis modo dictum § 48.

[d] *Ex contrariis locis*] Tullius pro Cluent. § 97. sic elevat præjudicia: 'At etiam Bulbus est condemnatus. Adde, majestatis: ut intelligas hoc judicium cum illo non esse conjunctum. At est hoc illi crimen objectum. Fateor: sed etiam legionem esse ab eo solicitatam in Illyrico, C. Cosconii literis et multorum testimoniis planum factum est: quod crimen erat proprium illius quæstionis, et quæ res lege majestatis tenebatur. At hoc obfuit ei maxime. Jam ista divinatio est.'

ea quidem,[18] quæ quasi probabilia sumentur,[19] ad hunc modum tentari oportebit. XLV. Quæ vero sicuti necessaria inducentur,[20] ea si forte imitabuntur modo[1] necessariam argumentationem, neque erunt ejusmodi, sic reprehendentur. Primum complexio,[2] quæ, utrum concesseris, debet tollere, si vera est, nunquam reprehendetur; sin falsa, duobus modis, aut conversione, aut alterius partis infirmatione.[3] Conversione, hoc modo:

Nam si veretur, quid eum accuses,[4] qui est probus?
Sin inverecundum[5] animi ingenium possidet,
Quid eum accuses, qui id parvi auditu existimet?[6]

[p. 58.] Hic, sive[7] vereri dixeris, sive non vereri, concedendum[8] hoc putat, ut neget[9] esse accusandum. Quod conversione[10] sic reprehendetur: Immo vero accusandus est. Nam si veretur, accuses:[11] non enim parvi auditu æstimabit.[12] Sin inverecundum[13] animi ingenium possidet, tamen[14] accuses: non enim probus est. 84. Alterius autem partis infirmatione, hoc modo reprehendetur:[15] Verum si

*rebus.* Tum *judicati* non est in M, Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib.—18 Vulg. *ea quidem argumenta.* L non habet *quidem.* Ern. delevit vocem *argumenta;* quæ non legitur in B L M θ, Sch. Leid. 2. 3. Voss. 1. 2. Tur. Cass. et quam Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt. Tum *quæ* abest a Leid. 3.—19 Vulg. *sumuntur.* W θ, Sch. Leid. 3. Tur. ed. Omnib. Schutz. Wetzel. et Orell. *sumentur.*

CAP. XLV. 20 B L W θ κ *dicentur:* Leid. 1. Voss. 2. *dicuntur:* M. *ducentur;* et sic suprascr. in Sch. In Leid. 2. 3. Voss. 1. *dicentur.*—1 ω 1. omittit *modo.* —2 B L ψ, Sch. Leid. 1. Voss. 1. a m. pr. *comprehensio.* Dein B L M et quatuor Mss. Oud. *utrum concesserit:* W θ *utrumque concesserit.*—3 θ *aut conversione utriusque partis, aut alterius partis inf.* Pro *alterius,* M habet *alicujus,* sed *alterius* supra lin.—4 ψ *qui eum acc.* Schutz. cum Orell. ex Rhet. ad Herenn. II. 26. dedit *quid eum accusem,* et hic, et paulo infra.—5 B L M W θ κ, ω 1. et omnes Mss. Oud. ac ed. Omnib. *Si inv.* Voss. 1. *Si vero inv.* Leid. 3. *Nam si inv.* Tum voces *animi ingenium* in κ desunt; sed in marg. scribuntur. —6 Sch. a m. pr. et Tur. *auditum:* et ω 2. ac Junt. *existimat.* Vulg. *æstimet.* W θ κ, Voss. 1. Leid. 2. et ed. Omnib. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *existimet.*—7 ω 1. *Hoc sive.* B L M, ω 2. et omnes Mss. Oud. cum Lamb. Grut. et Oliv. *Hic si.* Vid. Nott. Varr. Tum in θ *sive non dixeris.*—8 Vulg. *concludendum.* B L M W θ κ ψ, ω 2. Tur. Pall. Cass. Guelf. 1. 2. omnes Mss. Oud. ac ed. Omnib. Schutz. Wetzel. et Orell. *concedendum.* Dein Pal. 2. *hic putat:* ω 2. *hoc esse putat.*—9 Vulg. *neges.* Ern. e Cass. Guelf. 1. a m. pr. et Leid. 3. dedit *neget;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. Pro *esse,* Voss. 1. Leid. 1. habent *eum.*—10 B, ω 2. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. *Quod cum convers.* Tum θ, ω 1. et Leid. 2. *reprehenditur.*—11 Voss. 2. *accusandus est.*—12 κ, Leid. 2. et ed. Omnib. Junt. ac Orell. *aud. existimabit:* Voss. 2. *aud. existimat:* Tur. et Schutz. *auditum æstimabit.*—13 B L M W θ κ, ω 1. 2. *Si inv.* Deest *ingenium* in Leid. 3.—14 In κ non legitur *tamen,* pro quo ω 2. habet

veretur, accusatione tua correctus,[16] ab errato recedet. Enumeratio vitiosa intelligitur, si aut præteritum quiddam dicemus, quod velimus concedere, aut infirmum aliquid annumeratum, quod aut contra[17] dici possit, aut causa non sit, quare non honeste possimus concedere. Præteritur quiddam in ejusmodi enumerationibus:[18] Quoniam habes istum equum, aut emeris oportet, aut hæreditate possideas, aut munere acceperis, aut domi tibi natus sit;[19] aut, si horum nihil est, surripueris necesse est: sed neque emisti, neque hæreditate venit,[20] neque domi natus est, neque donatus est: necesse est ergo surripueris.[1] 85. Hoc commode reprehendetur,[2] si dici possit ex hostibus equus esse captus, cujus prædæ sectio[e] non venierit:[3] quo illato, infirmatur[4] enumeratio; quoniam id sit inductum,[5] quod præteritum sit in enumeratione. XLVI. Altero autem[6] modo reprehendetur, si aut contra aliquid dicetur: hoc est, si,[7] exempli causa, ut in eodem versemur, poterit ostendi hæreditate venisse: aut si extremum illud[8] non erit turpe concedere; ut si quis,[9] cum dixerint adversarii, aut insidias facere voluisti, aut amico morem gessisti, aut cupiditate

*tum.*—15 θ *reprehenditur.*—16 ω 1. et edd. ante Ald. *correptus*, non improb. Ern. Tum ω 1. *recedit.*—17 κ *enumeratum*; et M *quod contra.* Verba *aut infirmum . . . possimus concedere* L omittit.—18 Leid. 3. *in hujusmodi enum.* θ *in ejusm. annumerationibus.*—19 κ *domi natus sit*: Sch. *domi tibi nutritus sit.*—20 B *si neque emisti, neque ex hereditate venit.* Tum Tur. et omnes Mss. Oud. ac Orell. *neque don. est, neque domi natus est.*—1 Voss. 2. *ergo ut tu surr.*—2 ω 1. 2. Guelf. 1. Voss. 1. 2. 3. Sch. a m. sec. Tur. a m. sec. cum Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *reprehendetur*: Leid. 3. *reprehendatur.* Al. Mss. et edd. *reprehenditur.*—3 Pal. 1. *qui prædæ sectione venerit.* *Sectione venerit* quoque in B L M W θ κ, ω 1. Leid. 1. 2. 3. Tur. et ed. Junt. sed in marg. κ *venerit, utqui sectione venerit*: ω 2. Pal. 2. 3. Grev. Voss. 1. *sectione evenierit*: quædam edd. vett. *sectione venierit*: ψ *sectio non venierit.*—4 Orell. e Tur. *infirmetur.*—5 θ et Schutz. *est ind.* Dein ed. Omnib. *quod præt. est.*

CAP. XLVI. 6 Tur. a m. pr. omittit *autem.* Tum Sch. a m. pr. Leid. 3. et ed. Omnib. *reprehenditur.*—7 Deest *si* in ed. Omnib.—8 Tur. Lamb. et Orell. *illud extremum.*—9 B L M, Sch. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. *ut si qui.*—

NOTÆ

[e] *Sectio*] Sumitur pro bonis damnatorum et præda hostium quæ sub hasta venditur, prædam enim milites captam inter se secabant ac dividebant. 'Sectores,' inquit Asconius, 'sunt dicti qui spem lucri sui secuti, bona condemnatorum simul auctionabantur, proque his pecunias pensitabant singulis, ac in posterum pro compendio' sive utilitate sua 'singula quæque pecunia vendituri.'

elatus es; amico se morem gessisse[10] fateatur. 86. Simplex autem conclusio reprehendetur, si id, quod[11] sequitur, non videatur[12] necessario cum eo, quod antecessit, cohærere. Nam hoc quidem, Si spiritum ducit, vivit; Si dies est, lucet; ejusmodi est, ut cum priore necessario posterius cohærere videatur. Hoc autem, Si mater est, diligit;[13] Si aliquando peccavit, nunquam corrigetur; sic conveniet reprehendi, ut demonstretur non necessario cum priore posterius cohærere. Hoc genus, et cetera necessaria, et omnino[14] omnis argumentatio, et ejus reprehensio[15] majorem quandam vim continet,[16] et latius patet, quam hic exponitur: sed ejus[17] artificii cognitio hujusmodi est, ut non ad hujus artis[18] partem aliquam adjungi possit, sed ipsa separatim longi temporis, et magnæ atque arduæ cogitationis[19] indigeat: quare illa nobis alio tempore atque ad aliud institutum, si facultas erit, explicabuntur.[20] Nunc his præceptionibus rhetorum ad usum oratorium contentos nos esse oportebit.[1] Cum igitur ex iis, quæ sumuntur,[2] aliquid non conceditur,[3] sic infirmabitur. XLVII. 87. Cum autem, his concessis, complexio ex his non conficitur,[q] [4] hæc erunt consideranda: num aliud conficiatur, aliud[5] dicatur, hoc modo: Si, cum aliquis dicat se profectum esse ad exercitum, contraque eum[6] quis velit hac argumentatione uti:[7] Si venisses ad exercitum, a tribunis militaribus visus esses; non es autem ab his visus;

[q] *Conclusio non recte infertur.*

10 Pronomen *se* abest ab ed. Omnib. In Voss. 1. *gerere.*—11 M et Sch. *si hoc quod : θ si hic quod.*—12 θ *videtur.* Mox Sch. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *quod antesit ;* sed suprascr. in Sch. *cesserit.*—13 Tur. ed. Omnib. et Lamb. *dil. filium.*—14 M caret *omnino.*—15 Leid. 3. *et omnis repr.*—16 Duo Mss. ap. Lamb. *obtinet*, et mox Leid. 2. *exponatur.*—17 θ non habet *ejus.* Tum ω 1. Tur. et omnes Mss. Oud. ac Orell. *cogn. ejusmodi.*—18 ω 1. *partis.*—19 Oxonn. Mss. ac Mss. ap. Oud. *cognitionis ;* et sic vulg. Grev. Grut. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *cogitationis.*—20 L *explicabitur.*—1 Leid. 3. *cont. non esse oportet.*—2 Sch. Leid. 3. *sumentur.*—3 Pro *conceditur*, ψ habet *sicut diximus ;* et L *ceditur*—(sic).

CAP. XLVII. 4 θ, ω 2. Voss. 1. Leid. 3. Tur. *conficietur :* ω 1. Voss. 2. *conficiatur.*—5 Voss. 1. *ac aliud.*—6 Leid. 1. 3. Voss. 2. Tur. Omnib. Schutz. Wetzel. et Orell. *contra eum.* Dein ω 1. *qui velit.*—7 Tur. et Lamb. *uti arg.*

non es igitur profectus ad exercitum.[f] Hic cum concesseris propositionem et assumtionem, complexio est infirmanda. Aliud enim, quam cogebatur,[8] illatum est. 88. Ac nunc[9] quidem, quo facilius res cognosceretur,[10] perspicuo et grandi vitio præditum[11] posuimus exemplum: sed sæpe obscurius positum vitium pro vero probatur, cum aut parum memineris quid concesseris,[12] aut ambiguum aliquid pro certo concesseris. Ambiguum si concesseris ex ea parte, quam ipse[13] intellexeris, eam partem si adversarius ad aliam partem[14] per complexionem velit accommodare; demonstrare oportebit, non ex eo quod ipse concesseris, sed ex eo quod ille[15] sumserit, confici complexionem, ad hunc modum:[16] Si pecuniæ indigetis, pecuniam non habetis: si pecuniam[17] non habetis, pauperes estis: indigetis autem pecuniæ;[18] mercaturæ enim, nisi ita[19] esset, operam non daretis: pauperes igitur estis. Hoc sic reprehenditur: Cum dicebas, si indigetis pecuniæ, pecuniam non habetis; hoc intelligebam, si propter inopiam in egestate estis, pe-

Mox iidem *non igitur es ad ex. prof.*—8 Ed. Omnib. *quam colligitur*, improb. Oud.—9 Leid. 1. 2. 3. Grut. et Græv.-Burm. *At nunc.*—10 ω 1. *cognoscentur.*—11 Leid. 1. et Var. Lect. Sch. *prædictum*, 'ex vulgari librariorum more *c* ante *t* inserentium,' ait Oud. Mox, Schutz. e suspic. delevit *positum*: Wetzel. uncis includit.—12 Vulg. *quod conc.* Ern. e Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. rescripsit *quid*; et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Vulg. quoque *ambiguum aliquod*; pro quo Ern. e Sch. Voss. 2. Leid. 1. 3. et Cass. dedit *aliquid*; quod etiam Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. habent.—13 Deest *ipse* Voss. 1. Tum B, Leid. 3. *et eam partem.* In B *si* omittitur.—14 B L M W ψ, ω 2. et Oliv. non habent *partem.*—15 κ *ipse.*—16 B *hoc modo*, sed 'vel *ad hunc modum*' supra lin. Tum θ κ *Et si*; et Tur. *indig. pec.*—17 Leid. 2. ed. Omnib. *et si pec.*—18 L M W κ, Sch. Leid. 2. ed. Omnib. *pecunia.*—19 Sch. Leid. 2. 3. *ni ita.*

## NOTÆ

[f] *Non es igitur profectus ad exercitum*] Concludi debuit; igitur ad exercitum non venisti. Aliud est ad exercitum proficisci, sive itineri se committere ad exercitum; aliud est venire, sive pedem inferre in ipsa castra: vitiosissima igitur conclusio, qua colligitur id quod nullatenus positum fuit sive in propositione sive in assumtione. Nota est hæc logicorum regula: nihil debet esse in consequente, quod non fuerit in antecedente. Idcirco enim termini, ut ipsi aiunt, conjunguntur in conclusione, quia conjuncti sunt in antecedente cum medio termino; si ergo non fuerit aliquis cum medio conjunctus, in conclusione non conjungetur: qui autem non fuerit in antecedente, certe non conjungetur cum medio, qui in solo antecedente locum habet.

cuniam non habetis; et idcirco concedebam: cum autem hoc sumebas,[20] indigetis autem pecuniæ; illud accipiebam, vultis autem pecuniæ plus[1] habere. Ex quibus concessionibus non conficitur hoc;[2] pauperes igitur estis: conficeretur autem, si tibi primo[3] quoque hoc concessissem, qui pecuniam majorem vellet[4] habere, cum pecuniam non habere. XLVIII. 89. Sæpe autem oblitum putant, quid concesseris, et idcirco id quod non conficitur, quasi conficiatur, in conclusione infertur,[5] hoc modo: Si ad illum hæreditas veniebat, verisimile est, ab illo esse[6] necatum. Deinde[r] hoc approbant plurimis verbis:[7] post assumunt, Ad illum autem hæreditas veniebat. Deinde infertur, Ille igitur occidit. Id ex iis, quæ sumserant, non conficitur.[8] [g] Quare observare diligenter oportet, et quid sumatur,[9] et quid ex his conficiatur.

Ipsum autem genus argumentationis, vitiosum[10] his de causis ostendetur, si aut in ipso vitium erit,[11] aut si non ad id, quod instituitur,[12] accommodabitur. Atque in ipso vitium erit, si omnino totum[13] falsum erit, si commune, si vulgare, si leve, si remotum, si mala definitio,[14] si controversum, si perspicuum, si non concessum, si turpe, si offen-

[r] *Ut propositio prima excidat e memoria.*

Mox Orell. e Tur. edidit *reprehendetur.*—20 ω 1. *assumebas.*—1 ω 2. *pecuniam plus:* Leid. 3. *plus pecuniam.*—2 In κ *hoc* deest.—3 L et Leid. 2. *si ego primo.* Dein θ caret *hoc.*—4 θ *velit.*

Cap. xlviii. 5 Sch. *in conclusionem;* et M W κ ψ *inferunt.*—6 Septem Oxonn. Mss. et omnes Mss. Oud. cum Victorin. omittunt *esse.* In Tur. *esse ab illo nec.* Ed. Omnib. *ab illo hæreditate esse nec.*—7 ω 1. *approbatur;* et B κ *pluribus verbis.* In M W desunt verba *Deinde hoc appr. . . . hæreditas veniebat.*—8 B L, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. *Id quod ex iis;* et sic legend. Oud. conjecerat: M W θ, ω 1. 2. omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Junt. *Idque ex iis* vel *his.* Vulg. *Id ex iis.* Pro *quæ sumserant,* in M W *quod sumpsi* legitur. Dein M *non efficitur.*—9 Leid. 2. *Quare et obs. dil. oportebit:* Sch. quoque *oportebit.* Tum L, Leid. 1. *et quid assumatur:* ψ *et quid assumant:* ω 1. *et quod sumatur, et quod.*—10 Sch. *vit. esse.*—11 Sch. *si aut ipsum viciosum erit:* et ω 2. Voss. Sch. a m. pr. ac Tur. et Lamb. *aut non,* omisso *si.* —12 Leid. 3. et Victorin. *instituit:* ω 1. *constituitur.*—13 Sch. omittit *totum,* 'male,' ait Oud.—14 B, ω 2. Pal. 2. 3. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *si mala*

NOTÆ

[g] *Id ex iis, quæ sumserant, non conficitur*] Recta conclusio hæc esse debuit; verisimile est igitur illum occidisse.

sum, si contrarium, si inconstans, si adversum.[15] 90. Falsum est, in quo perspicue[16] mendacium est, hoc modo: Non potest esse sapiens, qui pecuniam negligit. Socrates autem pecuniam negligebat: non igitur sapiens erat. [p. 59.] Commune est, quod nihilo magis ab adversariis, quam a nobis facit,[17] hoc modo: Idcirco, judices, quia veram causam habebam, brevi[18] peroravi. Vulgare est, quod in aliam quoque rem[19] non probabilem, si nunc concessum sit,[20] transferri possit, hoc modo:[1] Si veram causam non haberet, vobis se, judices,[2] non commisisset. Leve est, quod aut post tempus dicitur, hoc modo: Si in mentem venisset, non commisisset: aut si[3] perspicue rem turpem levi tegere vult defensione, hoc modo:

Cum te expetebant[4] [h] omnes, florentissimo
Regno reliqui: nunc desertum ab omnibus,
Summo periclo,[5] sola ut restituam, paro.

XLIX. 91. Remotum est,[6] quod ultra quam satis est,[s] petitur,[7] hoc modo: Quodsi non P. Scipio[i] Corneliam filiam[8] Ti. Graccho collocasset,[t] atque[9] ex ea duos Gracchos pro-

[s] *Longius quam necesse sit.* [t] *Dedisset uxorem.*

*definitione:* Suffridi Mss. *si male definitum;* quam lectionem veram esse censet Gruterus.—15 Sch. a m. pr. *si adversarium.*—16 Voss. 2. *id quod perspicuum:* Leid. 2. a m. pr. *in quo perspicuum.*—17 Voss. 1. *faciat.*—18 Lamb. *breviter.*—19 Sch. *ad aliam quamque rem.* Verba *non probabilem* non sunt in Leid. 3.—20 B L M W κ, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. et ed. Omnib. *si non conc. sit.*—1 Ed. Omnib. *ut hoc modo:* ω 1. et Leid. 3. *ut hoc,* omisso *modo.*—2 ω 2. *o judices.*—3 Tur. et Oxonn. Mss. ac Mss. Oud. item quædam edd. vett. cum Oliv. Græv.-Burm. et Lall. non habent *si;* quod Grut. addidit e Ms. Grev.—4 L *Cum te vel exp.* ω 1. et ed. Omnib. *Cum te expectabant.* Tum κ et ω 1. *in flor.* Voss. 2. Leid. 3. *in flor. regno:* Leid. 1. *flor. regno solus.* M *in regno;* et θ *reliquit.*—5 ω 2 Sch. Leid. 1. *Summo cum periculo:* ed. Omnib. etiam *periculo.* Dein abest *sola* a Leid. 1. 2. In Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. et ed. Omnib. *solus.* Horum versuum varias lectiones videas quoque in lib. II. ad Herenn. c. 25.

CAP. XLIX. 6 Leid. 1. 3. carent *est:* Leid. 1. quoque non habet post *satis.*—7 Tur. Lamb. et Orell. *repetitur.* Pro *hoc modo,* B M W θ κ, Tur. et omnes Mss. Oud. ac ed. Omnib. *hujusmodi.*—8 κ *filiam suam.*—9 W θ omit-

NOTÆ

[h] *Cum te expetebant*] Eadem habet Cornificius l. II. ad Herenn. § 40.

[i] *P. Scipio*] Africanus major Corneliam filiam nuptum dedit T. Graccho, qui ex ea suscepit Gracchos duos seditionibus suis celebres, de quibus in lib. de Clar. Orat. dicendi locus erit.

creasset, tantæ seditiones natæ non essent:[10] quare hoc incommodum Scipioni ascribendum videtur. Hujusmodi est illa quoque conquestio:

> Utinam ne[11] in nemore[k] Pelio securibus
> Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes![12]

Longius enim repetita est, quam res postulabat.[13] Mala definitio est, cum aut communia describit,[l] hoc modo: Seditiosus est is, qui[14] malus atque inutilis est civis: nam hoc non magis seditiosi, quam ambitiosi, quam calumniatoris, quam alicujus improbi hominis vim describit. Aut falsum quiddam[15] dicit, hoc pacto: Sapientia est pecuniæ quærendæ[16] intelligentia. Aut aliquid non grave, nec magnum continens, sic: Stultitia est immensæ gloriæ cupiditas. Est hæc quidem stultitia,[17] sed ex parte quadam, non ex omni genere, definita. Controversum est, in quo ad dubium demonstrandum, dubia causa affertur,[18] hoc modo:

> Eho tu, Dii,[m] quibus est potestas motus superum atque inferum,[19]
> Pacem inter sese conciliant,[20] conferunt concordiam.

92. Perspicuum est, de quo non est controversia: ut, si quis, cum Orestem accuset, planum faciat, ab eo matrem

tunt *atque*. Tum ω 2. *duos filios procreasset*.—10 Leid. 1. *fuissent*.—11 L *Utinam enim ne*.—12 B L W ψ et omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *Cæsæ cecidissent ad terr. trabes*; nisi quod in Sch. *Concidissent:* M *Cæsæ cecidissent abiegne ad terr. trabes:* κ *Concidissent abiegnæ cæsæ ad terr. trabes:* ω 1. 2. *Cæsæ accidissent ad terram trabes:* θ *Cæsa cecidisset ad terr. trabes:* Schutz. et Orell. *Cæsa accidisset abiegna ad terram trabes*. Vulg. ut Ern. Vid. Varr. Lectt. ad Herenn. II. 22. et Top. c. 16. ac de N. Deor. III. 30.—13 L *postulat*.—14 ω 2. *qui is*. M habet *quod* supra lin. Tum L θ, Sch. et ed. Omnib. *malus aut inut. est*. Deest verbum *est* in Sch.—15 Leid. 2. caret *quiddam*.—16 Sex Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *acquirendæ*.—17 Leid. 1. *Est autem hæc stult*. In Tur. *sed* punctis notatur.—18 Sch. non improb. Oud. *ad dub. dem. dubium aff.* suprascr. *dubia causa*.—19 *Atque inferum* in ψ desunt. —20 Leid. 1. *Pacem perpetuam, &c.* Leid. 2. *Pacem inter se conc., &c.* Vid.

## NOTÆ

[k] *Utinam ne in nemore*] Videsis lib. II. ad Herenn. § 34.

[l] *Cum aut communia describit*] Definitio enim non tantum partem communem, quæ genus dicitur, sed etiam propriam, quæ differentia debet explicare.

[m] *Eho tu, Dii*] Sensus horum versuum expositus lib. II. ad Herenn. § 39.

esse occisam.[1] Non concessum est, cum id, quod augetur,[2] in controversia est, ut, si quis,[3] cum Ulyssem accuset, in hoc maxime commoretur: Indignum esse, ab homine ignavissimo virum fortissimum, Ajacem, necatum. Turpe est, quod aut eo loco in quo dicitur,[4] aut eo homine qui dicit,[5] aut eo tempore quo dicitur, aut iis qui audiunt, aut ea re qua de agitur,[6] indignum, propter inhonestam rem,[7] videtur. Offensum est, quod eorum, qui audiunt, voluntatem lædit; ut, si quis apud equites Romanos, cupidos judicandi,[8] Cæpionis[9] legem judiciariam[n] laudet. L. Contrarium est,[10] quod contra ea dicitur, quæ ii, qui audiunt, fecerunt: 93.
ut, si quis[11] apud Alexandrum Macedonem contra aliquem urbis expugnatorem diceret, nihil esse crudelius quam urbes diruere, cum ipse Alexander Thebas diruisset. Inconstans est, quod ab eodem de eadem re diverse dicitur; ut, si quis,[12] cum dixerit, qui virtutem habeat, eum nullius rei ad bene vivendum indigere, neget postea sine bona valetudine posse bene vivere;[13] aut, se amico adesse propter

Var. Lectt. in l. II. ad Herenn. c. 25.—1 Sch. *si qui Or. accusent, planum faciunt,* suprascr. *cum:* Leid. 2. *si is qui Or. acc. pl. faciet;* Voss. 2. Leid. 3. *si qui cum Or. acc. pl. faciat,* prob. Oud. Orell. quoque *si qui.* B L carent *cum.* In marg. θ supra lin. scribitur, *si quis Or. accusans in hoc maxime commoretur ab eo matrem occisam.* In Sch. et Voss. 2. *matrem occisam* omisso *esse.* Vulg. ut Ern.—2 ω 2. *id cum quod augetur,* sive *agitur:* B habet 'vel *agitur*' supra lin. Ed. Omnib. *quod agitur.*—3 Sch. Leid. 3. et Orell. *si qui.* Dein Sch. et Schutz. *Ulixen:* Tur. et Orell. *Ulixem.* Porro θ *accusans:* Sch. *accusent,* et mox *commorentur.*—4 B M θ κ *dicetur.* In B quoque *aut ab hom.* et sic Sch. Leid. 2. 3. *aut hom.* Voss. 2. et ed. Omnib.—5 *Dicat* Mss. et edd. ante Ern. qui *dicit* dedit e conjectura; et quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—6 Sch. *ad eam rem, qua de agitur:* Leid. 2. *ea, qua de agitur:* Leid. 1. *de qua agitur.*—7 Schutz. e conj. *propter inhonestatem:* Orell. conjecit, *inhonestam rationem.*—8 Sch. *apud eq. sit cupidus jud.*—In B L M W θ ψ, Leid. 3. *cupidus:* ed. Omnib. *cupidius.* κ *judicandi sit.*—9 ψ, ω 1. 2. Voss. 2. Leid. 2. ed. Omnib. *Scipionis:* Sch. *Cipionis:* Leid. 3. *Scepionis.* Tum *agrariam* suprascr. in Leid. 1. Voss. 2. atque ita dant L M κ, ω 1. 2. Voss. 1. Leid. 2. 3. et ed. Omnib.

CAP. L. 10 Voss. 1. et Sch. a m. pr. non agnoscunt *est.* Dein Tur. *quod contra dicitur, atque ii qui:* 'lectio memorabilis, ac fortasse vera,' ait Orell.—11 Sch. a m. pr. Leid. 3. *si qui.* Post *Macedonem,* L W θ, ω 1. 2. et Leid. 3. addunt *dicens.*—12 Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Omnib. et Orell. *si qui.* Tum Voss. 1. *dixerint.*—13 Orell. e Tur. edidit *viri.* Ante *se,* Schutz. e suspicione

NOTÆ

[n] *Cæpionis legem judiciariam*] Q. Servilius Cæpio consul A. U. C. 648. ante Chr. 106. legem tulit, qua judicia, quæ ad solos equites C. Gracchus

benivolentiam;[14] [o] sperare enim [15] aliquid commodi ad se perventurum. 94. Adversum est, quod ipsi causæ aliqua ex parte officit; ut si quis hostium vim, et copias, et felicitatem augeat, cum ad pugnandum milites adhortetur: [16] si non [17] ad id, quod instituitur,[18] accommodabitur aliqua pars argumentationis, horum aliquo in vitio reperietur: si plura pollicitus pauciora demonstrabit; aut, si, cum totum debebit ostendere,[19] de parte aliqua [20] loquatur, hoc modo: Mulierum genus avarum est; nam Eriphyle [1] [p] auro viri vitam vendidit: aut, si non id, quod accusabitur, defendet; ut, si quis,[2] cum ambitus accusabitur, manu se fortem esse defendet;[3] ut Amphion apud Euripidem,[q] item apud Pa-

addidit *aiat*; 'sine ulla causa,' ait Orell.—14 θ *esse*; et Voss. 2. *per benev.* —15 M κ ψ, ω 1. 2. Pal. 1. et omnes Mss. Oudendorp. ac edd. pr. et Schutz. *sperare tamen*, prob. Ern. In Guelf. 1. *aut sperare aliquid ad s. v.* Ern. conj. *at sperare*. Tum Leid. 2. *ad se esse perv.*—16 B L M W ψ, ω 1. 2. ac Oliv. *ad pugnam*: et B L M W θ κ ψ, Junt. et Oliv. *mil. hortetur.*—17 Leid. 1. *sin non.*—18 B L M W ψ, Lamb. Oliv. et Lall. *institutum est.*—19 M *aut cum totum debet ost.* Voss. 1. *debeat ost.*—20 Deest *aliqua* Leid. 2. Tum Lamb. *loquetur.*—1 Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. et ed. Omnib. *Eriphyla*: B M *eriphila*. Pro *auro*, ω 1. habet *vili.*—2 B L, Sch. Leid. 1. 2. 3. et Orell. *si qui.* Pro *ambitus*, B habet *ambitionis* supra lin. Schutz. e

NOTÆ

transtulerat, cum senatoribus communicarentur.

[o] *Propter benivolentiam*] Amare alterum, inquit Aristot. Rhet. II. 4. est velle alicui bona evenire non sua, sed illius ipsius causa qui diligitur, et, quantum est in se, ea curare ut eveniant. Ἔστω δὴ τὸ φιλεῖν τὸ βούλεσθαί τινι ἃ οἴεται ἀγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, ἀλλὰ μὴ αὐτοῦ· καὶ τὸ κατὰ δύναμιν πράκτικον εἶναι τούτων· *Itaque qui amicitia duce alteri succurrit, non suis sed ipsius utilitatibus tantum consulit.* Ipseque Tullius Aristotelis vestigia persecutus sic definit lib. II. de Inv.

[p] *Eriphyle*] De qua Cicero Verr. IV. § 39. 'Eriphylam,' inquit, uxorem Amphiarai 'accepimus in fabulis ea fuisse cupiditate, ut, cum vidisset monile ex auro, ut opinor, et gemmis, pulchritudine ejus incensa salutem viri proderet.' Eum nempe conjux ad bellum Thebanum, quod sibi fatale intelligebat, ire detrectantem, Polynici prodidit.

[q] *Amphion apud Euripidem*] Euripides Atheniensis, licet alias in argumentis disponendis non ubique sit felix, ut ait Aristot. Poët. c. 14. tamen maxime tragicus poëtarum omnium videtur. A canibus Archelai regis, qui tum forte venatum exierat, in sylva discerptus obiit Olymp. XCII. an. 3. ætatis 70. ante Chr. 410. Ex nonaginta duabus fabulis quas scripsit, non supersunt nisi novemdecim tragœdiæ. Inter eas quas injuria temporum nobis invidit, desideratur illa, in qua Amphion, vituperata musica, sapientiam laudabat. Amphion porro Jovis ex Antiopa, vel, ut alii tradunt, Mercurii filius, saxa ad condendas Thebas sono lyræ traxisse fingitur a poëtis; qui sic indicabant

cuvium,[4] [r] qui, vituperata musica, sapientiam laudat: aut si res ex hominis vitio vituperabitur, ut, si quis[5] doctrinam ex alicujus docti vitiis reprehendat: aut, si qui, cum aliquem volet laudare,[6] de felicitate ejus, non de virtute dicat:[7] aut, si qui rem[8] cum re ita comparabit, ut alteram se non putet laudare, nisi alteram vituperarit:[9] aut si alteram ita laudet,[10] ut alterius non faciat mentionem: 95. aut si, cum de certa re quæretur, de communi instituetur oratio:[11] ut, si quis, cum aliqui deliberent, bellum gerant, annon, pacem laudet omnino, non illud bellum inutile esse demonstret: aut, si ratio alicujus rei reddetur falsa, hoc modo: Pecunia bonum est,[12] propterea quod ea maxime vitam beatam efficit:[13] aut si infirma,[14] ut Plautus,

Amicum castigare[s] ob meritam noxiam,[15]
Immune[16] est facinus; verum in ætate utile
Et conducibile;[17] nam ego amicum hodie meum
Concastigabo pro commerita noxia:[18]

conj. dedit *accusetur.*—3 Sch. a m. pr. et Schutz. *defendat.*—4 *Item apud Pacuvium* desunt in Voss. 1.—5 B L, ω 1. Leid. 1. 3. et Orell. *si qui.* Mox pro *vitiis,* θ ψ et Leid. 3. habent *vitio.*—6 Voss. 1. 2. *si quis cum al. vol. laud.* Leid. 2. *si cum al. velit laud.*—7 Lamb. Schutz. et Wetzel. *dicet.*—8 Voss. 1. 2. et octo Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *si quis rem:* Leid. 2. *si quam rem.* Ed. Omnib. caret voce *qui.*—9 B *aliam vitup.* Sch. *alt. vituperaret:* Voss. 1. *alt. vituperabit:* Leid. 2. 3. *alt. vituperaverit.*—10 Lamb. Schutz. et Wetzel. *laudabit.*—11 In Voss. 2. desunt verba *aut si cum de certa . . . inst. oratio.* In ω 1. 2. Leid. 1. 3. ed. Omnib. et Lamb. ponuntur post verbum *demonstret.* Leid. 1. *aut si de certa,* sine *cum.* Sch. a m. pr. *instruitur or.* Voss. 1. *constituitur or.* Dein Sch. a m. pr. Leid. 1. *aut si cum,* omisso *quis,* quod abest etiam ab B W θ ac Leid. 2. Pro *deliberent,* Voss. 1. *deberent deliberare:* et pro vulg. *geratur,* B L W θ κ, Cass. Guelf. 1. 2. Tur. et omnes Mss. Oud. cum Schutz. Wetzel. et Orell. habent *gerant.* Denique B et Leid. 3. *bellum utile.*—12 Ed. Omnib. *Pecuniam habere bon. est.* Dein pro *ea,* in ω 2. *illa* legitur.—13 *Efficiet* Sch. *efficiat* Mss. et edd. ante Ern. qui e conj. dedit *efficit.*—14 L, Voss. 1. Leid. 2. *aut inf. datur:* Leid. 1. *aut si inf. datur:* Sch. a m. sec. Voss. 2. *aut infirmatur:* Leid. 3. *aut inf.* W θ *aut si ratio inf. reddatur.*—15 Voss. 1. *Am. suum cast.* et ω 1. 2. ac omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. *ob mer. noxam.*—16 B M W θ κ ψ, ω 2. et omnes Mss. Oud. *Immane.*—17 θ *condocibile.* Paulo post, ω 1. et L omittunt *meum.*—18 L M W θ κ, ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. et ed. Omnib. *Non castigabo:* Voss. 2. Leid. 1. *Castigabo,* suprascr. *non:* B et ω 1. quoque *Castigabo.* Tum L M et quinque Mss.

## NOTÆ

agrestes prius et incultos homines ad civilem vitam ab Amphione eloquentiæ vi ac suavitate fuisse translatos.

[r] *Pacuvium*] De quo diximus lib. II. ad Herenn. § 36.

[s] *Amicum castigare*] Hæc ibidem superius explicata lib. II. ad Herenn. § 35.

aut eadem, hoc modo: Maximum[19] malum est avaritia; multos enim magnis incommodis affecit[20] pecuniæ cupiditas: aut parum idonea, hoc modo: Maximum bonum est amicitia; plurimæ enim[1] delectationes sunt in amicitia.

LI. 96. Quartus modus erat[2] reprehensionis, per quem contra firmam argumentationem,[3] æque firma aut firmior ponebatur.[4] Hoc genus in deliberationibus maxime versabitur,[5] cum aliquid, quod contra dicatur,[6] æquum esse concedimus, sed id,[7] quod nos defendimus,[8] necessarium esse demonstramus:[9] aut cum id, quod illi defendant, utile esse fateamur;[10] quod nos dicamus,[11] demonstremus esse honestum. Ac de reprehensione hæc quidem[12] existimavimus esse[13] dicenda. [*p.* 60.] Deinceps nunc de conclusione ponemus.[14]

97. Hermagoras degressionem[15] deinde, tum postremam conclusionem[16] ponit. In hac autem degressione ille putat oportere quandam inferri[17] orationem, a causa, atque a[18] judicatione ipsa[u] remotam, quæ aut sui laudem, aut adversarii vituperationem contineat, aut in aliam causam deducat, ex qua conficiat aliquid confirmationis aut reprehensionis, non argumentando, sed augendo per quandam amplificationem. Hanc si quis[19] partem pu-

[u] *Propria judicii quæstione.*

Oud. ac ed. Omnib. *pro comm. noxa:* ω 1. *pro merita noxa:* Sch. Leid. 1. *pro merita noxia:* Leid. 1. *pro comm. culpa:* κ *propter commeritam culpam.* Quintum versum addunt B L M W ψ, Lamb. Oliv. Lall. Bipont. et Wetzel. Vid. Varr. Lectt. ad l. II. ad Herenn. c. 23.—19 Voss. 2. Leid. 2. carent *Maximum.*—20 B *afficere:* vulg. *afficit;* pro quo θ κ, ω 1. Cass. et omnes Mss. Oud. ac edd. pr. cum Wetzel. et Orell. habent *affecit.*—1 Deest *enim* Leid. 1.

CAP. LI. 2 B, Sch. Voss. 2. *erit.*—3 Victorin. *contra firmam adversarii arg.*—4 κ, Sch. Voss. 2. ed. Omnib. *ponitur,* prob. Oud. B M *ponetur.*—5 Leid. 2. *versetur:* B L M W ψ, ω 1. Lamb. Oliv. Lall. et Schutz. *versatur.*—6 κ *dicitur.*—7 θ *si id.*—8 Lamb. et Schutz. *defendamus.*—9 M κ *demonstremus.*—10 Lamb. et Schutz. *fatemur.*—11 Leid. 1. *dicimus;* et Schutz. cum Lamb. *demonstramus.*—12 In ω 2. deest *quidem.*—13 θ caret *esse.*—14 M *conclusione ponemus,* omissa præpositione: ω 2. et ed. Omnib. *de concl. dicemus;* Pal. 3. Voss. 1. Leid. 1. 3. Guelf. 1. et Tur. *conclusionem ponemus:* Leid. 2. *de concl. ponetur.* Oud. et Ern. judicaverunt verba *Deinceps nunc de concl. pon.* esse spuria. Schutz. ea delevit: Wetzel. et Orell. uncis includunt.—15 L κ, ω 2. et ed. Omnib. *Hermag. autem degr.* Al. *digressionem.*—16 Tur. *postremo concl.* Leid. 3. *postremum concl.* Leid. 1. *extremam concl.*—17 Leid. 1. *inferre.*—18 Deest præpositio in Leid. 1.—19 Sch. Leid. 3. et Orell. *si qui.* Tum B L M W θ κ, Tur. Leid. 2. et ed. Omnib. *put. esse or.* quinque Mss.

tarit orationis, sequatur Hermagoram [20] licebit. Nam et augendi, et laudandi, et vituperandi præcepta a nobis partim data sunt, partim suo loco dabuntur. Nobis autem non placet,[1] hanc partem in numero [2] reponi, quod de causa digredi, nisi per locum communem, displicet; quo de genere posterius est dicendum.[3] Laudes autem et vituperationes non separatim placet tractari, sed in ipsis argumentationibus esse implicitas.[4] Nunc de [5] conclusione dicemus.

LII. 98. Conclusio est exitus et determinatio totius orationis: hæc habet partes tres; enumerationem,[6] indignationem, conquestionem. Enumeratio est, per quam res disperse et diffuse [7] dictæ unum in locum coguntur, et reminiscendi causa unum sub aspectum subjiciuntur. Hæc si semper eodem modo tractabitur, perspicue ab omnibus artificio quodam tractari intelligetur; [8] sin varie [9] fiet,[t] et

Oud. *putabit or.* Voss. 2. *putavit or.*—20 *Sequatur* abest a B; et *Hermagoram* a B L W θ κ, ω 1. 2. Tur. et duobus Mss. ap. Gronov. ac etiam omn. Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Junt.—1 B L W θ κ, ω 1. 2. Tur. Cass. Guelf. et omn. Mss. Oud. cum edd. pr. usque ad Ald. *placuit*, prob. Oud.—2 B M W ψ, ω 2. Tur. et omnes Mss. Oud. *in numerum.* L *vel reponi:* W *poni:* Sch. et Voss. 2. *deponi.*—3 θ *erit dic.*—4 ω 1. Tur. Sch. Cass. et edd. pr. *implicatas*, prob. Oud.—5 Schutz. e conj. habet *Nunc igitur de.*

CAP. LII. 6 κ *id est, enumerationem.* Pro *conquestionem*, Leid. 1. habet *conversionem.*—7 Lamb. *disp. ac diff.*—8 B θ, Sch. Voss. 1. ed. Omnib. *intelligitur.*—9 L, ω 2. Leid. 2. *sin vero varie.* Edd. ante Ald. cum Schutz. omit-

NOTÆ

[t] *Sin varie fiet*] Levabit auditoris fastidium orator enumeratione variis figuris distincta. Insignis est in eo genere peroratio pro Cluent. § 188. 'Jam enim profecto videtis, judices, non sine necessariis me, ac maximis causis, principio orationis meæ de matre dixisse,' &c. Et § 200. 'Quare, judices, si scelus odistis, prohibete aditum matris a filii sanguine: date parenti hunc incredibilem dolorem ex salute, ex victoria liberum: patimini matrem, ne orbata filio lætetur, victam potius vestra æquitate discedere. Sin autem, id quod vestra natura postulat, pudorem, bonitatem, virtutemque diligitis: levate hunc aliquando supplicem vestrum, tot annos in falsa invidia periculisque versatum, qui nunc primum post illam flammam, aliorum facto et cupiditate excitatam, spe vestræ æquitatis erigere animum, et paulum respirare a metu cœpit.' Et paulo post § 202. 'Conservate A. Cluentium: restituite incolumem municipio: amicis, vicinis, hospitibus, quorum studia videtis, reddite: vobis in perpetuum liberisque vestris obstringite: vestrum est hoc, judices, vestræ clementiæ.'

hanc suspicionem et satietatem[10] vitare poterit. Quare tum oportebit ita facere, ut plerique faciunt propter facilitatem, singillatim[11] unamquamque rem attingere, et ita omnes transire[12] breviter[x] argumentationes: tum autem id,[13] quod difficilius est, dicere,[14] quas partes exposueris in partitione, de quibus te pollicitus sis dicturum, et reducere[15] in memoriam, quibus rationibus unamquamque partem confirmaris:[16] tum ab iis, qui audiunt,[17] quærere, quid sit, quod sibi velle debeant demonstrari,[18] hoc modo: Illud docuimus,[19] illud planum fecimus.[y] Ita simul et in memoriam redibit auditor, et putabit nihil esse præterea,[20] quod debeat desiderare. 99. Atque in his generibus (ut ante dictum est) tum tuas argumentationes[1] transire separatim, tum id, quod artificiosius est, cum tuis contrarias conjungere; et cum tuam argumentationem dixeris, tum, contra eam quod afferebatur,[2] quemadmodum dilueris, ostendere. Ita per brevem comparationem, auditoris memoria et de confirmatione et de reprehensione redintegrabitur. Atque hæc aliis actionis quoque[3] modis variare oportebit. Nam cum ex tua persona[4] enumerare possis, ut, quid et quo quidque[5] loco dixeris, admoneas; tum vero personam aut[6] rem aliquam inducere, et enumerationem ei

[x] *Exponere paucis.* [y] *Illud demonstravimus.*

tunt *fiet*, prob. Ern.—10 Ed. Omnib. *et satietatem hanc, et suspicionem.* Pro *satietatem*, in ψ *fastidium* legitur. Tum pro *poterit*, θ habet *potuit.*—11 ω 1. Leid. 2. 3. et ed. Omnib. *singulatim.*—12 Pro *transire*, Lamb. et quidam alii putaverunt *transigere* legend.—13 Sch. *tum ad id:* Leid. 1. *tum autem idem:* L et ed. Omnib. *tum id*, sine *autem.*—14 κ *dices*, sed in marg. *dicere.* Pro *exposueris*, in ω 1. *posueris.*—15 Quidam putaverunt *redigere* legend. In θ, Pal. 2. 3. *reducturum;* et sic B supra lin.—16 Leid. 3. *unamq. rem conf.* Leid. 1. 3. Voss. 2. *unamq. partem confirmaveris.*—17 Omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *tum ab his.* Voss. 2. *qui audient.*—18 Deest *velle* Leid. 1. Schutz. ita legit: *quod sibi velint dem. amplius.*—19 Leid. 3. et septem Oxonn. Mss. cum Junt. et Oliv. *Docuimus hoc.* Tum Voss. 2. et ed. Omnib. *hoc planum fecimus.* Verba *hoc modo . . . fecimus* Schutz. delevit: Wetzel. ea uncis inclusit.—20 Deest *præterea* Leid. 3. In M suprascr. *præteritum.*—1 B, Sch. Leid. 3. *tum has arg.*—2 θ *contra cum qui afferetur:* B M *contra afferetur:* Leid. 3. *contra cum quod afferretur:* Sch. Leid. 1. 2. et ed. Omnib. *contra eam quod afferetur.*—3 Schutz. e conjectura dedit *aliis dictionis quoque.*—4 B L κ, ω 1. 2. Tur. et omn. Mss. Oud. cum ed. Junt. et Orell. *Nam tum ex tua pers.:* ed. Omnib. *Nam ex tua pers. tum.*—5 Leid. 2. *quod et quo quodque.* M caret

totam attribuere: personam hoc modo: Nam si[7] legis scriptor existat, et quærat a vobis, quid dubitetis, quid possitis[8] dicere, cum vobis hoc et hoc sit demonstratum?[9] Atque hic, item ut[10] in nostra persona, licebit alias singillatim transire omnes argumentationes, alias ad partitiones singula genera referre,[11] alias ab auditore, quid desideret, quærere, alias hæc facere per comparationem suarum et contrariarum[12] argumentationum. 100. Res autem inducetur, si alicui rei hujusmodi, legi, loco, urbi, monumento[13] attribuetur oratio per enumerationem, hoc modo:[14] Quid si leges loqui possent? nonne hæc apud vos quererentur?[15] Quidnam amplius desideratis, judices,[16] cum vobis hoc et hoc planum factum sit? In hoc quoque genere omnibus eisdem modis[17] uti licebit. Commune autem præceptum hoc datur ad enumerationem, ut ex unaquaque argumentatione, quoniam[18] tota iterum dici non potest, id eligatur,[19] quod erit gravissimum, et unumquodque[20] quam brevissime transeatur; ut memoria, non oratio renovata videatur.

LIII. Indignatio[u] est oratio, per quam conficitur, ut in

*quidque.*—6 Leid. 3. *tum.*—7 L M ω 2. Sch. Leid. 2. *Numquid si, &c.* suprascr. in Sch. *Nam quid*, ut apud Victorin. Dein Victorin. *assistat.* Porro Leid. 2. *et sic quærat a vobis:* ω 2. *et si quærat a vobis:* Voss. 1. Leid. 3. marg. Sch. et ed. Omnib. *et quærat sic id a vobis:* B κ, Leid. 1. Voss. 2. *et quærat sic a vobis:* W θ *et quærat si id a vobis.* In Voss. 2. additum a m. sec. *id:* sed in Sch. *et quærat si quid a nobis.*—8 Leid. 3. et Græv.-Burm. *quod poss.* In Voss. 1. 2. et ed. Omnib. *poscatis*, et sic suprascr. in Sch. B *possitis*, suprascr. 'vel *poscatis*:' L *vel poscatis possitis:* κ *poscitis me.* Absunt a Leid. 1. *quid possitis.*—9 Sch. *et hoc et hoc dem. est.*—10 Sch. *uti.* In θ deest.—11 ω 1. *ad singula partitiones genera*, omisso *referre.*—12 L *suarum contr.* M *suarum et aliarum.*—13 Schutz. *si legi, loco, urbi, mon. aut al. rei hujusm.*—14 θ et Tur. *hoc pacto.* Dein ω 2. et ed. Omnib. *Quod si.*—15 Ed. Omnib. *non apud vos;* et κ *sequerentur*, sed in marg. *quererentur.*—16 W θ non habent *judices.*—17 L non habet *omnibus.* In Leid. 3. *omn. his modis.*—18 B *quom.*—19 B *delegatur id:* Sch. *delegatur*, suprascr. *id:* Leid. 3. *deligatur*, sine τῷ *id.*—20 Sch. et Lamb. *unumquidque.*

NOTÆ

[u] *Indignatio*] Proprie dolor est ex æquitatis amore susceptus ob alicujus immerentis felicitatem, eo quod non mereatur. Est, ut et misericordia, bonæ mentis indicium: liberale enim perinde est dolere de bonis malorum, ac de malis bonorum. Ita sentit Aristoteles, dum eam sic definit Rhet. II. 9. Ἐστὶ τὸ νεμεσᾶν λυπεῖσθαι ἐπεὶ τῷ φαινομένῳ ἀναξίως εὐπρα-

aliquem hominem magnum odium, aut in rem[1] gravis offensio concitetur. In hoc genere[2] illud primum intelligi volumus, posse omnibus ex locis iis, quos in confirmandi præceptis[3] posuimus, tractari indignationem: nam ex iis rebus[4] quæ personis atque negotiis attributæ[5] sunt, quævis amplificationes et indignationes[6] nasci possunt: sed tamen ea, quæ separatim de indignatione præcipi possunt, consideremus. 101. Primus locus sumitur ab auctoritate, cum commemoramus,[7] quantæ curæ res ea fuerit Diis immortalibus,[x] aut eis quorum auctoritas gravissima debeat esse.[8]

Cap. LIII. 1 Sch. *in aliquam rem*, prob. Oud.—2 Leid. 2. *Hoc in gen.*—3 M et unus Ms. ap. Ursin. cum Orell. *confirmationis;* et sic suprascr. in Leid. 1. In Tur. Sch. a m. sec. et Lamb. *confirmandis.* Leid. 1. caret præpositione. Pro *præceptis*, Leid. 2. *præceptionibus;* et ed. Omnib. *præceptione.*—4 Pro *rebus*, M habet *locis*, suprascr. 'vel *rebus*.' Mox Leid. 3. Tur. et unus Ms. ap. Ursin. *aut quæ negotiis:* Sch. Schutz. ac Orell. *et quæ neg.* prob. Oud.—5 M *attributi.*—6 Leid. 2. *quamvis amplif.* et Sch. a m. pr. *ex indignatione.* Tur. Omnib. Schutz. ac Orell. omittunt *et indignationes.*—7 Sch. *ex auct.* et ω 1. *cum memoramus.*—8 In B non leguntur *Diis immortalibus.* Grut. et paucæ aliæ edd. habent *aut* ante *Diis.* In Sch. a m. pr. *his, quor. auct.*

## NOTÆ

γεῖν· *Indignari est dolore affici ex prospera fortuna alicujus qui ea sit indignus.* Ex ejusdem doctrina colligitur: 1. Quænam sit indignationis causa; nimirum æquitatis amor: adeoque nemo indignari possit de virtutibus aut recte factis alterius, quæ lætitiam potius afferunt; sed de iis fortunæ bonis, quæ cum sint virtutis præmia, addicta probis esse volumus: nec citra injuriam videntur ad immeritos posse transferri. 2. Quinam indignentur; ii scilicet qui se dignos existimant virtutum præmiis, qui sunt æquitatis amantiores, qui aspirant ad ea quæ alii licet indigni nanciscuntur, qui nobiles sunt et magnos honores consecuti. 3. Quibus indignemur; nempe novis hominibus, felicibus improbis, exteris ad reip. administrationem accitis, indignis, inferioribus denique qui cum superioribus de aliqua re contendunt, ut filius cum patre, juvenis cum sene. Quæ cum ita sint, patet indignationis nomen hic a Cicerone latius extendi, quasque ejus commovendæ causas subjicit, peræque ad odium, inimicitias, invidiamque concitandam pertinere.

x *Diis immortalibus*] Nihil indignationem accendit vehementius, quam cum ipsi Superi, quorum violata est majestas, sceleris vindices appellantur. Quod præstitit Tullius Verr. ult. § 184. &c. ' Nunc te, Jupiter optime maxime, cujus iste donum regale, dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio, atque ista arce omnium nationum, dignum regio munere, tibi factum ab regibus, tibi dicatum, atque promissum, per nefarium scelus de regiis manibus extorsit; cujusque sanctissimum et pulcherrimum simulacrum Syracusis sustulit: teque, Juno regina, cujus

Qui locus sumetur ex sortibus,[9] [y] ex oraculis, vatibus, ostentis,[10] [z] prodigiis, responsis, et [11] similibus rebus, item ex majoribus [12] nostris, regibus, civitatibus,[13] gentibus, hominibus sapientissimis, senatu, populo, legum scriptoribus. Secundus locus [14] [a] est, per quem, illa res ad quos pertineat, cum amplificatione, per indignationem, ostenditur, an ad omnes, aut [15] ad majorem partem, quod atrocissimum est; aut ad superiores, quales sunt ii quorum ex auctoritate indignatio sumitur,[ε] quod indignissimum est; aut [16] ad pares animo, fortuna, corpore, quod inquissimum est; aut ad inferiores, quod superbissimum est. Tertius [b] locus est,

[ε] *Quorum auctoritas læsa dat locum indignationi.*

*grav. deb. esse, Diis imm.*—9 B κ, Sch. ed. Omnib. *sumitur ex sort.* Leid. 2. *sumitur a sort.* Schutz. delevit præpositionem ante *oraculis.*—10 Voss. 1. *ex vatibus;* et Leid. 3. *ostensis.*—11 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. et Tur. omittunt copulam.—12 Abest præpositio a B M, Sch. Voss. 2. Leid. 1. 3. In ω 1. 2. et Leid. 2. *a maj.*—13 ω 1. *civitatibus, regibus.* In κ non leguntur verba *responsis . . . civitatibus;* sed inveniuntur in marg.—14 Lamb. delevit *locus.*—15 Sch. a m. pr. Voss. 1. 2. et edd. pr. *aut ad omnes.* Septem Oxoun. Mss. cum Leid. 1. 2. 3. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *an ad maj. part.* Porro iidem Mss. cum Tur. Junt. Grut. Oliv. Græv-Burm. Lall. Schutz. et Wetzel. *an ad superiores.*—16 Vulg. *an ad pares,* et mox *an ad inf.* Ex Sch. a

NOTÆ

duo fana duabus in insulis posita sociorum, Melitæ et Sami, sanctissima et antiquissima, simili scelere, idem iste omnibus donis ornamentisque nudavit: teque, Minerva, quam item iste duobus in clarissimis et religiosissimis templis expilavit,' &c. quæ fuse persequitur.

[y] *Sortibus*] Hic sortes sunt oracula, responsa quæ a Diis, aut eorum sacerdotibus, edebantur.

[z] *Ostentis*] 'Ostentum Labeo definit esse contra naturam cujusque rei genitum factumque.' Ulpianus Tit. de Verbor. Signif. At Tullius de Nat. D. l. II. § 7. 'Prædictiones,' inquit, 'rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ sint ostendi, monstrari, portendi, prædici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur.'

[a] *Secundus locus*] Exemplum habes Verr. II. § 51. quo loco M. Glabrionem judicem ad severitatem contra Verrem exhortatur: 'Suscipe causam judiciorum; suscipe causam severitatis, integritatis, fidei, religionis; suscipe causam senatus, ut is, hoc judicio probatus, cum pop. Rom. et in laude et in gratia esse possit. Cogita qui sis, quo loco, quid dare pop. Rom. quid reddere majoribus tuis debeas: fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem, qua lege pop. Rom. de pecuniis repetundis optimis judiciis severissimisque judicibus usus est.'

[b] *Tertius*] Tertii, quinti, duodecimi, quartidecimi, et quintidecimi loci exempla, quia sunt et facilia et passim obvia, prætermittimus.

per quem quærimus, quidnam sit eventurum, si idem[17] ceteri faciant; et simul ostendimus, huic si concessum sit,[18] multos æmulos[a] ejusdem audaciæ futuros; ex quo, quid mali sit eventurum, demonstrabimus. 102. Quartus locus[c] est, per quem demonstramus, multos alacres expectare, quid statuatur, ut ex eo, quod uni concessum sit,[19] sibi quoque tali de re quid liceat, intelligere possint. Quintus locus est, per quem ostendimus, ceteras res perperam constitutas, [*p.* 61.] intellecta veritate, commutatas corrigi[20] posse: hanc esse rem, quæ si sit semel judicata, neque alio commutari judicio, neque ulla potestate corrigi possit.[1] Sextus locus[d] est, per quem consulto et de industria factum esse[2] demonstratur, et illud adjungitur, voluntario maleficio veniam dari non oportere; imprudentiæ concedi[3] nonnunquam convenire. Septimus locus[e] est, per quem

[a] *Imitatores.* [b] *Attentos.*

m. pr. Voss. 1. 2. et edd. vett. Ern. dedit *aut* in utroque loco; sed nemo eum sequitur.—17 ω 1. *item.*—18 κ *conc. fuerit.*—19 ω 1. *quod unum conc. sit quoque.*—20 In Sch. a m. pr. *commutatas* deest. Sch. e conj. dedit *commutari aut corrigi.*—1 In θ non leguntur verba *hanc esse rem . . . corrigi possit.* Leid. 3. non habet *ulla* ante *potestate.* In Voss. 1. *ulla pot. commutari possit vel corrigi.* Pro *possit,* ed. Omnib. *posse;* Voss. 2. *posset.*—2 Tur. caret *esse.*—3 θ *impru-*

NOTÆ

[c] *Quartus locus*] Adhibetur a Cic. act. I. in Verr. § 47. 'Hoc est judicium in quo vos de reo, pop. Rom. de vobis judicabit: in hoc homine statuetur, possitne, senatoribus judicantibus, homo nocentissimus pecuniosissimusque damnari.'

[d] *Sextus locus*] Urgetur a Perseo, qui Demetrium fratrem parricidii accusabat: 'Quid hoc noctis? quid ut inimicus ad iratum? quid cum ferro succinctis juvenibus venis? Convivam me tibi committere ausus non sum: comessatorem te cum armatis venientem recipiam? Si aperta janua fuisset, funus meum parares hoc tempore, pater, quo querentem audis. Nihil ego tanquam accusator criminose, nec dubia argumentis colligendo, ago. Quid enim? negat se cum multitudine venisse ad januam meam? aut ferro succinctos secum fuisse? Quos nominavero accerse: possunt quidem omnia audere qui hoc ausi sunt; non tamen audebunt negare se deprehensos intra limen meum cum ferro: si ad te deducerem, rem pro manifesto haberes; fatentes pro deprehensis habe.' Liv. l. XL.

[e] *Septimus locus*] Crudele, tyrannicum dicatur facinus, aut potius quasi oculis subjiciatur. Tullius pro Rosc. Am. § 145. 'Prædia mea tu possides; ego aliena misericordia vivo: concedo, et quod animus æquus est, et quia necesse est: mea domus tibi patet, mihi clausa est; fero: fa-

indignamur, quod tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum esse dicamus, per vim, per manum opulentam; [4] quæ res ab legibus et ab æquabili jure remotissima sit. LIV. 103. Octavus locus [f] est, per quem demonstramus, non vulgare, neque factitatum [c] esse, ne [5] ab audacissimis quidem hominibus, id maleficium, de quo agitur: atque id a feris quoque hominibus, et a barbaris [6] gentibus, et immanibus bestiis remotum esse. Hæc erunt, quæ in parentes, liberos, conjuges, consanguineos, supplices, crudeliter facta dicentur; [7] et deinceps si qua proferantur in majores natu, in hospites,[g] in vicinos, in amicos,[8] in eos quibuscum vitam egeris, in eos apud quos educatus sis, in eos a quibus eruditus,[9] in mortuos, in miseros et misericordia [10] dignos, in homines claros,[11] nobiles et honore usos, in eos,

[c] *Commissum.*

*dentium.* Leid. 1. non habet *concedi.*—4 M W θ κ, Tur. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. et ed. Omnib. omittunt præpositionem ante *manum.* Schutz. e Pal. 2. cum Orell. *per vim, manum, opulentiam.* Dein ω 1. *et quæ res ab legibus, ab æquali.* Ed. Omnib. caret copula post *legibus*, et dat cum θ, ω 2. Tur. Leid. 2. *æquali.* Denique Voss. 1. *remota sit:* Orell. e Tur. *remotissimæ sint.*

CAP. LIV. 5 L κ, Sch. et ed. Omnib. *neque ab aud.* θ, ω 1. Voss. 1. Leid. 1. 2. *nec ab aud.*—6 Abest *quoque* a Sch. et ed. Omnib. in qua *quam a barb.* Leid. 3. *et barb.*—7 Voss. 1. *facta esse dicentur:* Voss. 2. Leid. 1. ed. Omnib. *dicuntur.*—8 Sch. *hosp., vic., amicos*, sine tribus præpositionibus.—9 In κ desunt verba *in eos apud quos . . . eruditus;* sed in marg. scribuntur.—10 ω 2. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 2. ed. Omnib. *in mis., in miseric.*—11 ψ *caros, claros.*—

NOTÆ

milia mea maxima uteris, ego servum habeo nullum: patior et ferendum puto. Quid vis amplius? quid insequeris? quid oppugnas? qua in re tuam voluntatem lædi a me putas? ubi tuis commodis officio? Quid tibi obsto? si spoliorum causa vis hominem occidere, spoliasti. Quid quæris amplius?'

[f] *Octavus locus*] Cujus exemplum illustrius non aliud extat quam ult. Verr. § 171. 'Si hæc non ad cives Romanos, non ad aliquos amicos nostræ civitatis, non ad eos qui pop. Rom. nomen audissent; denique si non ad homines, verum ad bestias, aut etiam, ut longius progrediar, si in aliqua desertissima solitudine ad saxa et scopulos hæc conqueri et deplorare vellem; tamen omnia muta atque inanima, tanta et tam indigna rerum atrocitate commoverentur. Nunc vero cum loquar apud senatores pop. Rom. legum judiciorumque et juris auctores, timere non debeo, ne non unus iste civis Romanus illa cruce dignus, ceteri omnes simili periculo indignissimi judicentur.'

[g] *Hospites*] Qui amicos externos domi gratis excipiunt, ab iis eodem afficiendi beneficio cum peregre proficiscentur, dicebantur hospites.

qui neque lædere alium, nec se defendere potuerint,[12] ut in pueros, senes, mulieres: quibus omnibus [13] acriter excitata indignatio, summum in eum, qui violarit horum aliquid,[14] odium commovere poterit.[15] 104. Nonus locus [h] est, per quem cum aliis,[16] quæ constat esse peccata, hoc, quo de quæstio est, comparatur; et ita per contentionem,[17] quanto atrocius et indignius sit illud, quo de [18] agitur, ostenditur. Decimus locus [i] est, per quem omnia, quæ in negotio gerendo acta sunt, quæque post negotium [19] consecuta sunt, cum uniuscujusque indignatione et criminatione colligimus, et rem verbis quam maxime ante oculos ejus, apud quem dicitur, ponimus, ut id, quod indignum est, perinde [20] illi videatur indignum, ac si ipse interfuerit, ac præsens [1] viderit. Undecimus locus [k] est, per quem ostendimus, ab

12 Voss. 1. *neque se def.* ed. Omnib. *vel def. se.* Tum *potuerunt* edd. ante Ern. qui e suspic. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *potuerint* dedit. 'In Mss. ultima syllaba per compendium scripta est; unde error natus,' ait Ern.—13 Leid. 3. *ex quibus omn.* B L M W θ κ, Tur. Sch. Voss. 1. Leid. 2. ed. Omnib. *quibus ex omn.* prob. Oud.—14 Schol. et Schutz. *qui horum aliquem violarit:* Wetzel. *qui violarit horum aliquem.*—15 L *potuerit:* κ *potuit.*—16 B M θ ψ, Sch. Leid. 1. 3. *cum aliis peccatis.* Pro *constat*, Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. et ed. Omnib. *constant.*—17 W θ κ *per comparationem;* et sic suprascr. in M.—18 Ed. Omnib. *id de quo:* omnes Mss. Oud. cum Tur. Junt. Lamb. et Oliv. *illud de quo;* et sic omnes Oxonn. Mss.—19 Post *negotium*, Oud. *gestum* excidisse putat. Ern. cum Lamb. malit *post* deleri.—20 B, Sch.

NOTÆ

[h] *Nonus locus*] Suppeditatur eadem ult. Verr. § 172. 'Paulo ante, judices, lacrymas in morte misera atque indignissima navarchorum non tenebamus: et recte ac merito sociorum innocentium miseria commovebamur. Quid nunc in nostro sanguine tandem facere debemus? nam civium Rom. sanguis conjunctus existimandus est: quoniam id et salutis omnium ratio et veritas omnium postulat.'

[i] *Decimus locus*] Hoc utitur Tullius Philipp. II. § 63. 'Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in pop. Rom. conspectu vomere postridie. O rem non modo visu fœdam, sed etiam auditu! Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? in cœtu vero pop. Rom. negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus, gremium suum et totum tribunal implevit.'

[k] *Undecimus locus*] Quo Demetrius parricidii causam dicens, in fratrem Perseum accusatorem invidiam derivat: 'Non hodie me primum frater accusat, sed hodie primum aperte nullo meo in se merito. Si mihi pater succenseret, te majorem fratrem pro minore deprecari oportebat, te adolescentiæ, te errori veniam impetrare.

eo factum, a quo minime oportuerit, et a quo, si alius faceret, prohiberi conveniret. Duodecimus locus est, per quem indignamur, quod nobis hoc primis acciderit,[2] nec alicui unquam usu evenerit.[3] 105. Tertiusdecimus[l] locus est, si cum injuria contumelia juncta demonstratur,[4] per quem locum in superbiam et arrogantiam odium concitatur.[5] Quartusdecimus locus est, per quem petimus ab iis qui audiunt, ut ad suas res nostras injurias referant;[6] si ad pueros pertinebit, de liberis suis cogitent; si ad mulieres, de uxoribus; si ad senes, de patribus aut parentibus.[7] Quintusdecimus locus est, per quem dicimus, inimicis quoque et hostibus ea, quæ nobis acciderint,[8] indigna videri solere. Et indignatio quidem his fere de locis gravissime sumetur.

LV. 106. Conquestionis[d] autem hujusmodi de rebus partes petere oportebit.[9] Conquestio[m] est oratio, auditorum

[d] *Commiserationis.*

Voss. 2. Leid. 1. *proinde.*—1 Leid. 1. 3. *et præsens.*—2 L θ κ, Leid. 1. ed. Omnib. *primum acc.* Leid. 2. *in primum acc.*—3 Quinque Mss. Oud. *neque alicui.* Tum L W κ, Pal. 2. Grev. Sch. Voss. 2. Leid. 3. Tur. Guelf. 1. 2. Schutz. Wetzel. et Orell. *venerit.*—4 Leid. 1. *demonstretur.*—5 Pauci Mss. *incitatur.*—6 B *inj. afferant:* Leid. 1. *inj. faciant:* Leid. 2. *inj. conferant.*—7 Tur. *aut de par.*—8 Leid. 1. *acciderunt.*

CAP. LV. 9 Schutz. expunxit verba *Conquestionis . . . oportebit;* quæ Wet-

NOTÆ

In eo ubi præsidium esse oportebat, ibi exitium est.' Liv. l. XL.

[l] *Tertiusdecimus*] Adhibitus est a Cic. in Rosc. § 146. et 147. 'Quis unquam prædo fuit tam nefarius; quis pirata tam barbarus, ut, cum integram prædam sine sanguine habere posset, cruenta spolia detrahere mallet? Scis hunc nihil habere, nihil audere, nihil posse, nihil unquam contra rem tuam cogitasse: et tamen oppugnas eum quem neque metuere potes, neque odisse debes, nec quicquam habere jam reliqui vides, quod ei detrahere possis: nisi hoc indignum putas, quod vestitum sedere in judicio vides, quem tu e patrimonio, tanquam é naufragio, nudum expulisti.'

[m] *Conquestio*] Commiseratio vocatur a Cornificio. Aristot. Rhet. II. 8. misericordiam his verbis definit: Ἐλεός ἐστι λύπη τις ἐπὶ τῷ φαινομένῳ κακῷ φθαρτικῷ καὶ λυπηρῷ τοῦ ἀναξίου τυγχάνειν, ὃ κἂν αὐτὸς προσδοκήσειε παθεῖν, ἢ τῶν αὐτοῦ τινα, καὶ τοῦτο ὅταν πλησίον φαίνηται· *Misericordia est dolor quidam susceptus ex opinione mali, quod aut exitium aut dolorem affert ei, qui illa fortuna sit indignus; quod et ipse existimet se pati posse aut suorum aliquem, et præcipue cum id malum propinquum videtur.* A misericordia penitus

misericordiam captans. In hac primum animum auditoris mitem et misericordem conficere oportet,[10] quo facilius conquestione commoveri possit. Id locis communibus efficere oportebit, per quos fortunæ vis in omnes, et hominum infirmitas, ostenditur: qua oratione habita graviter et sententiose, maxime demittitur[e] animus hominum, et ad misericordiam comparatur; cum in alieno malo suam infirmitatem considerabit. 107. Deinde primus locus[n] est misericordiæ, per quem,[11] quibus in bonis fuerint, et nunc quibus[12] in malis sint, ostenditur. Secundus,[13][o] qui in

[e] *Flectitur.*

zel. uncis inclusit.—10 κ *mitem, mis.* omissa copula. In ω 2. *efficere op.*—11 Post *quem,* Schutz. e conj. addidit *rei.*—12 κ, Sch. et ed. Omnib. *et nunc*

NOTÆ

alieni sunt, ut notat ibidem Aristoteles, et omnino infelices, et omnino felices. Misereri solent qui mala passi sunt, et ex iis evasere; senes, rerum periti, et qui numerosam habent familiam. Eorum miserentur qui sunt similes moribus, ætate, dignitate, qui propinqui et familiares, qui graviora meritis patiuntur, et qui talia se meritos esse profitentur, et qui patiuntur a quibus non oportebat. Denique ut lugemus ea maxime flebiliter, quæ nobis aliqua nostra quidem, sed levi culpa contigerunt, ita iis maxime condolemus, qui sibi ex errore aliquo calamitatem accersiverunt. Itaque non movemur ad miserationem iis casibus qui viros illustres, eosque plane immerentes opprimunt: similiter quæ plena sunt atrocitatis stuporem potius quam dolorem afferunt.

[n] *Primus locus*] Excitandæ misericordiæ locos insigniores tantum exemplis illustrabimus. Et hujus quidem loci specimen dabit peroratio pro Murena § 88. &c. 'Si (quod Jupiter omen avertat) hunc vestris sententiis afflixeritis; quo se miser vertet? domumne? ut eam imaginem clarissimi viri parentis sui quam paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, eandem deformatam ignominia, lugentemque videat: an ad matrem? quæ misera modo consulem osculata filium suum, nunc cruciatur et solicita est, ne eundem paulo post spoliatum omni dignitate conspiciat. Sed quid ego matrem aut domum appello, quem nova pœna legis et domo et parente et omnium suorum consuetudine conspectuque privat? Ibit igitur in exilium miser? quo? ad orientisne partes, in quibus annos multos legatus fuit, et exercitus duxit et res maximas gessit? At habet magnum dolorem, unde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reverti. An se in contrariam terrarum partem abdet, ut,' &c.

[o] *Secundus*] Hoc utitur apud Sallust. in Bello Jugurth. Adherbal apud senatum Romanum conquerens se regno fortunisque omnibus expulsum: 'Pater nos duos fratres reliquit: tertium Jugurtham beneficiis suis ratus est nobis conjunctum fore. Alter eorum necatus est, alter ipse

tempora tribuitur,[14] per quem, quibus in malis fuerint, et sint, et futuri sint, demonstratur. Tertius, per quem unumquodque deploratur incommodum, ut[15] in morte filii, pueritiæ delectatio,[f] amor, spes, solatium, educatio, et, si qua simili in genere, quolibet de incommodo[16] per conquestionem dici poterunt. Quartus,[17] per quem res turpes, et humiles, et illiberales proferentur,[18] et indignæ[19] ætate, genere, fortuna, pristino honore, beneficiis; quas passi perpessurive sint.[20] Quintus est,[1] per quem omnia ante oculos singillatim incommoda ponentur,[2] ut videatur is, qui audit, videre, et re quoque ipsa,[3] quasi adsit, non verbis solum, ad misericordiam ducatur. 108. Sextus, per quem præter spem in miseriis demonstratur esse; et, cum[4] aliquid expectaret, non modo id non adeptus esse,[5] sed in summas miserias incidisse. Septimus, per quem ad ipsos, qui audiunt, similem casum

[f] *Gaudium quod percipiebatur de puero.*

*per quem quibus.*—13 Voss. 1. Leid. 2. *Secundus locus est.*—14 M κ ψ, ω 1. Tur. *distribuitur.*—15 θ caret *ut.*—16 ω 1. *si qua sim. in quolibet gen., quolibet de incom.* Voss. 2. *si qua sim. in gen. versantur, quolibet de inc.* Pro *de incommodo,* Schutz. e suspicione edidit *incommoda.*—17 θ *Quartus locus est.*—18 κ et omnes Mss. Oud. *in liberales.* ω 1. Leid. 2. et quædam edd. vett. *proferuntur.* —19 B M et Tur. *indigna.*—20 B L M κ, ω 1. Tur. *quæ passi perp. &c.* θ *quas passi essent:* Leid. 2. *quæ passi essent, &c.* Voss. 1. *quas passi quæ perp. &c.* Leid. 1. a m. pr. *perpessuri sunt.*—1 Voss. 2. *Quintus locus est.* Contra θ κ, Tur. Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. Lamb. et Orell. omittunt *est.*—2 Quidam Mss. *singulatim:* et B L M W θ κ, ω 2. Leid. 2. ac Lamb. *ponuntur.*—3 *Ipsa* in ω 1. deest.—4 Schutz. e conj. *boni aliquid.*—5 B *id se non.* Lamb. Schutz.

## NOTÆ

ego manus impias vix effugi. Quid agam aut quo potissimum infelix accedam? generis præsidia omnia extincta sunt. Pater, uti necesse erat, naturæ concessit: fratri, quem minime decuit, propinquus per scelus vitam eripuit: affines, amicos, propinquos, ceteros meos, alium alia clades oppressit . . . Jamjam, frater animo meo carissime, quanquam tibi immaturo, et unde minime decuit, vita erepta est, tamen lætandum magis quam dolendum puto casum tuum: non enim regnum, sed fugam, exilium, egestatem, et omnes has, quæ me premunt, ærumnas cum anima simul amisisti. At ego infelix in tanta mala præcipitatus, pulsus ex patrio regno, rerum humanarum spectaculum præbeo: incertus quid agam, tuasne injurias persequar, ipse auxilii egens: an regno consulam, cujus vitæ necisque potestas ex alienis opibus pendet.' Hoc unum exemplum plurimis locorum consequentium etiam accommodari potest.

convertimus,[6] et petimus, ut de suis liberis, aut parentibus, aut aliquo qui illis carus debeat esse, nos cum videant,[7] recordentur. Octavus,[8] per quem aliquid dicitur esse factum quod non oportuerit,[9] aut non factum quod oportuerit, hoc modo: Non affui, non vidi, non postremam ejus [10] vocem audivi, non extremum ejus [11] spiritum excepi. Item, inimicorum in manibus mortuus est, hostili in terra turpiter jacuit insepultus, a feris diu vexatus, communi quoque honore in morte caruit. 109. Nonus, per quem oratio ad mutas et expertes animi res refertur;[12] ut, si ad equum,[p] domum, vestem, sermonem alicujus accommodes, quibus [13] animus eorum, qui audiunt et aliquem dilexerunt,[14] vehementer commovetur. Decimus,[15] [q] per quem inopia, infirmitas, solitudo demonstratur. Undecimus, per quem aut [16]

Wetzel. et Orell. *adeptus esse:* aliæ edd. et Mss. *adeptum esse.*—6 Leid. 3. *ipsos*, sine *ad*; et mox *in causam convertimus:* Sch. a m. pr. *in causam convertimur.*—7 κ *viderint.*—8 L *Octavus modus.*—9 In κ omittuntur verba *aut non factum quod oport.* sed in marg. scribuntur.—10 Sch. Leid. 2. 3. non habent *ejus.*—11 θ, Lamb. et Schutz. omittunt vocem *ejus*; quam Orell. uncis includit.—12 ω 1. *mutas res et exp. animi.* ω 2. et quinque Mss. Oud. *referetur:* Leid. 3. *fertur.*—13 θ *quibus rebus.*—14 θ κ *et qui aliquem dil.* Voss. 2. *et aliquem qui dil.* In κ *dilexerint.*—15 Al. *Decimus est.*—16 *Aut* ante *liberorum*

## NOTÆ

[p] *Si ad equum, &c.*] Caute admodum tractandus hic locus, nisi quis orationis suæ potius quam alterius rei misericordiam excitare velit. Quis enim hac ætate nostra patienter audiat apostrophen ad equum commiserationis movendæ causa? Longe rectius personas loquentes inducit Cicero, ut in Milon. § 93. 'Me quidem exanimant et interimunt hæ voces Milonis, quas audio assidue, et quibus intersum quotidie. Valeant, inquit, valeant cives mei: sint incolumes, sint florentes, sint beati: stet hæc urbs præclara, mihique patria carissima, quoquo modo merita de me erit: tranquilla repub. cives mei, quoniam mihi cum illis non licet, sine me ipsi, sed per me tamen perfruantur: ego cedam atque abibo: si mihi rep. bona frui non licuerit, at carebo mala: et quamprimum tetigero bene moratam et liberam civitatem, in ea conquiescam. O frustra, inquit, suscepti mei labores! o spes fallaces! o cogitationes inanes meæ!'

[q] *Decimus*] Eleganter adhibetur a Cic. in peroratione pro Sylla § 89. 'Hic vos orat, judices, parvus, ut se aliquando, si non integra fortuna, at afflicta, patri suo gratulari sinatis. Huic misero notiora sunt judiciorum itinera, et fori, quam disciplinarum. Non jam de vita P. Syllæ, judices, sed de sepultura contenditur: vita erepta est superiore judicio; nunc, ne corpus ejiciatur, laboramus. Quid enim est huic reliqui quod eum in vita hac teneat? aut quid est quamobrem hæc cuiquam vita videatur?'

liberorum, aut parentum, aut sui corporis sepeliendi, aut alicujus ejusmodi rei commendatio fit. Duodecimus, per quem disjunctio deploratur ab aliquo, cum diducaris[17] ab eo quicum libentissime vixeris, ut a parente, filio, fratre, familiari.[18] Tertiusdecimus,[r] per quem cum indignatione conquerimur, quod ab iis, a quibus minime conveniat,[19] male tractemur, propinquis, amicis, quibus benefecerimus,[20] [*p.* 62.] quos adjutores[1] fore putaverimus, aut a quibus indignum sit,[2] ut servis, libertis, clientibus, supplicibus. LVI. Quartusdecimus, qui per obsecrationem[s] sumitur: in quo orantur modo[3] illi, qui audiunt, humili et supplici oratione, ut misereantur. Quintusdecimus,[t] per

non est in Sch. Voss. 2. et ed. Omnib.—17 Al. *deducaris.*—18 ω 1. *vix.*, *aut parente.* κ et Voss. 1. *a fratre.* Leid. 1. non habet vocem *fratre.* In ed. Omnib. *ut a par.*, *ut a filio*, *ut a fratre*, *ut a fam.*—19 κ *a quibus min. convenit*: ed. Omnib. *a quibus non conveniat.*—20 B κ, Sch. Leid. 2. et ed. Omnib. *quibus benigne fecerimus.*—1 Ed. Omnib. *quos auditores.* Tum Sch. et Tur. *putaremus*: Voss. 2. *putavimus.*—2 Tur. et omnes Mss. Oxonn. ac Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. cum Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *indignum est.* Dein abest *ut* a B L, Voss. 2. et Leid. 2. Contra Leid. 3. *ut a servis.* Denique pro *libertis*, in B *liberis* legitur.

NOTÆ

[r] *Tertiusdecimus*] Repeti potest ex undecimo loco movendæ indignationis. Hic Demetrius sui miserationem mirum in modum excitat, dum fratri conciliat invidiam.

[s] *Per obsecrationem*] Ita Cic. pro Planc. § 102. 'Quid enim possim aliud, nisi mœrere? nisi flere? nisi te cum mea salute complecti? Salutem tibi iidem dare possunt, qui mihi reddiderunt. Huc exsurge tamen, quæso, retinebo et complectar: nec me solum deprecatorem fortunarum tuarum, sed comitem sociumque profitebor ... Non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor, judices, sed custodem salutis meæ: non opibus contendo, non auctoritate, non gratia; sed precibus, sed lacrymis, sed misericordia: mecumque vos simul miserrimus et optimus obtestatur parens, et pro uno filio duo patres deprecamur. Nolite, judices, per vos, per fortunas vestras, per liberos, inimicis meis, his præsertim quos ego pro vestra salute suscepi, dare lætitiam, gloriantibus vos jam oblitos mei, salutisque ejus, a quo mea salus conservata est, hostes extitisse,' &c.

[t] *Quintusdecimus*] Usurpatur in Milon. § 102. 'O me miserum! o infelicem! revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos: ego te in patria per eosdem retinere non potero? Quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? Quid tibi, Q. Frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum? me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset. At in qua causa non potuisse? quæ est grata gentibus: a quibus non potuisse? ab iis qui maxime P. Clo-

quem non nostras, sed eorum qui cari nobis debent esse, fortunas conqueri nos demonstramus. Sextusdecimus [u] est,[4] per quem animum nostrum in alios misericordem esse ostendimus;[5] et tamen amplum, et excelsum,[6] et patientem incommodorum esse, et futurum esse,[7] si quid acciderit,[8] demonstramus: nam sæpe virtus et magnificentia, in qua [9] gravitas et auctoritas est, plus proficit [10] ad misericordiam commovendam, quam humilitas et obsecratio. Commotis autem animis, diutius in conquestione morari non oportebit. Quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius,[11] [x] lacryma nihil citius arescit.[y] Sed quoniam et satis videmur [12] de omnibus partibus orationis dixisse, et hujus voluminis magnitudo longius [13] processit; quæ sequuntur deinceps,[14] in secundo libro dicemus.

Cap. lvi. 3 *Modo* in ω 2. deest.—4 Al. omittunt *est.*—5 ω 2. *ostendamus.* —6 Pro *et excelsum,* Voss. 2. *misericordem* habet. Tum Sch. non agnoscit *incommodorum;* quod Oud. censet glossam esse.—7 M ψ, ω 2. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. non habent *esse.*—8 Pro *acciderit,* in ω 1. legitur *adversitatis.*—9 B L W κ, ω 1. 2. Cass. Guelf. 1. Junt. Schutz. et Orell. *in quo.*—10 Leid. 3. *profuit.*—11 ω 1. caret *enim.* In Leid. 3. *dicit.* B L *Appollius:* W θ *Apollius.*—12 ψ *Sed quon. videmur:* B L, ω 1. 2. et quatuor Mss. Oud. ac ed. Omnib. *Sed quon. satis vid.* θ *Sed quon. satis nihil citius vid.* Voss. 2. *Sed quon. videmur, quod satis est:* Leid. 1. *Sed quon. et satis videtur:* Tur. Grut. et Græv.-Burm. *Sed quon. satis ut vid.* W θ, Oliv. et Lall. *Sed quoniam et satis, ut vid.* Dein ω 1. 2. *de omn. orat. part.* Porro quinque Oxonn. Mss. cum Tur. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *diximus.* In κ deest.—13 θ *perlongius.*—14 θ omittit *deinceps.*

## NOTÆ

dii morte acquierunt: quo deprecante? me.'

[u] *Sextusdecimus*] In eadem Miloniana habetur § 100. 'His lacrymis non movetur Milo: est quodam incredibili animi robore. Exilium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus: mortem naturæ finem esse, non pœnam. Sit hic ea mente qua natus est: quid vos, judices? quo tandem animo eritis? memoriam Milonis retinebitis: ipsum ejicietis? et erit dignior locus in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat, quam hic qui procreavit? Vos, vos appello, fortissimi viri,' &c.

[x] *Rhetor Apollonius*] Hic fuit Alabandensis: est autem Alabanda oppidum Asiæ Minoris. Est etiam alter Rhodius Apollonius, item artis oratoriæ peritissimus: de utroque Tullius de Orat. l. i. § 75.

[y] *Lacryma nihil citius arescit*] Vide l. ii. ad Herenn. § 50.

# M. TULLII CICERONIS

# RHETORICORUM

SEU

# DE INVENTIONE RHETORICA

## LIBER II.

### ARGUMENTUM.

Quod in libro primo de reprehensione et confirmatione non satis distincte et accurate, sed disperse dixerat, hoc libro certos reprehendendi et confirmandi locos in singula causarum genera tradere suscipit c. 3. Itaque docet quomodo confirmationes reprehensionesque tractandæ sint in judiciali genere et constitutione conjecturali, qui loci cum ab actore sint tum ab reo adhibendi: item in constitutione definitiva et translativa; in generali porro, cui negotialis et juridicialis subjectæ tanquam formæ sunt; in scripti controversiis; in genere deliberativo, quod cum ab honesto, tum ab utili argumenta ducit; denique in demonstrativo.

I. 1. CROTONIATÆ[a] quondam,[1] cum florerent omnibus copiis,[a] et in Italia cum primis[2] beati numerarentur, templum Junonis,[b] quod religiosissime[3] colebant, egregiis pic-

[a] *Cum rerum omnium abundantia divites essent.*

CAP. I. 1 ω 2. caret *quondam.*—2 Vulg. *cum in primis.* *In* ante *primis* cum Lambino delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur: de-

NOTÆ

[a] *Crotoniatæ*] Croto urbs Brutiorum in Magna Græcia, quæ pars Italiæ est, nunc regno Neapolitano respondens: dicitur *Crotone;* multo minus celebris quam priscis illis temporibus quibus ceteros belli pacisque artibus longe superabat, ut patet ex Justin. l. xx.

[b] *Junonis*] Saturni filia fuit Juno, Jovis, ut fabulantur, et soror et conjux.

turis locupletare voluerunt. Itaque Heracleotem Zeuxin,[4] [c] qui tum longe ceteris excellere pictoribus existimabatur,[5] magno pretio conductum adhibuerunt. Is et ceteras complures tabulas[6] pinxit, quarum nonnulla pars usque ad nostram memoriam propter fani[b] religionem remansit:[7] et, ut excellentem muliebris formæ[8] pulchritudinem muta in sese imago contineret, Helenæ[d] se pingere simulacrum velle[9] dixit: quod Crotoniatæ, qui eum[10] muliebri in corpore pingendo plurimum aliis præstare sæpe accepissent, libenter audierunt: putaverunt enim, si, quo[11] in genere plurimum posset, in eo magnopere[12] elaborasset, egregium sibi opus illo in fano relicturum. Neque tum[13] eos illa opinio fefellit. 2. Nam Zeuxis[14] illico quæsivit ab eis, quasnam virgi-

[b] *Templi.*

est etiam in W θ.—3 Leid. 1. *religiose.*—4 ω 2. et duo Mss. Oud. ac ed. Omnib. *Eracleotem:* quatuor Mss. ejusdem *Eracleontem.* Tum tres Mss. ejusdem et ed. Omnib. *Zeusin*, et mox *Zeusis.*—5 Sch. Leid. 2. *æstimabatur.*—6 ω 2. et ed. Omnib. *quam plures tab.* et mox eadem ed. *usque nostram ad mem.* —7 Lamb. conjecit *permansit* legend.—8 θ *mulieris formæ.* Dein Sch. Leid. 2. *muta in se im.*—9 Tur. *pingere se sim. velle:* Altorf. *ping. sim. velle se:* unde Orell. conjicit *se* delend.—10 ω 2. *quod Crot., cum eum.*—11 ψ, Junt. Lamb. Oliv. et Græv.-Burm. *enim cum si quo.*—12 Sch. *si in eo.* Pro *magnopere*, M *maxime* habet.—13 Edd. ante Ald. *Neque tamen:* Lamb. *Neque*, omisso *tum.* Dein Leid. 2. *ea opinio.* Leid. 3. non habet pronomen; et quod Schutz. de-

## NOTÆ

[c] *Heracleotem Zeuxin*] Zeuxis pingendi arte celeberrimus florere incepit, teste Plinio xxxv. 9. Olymp. xcv. anno 4. ante Chr. 397. Immensis opibus acquisitis, opera sua gratis largitus est, quod ea nullo pretio permutari posse diceret. Dicitur Heracleotes: at ex qua Heraclea oriundus? sunt enim hujus nominis urbes omnino octodecim. Nullus, quod sciam, veterum tradidit; ex ea ortum duxisse conjicimus, quam in Magna Græcia inter Metapontum et Tarentum collocat Appianus in Annibalicis.

[d] *Helenæ*] Quæ filia Jovis ex Leda nupsit Menelao, et a Paride rapta propter excellentem pulchritudinem, belli Trojani causa fatalis extitit. Ita post Homerum poëtæ omnes et plerique historici. Tradit tamen Herodotus, ex multorum sententia, Helenam nunquam venisse Trojam, et Dion Prusiensis eam parente fratribusque consentientibus collocatam fuisse Paridi; neque Trojanos a Græcis devictos, sed Græcos icto fœdere ab obsidione destitisse; Homerum autem, quo gentis suæ tegeret ignominiam, rerum omnium seriem fabulis immutasse.

nes [15] [e] formosas haberent. Illi autem statim hominem deduxerunt [16] in palæstram,[f] atque ei pueros ostenderunt multos, magna præditos dignitate. Etenim quodam tempore [g] Crotoniatæ multum omnibus corporum viribus [17] et dignitatibus antesteterunt,[c] atque honestissimas ex gymnico certamine [h] victorias domum cum maxima laude retulerunt. Cum puerorum igitur formas et corpora magno hic opere miraretur: [18] Horum, inquiunt illi,[19] sorores sunt apud nos virgines: quare, quæ sint illæ dignitate, potes ex his suspicari. Præbete igitur mihi,[20] quæso, inquit, ex istis virginibus [1] formosissimas, dum pingo id, quod pollicitus sum vobis, ut mutum in simulacrum ex animali exemplo [d] veritas transferatur. 3. Tum Crotoniatæ, publico de consilio,[2] virgines unum in locum conduxerunt, et pictori, quas vellet,[3] eligendi potestatem dederunt. Ille autem quinque delegit; [4] quarum nomina multi poëtæ memoriæ tradide-

[c] *Corporum robore ac liberali specie præstiterunt.*
[d] *Ex animato exemplari.*

levit.—14 κ *Nam pictor Zeuxis:* Sch. *Nam Zeuxes.*—15 Junt. et Lamb. *ab his.* Tum Lamb. conj. legend. *ecquasnam virg.*—16 Sch. *adduxerunt:* ψ, Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *duxerunt:* al. Mss. et edd. *deduxerunt.* In κ *illum hom. deduxerunt.*—17 Voss. 1. *omnibus corporibus corp. vir.*—18 Sch. *hic form. et corp. magnopere mir.* Voss. 1. *form. et corp. hic magnop. mir.* Schutz. e Grev. *corp. et form. magno hic op. mir.* Vid. Nott. Varr.—19 Leid. 2. Grut. et Græv.-Burm. non habent *illi.*—20 *Mihi* non est in Sch.—1 ω 1. *et ex istis virg.*—2 Al. *Tunc.* Dein Grev. *communi de cons.* quod præferebat Gulielmius. Guelf. 1. *publico consilio,* sine *de.*—3 ω 1. Sch. a m. pr. Voss. 2. Leid. 3. *quam vellet:* Voss. 1. *quod vellet;* pro *quot,* ut Oud. opinatur.—

## NOTÆ

[e] *Quasnam virgines*] Idem præstitit Zeuxis cum Agrigentinis: facturus tabulam, quam in templo Junonis publice dicarent, eorum quinque virgines elegit, ut quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet. Plin. XXXV. 9.

[f] *Palæstram*] Locum ubi exercentur pueri. Ἀπὸ τῆς πάλης, *a luctatione,* nomen ductum, quod ad eam ibi formarentur.

[g] *Etenim quodam tempore*] Hinc illud ad Crotoniatarum commendationem proverbium, Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος, πρῶτος τῶν ἄλλων Ἑλλήνων· *Crotoniatarum postremus, primus reliquorum Græcorum.* Fluxit adagium, ut ait Strabo, l. VI. ab incomparabili eorum in certaminibus excellentia; adeo ut aliquando septem athletæ, qui in ludis Olympiacis ceteros vicerant, omnes pariter fuerint Crotoniatæ. Jactabatur et illud, Μάταια τἄλλα παρὰ Κρότωνα τἄστεα· *Frustra sunt aliæ præ Crotone urbes.* Milo Crotoniata reliquos omnes athletas incredibili corporis robore longe superavit.

[h] *Gymnico certamine*] In quo scilicet pro more veterum athletæ nudi certabant. Γυμνὸς, *nudus.*

runt,[5] quod ejus essent judicio probatæ, qui verissimum pulchritudinis habere judicium debuisset: neque enim putavit, omnia, quæ quæreret ad venustatem, uno in corpore se reperire posse; ideo quod nihil, simplici in genere,[e] omni ex parte [6] perfectum natura expolivit: itaque,[7] tanquam ceteris non sit habitura quod [8] largiatur, si uni cuncta concesserit, aliud alii [9] commodi, aliquo adjuncto incommodo, muneratur.[f]

II. 4. Quod quoniam nobis quoque voluntatis [10] accidit, ut artem dicendi [11] perscriberemus,[g] non unum aliquod proposuimus exemplum, cujus omnes partes, quocumque essent in genere, exprimendæ [12] nobis necessario viderentur: sed, omnibus unum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissime præcipere [13] videbatur, excerpsimus, et ex variis ingeniis excellentissima quæque libavimus.[h] [14] Ex his enim,[15] qui nomine et memoria digni sunt,[i] nec nihil optime, nec omnia præclarissime quisquam dicere vobis videbatur: quapropter stultitia visa est,[16] aut a bene inventis alicujus recedere, si quo in vitio [17] ejus offenderemur,[k] aut ad vitia quoque ejus accedere, cujus aliquo bene præcepto [18] duceremur.[l] 5. Quodsi in ceteris quoque studiis a multis [19] eligere ho-

[e] *In re quæ sit uniusmodi.* [f] *Tribuit.*
[g] *Quandoquidem id consilii cepimus, ut scriberemus institutiones oratorias.*
[h] *Collegimus.*
[i] *Qui nominis sui memoriam apud posteros commendarunt.*
[k] *Si quis ejus error nobis displiceret.*
[l] *Cujus aliquibus bonis institutionibus delectaremur.*

4 M *quinque elegit:* Voss. 1. *quinque virgines elegit:* ed. Omnib. *quinque virgines delevit.*—5 Unus Ms. ap. Lamb. *prodiderunt.*—6 B L κ, ω 1. 2. Tur. omnes Mss. Oud. cum Oliv. Lall. Schutz. et Orell. *omnibus ex partibus:* ψ *omnibus partibus.* Vulg. *omni ex parte.*—7 Sch. *ita*, prob. Ern.—8 M *quid.*—9 Sch. *aliud enim alii;* et Voss. 2. *commodum.* Mox Voss. 2. *juncto incomm.* et θ *muneraretur.*

Cap. II. 10 *Quoniam* non est in κ; nec *quoque* in W θ. Tum Grev. *voluntati.*—11 Pro *dicendi*, ω 1. *loquendi* habet.—12 Ed. Omnib. *sive in demonstrativo sive deliberativo exprimendæ.* Dein Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. *necessarie:* ed. Omnib. *necessariæ.*—13 B *commodi se;* et B W *percipere.*—14 Voss. 2. *prælibavimus.*—15 Tur. et paucæ edd. vett. cum Orell. *Ex iis.* Vox *enim* in κ deest.—16 L, Junt. Lamb. et Lall. *stult. nobis visa est:* B M W θ κ ac Oliv. *stult. vobis visa est.* ψ *stult. vobis est,* sine *visa.*—17 Pal. 3. et Gulielm. *si quo vitio:* unus Ms. ap. Lamb. *si quo invento:* Sch. a m. pr. *si quo inventio.* Dein Leid. 2. *offenderemus.*—18 Duo Mss. ap. Lamb. *bono præcepto.*—19 W θ *stu-*

mines commodissimum quodque,[20] quam sese uni alicui certo vellent[1] addicere, minus in arrogantia[2] offenderent; non tantopere[3] in vitiis perseverarent; aliquanto levius ex inscientia[4] laborarent.[m] Ac si par in nobis hujus artis, atque in illo picturæ, scientia fuisset,[n] [5] fortasse magis hoc suo in genere opus nostrum, quam ille in sua pictura nobilis[6] eniteret. Ex majore enim copia nobis, quam illi, fuit exemplorum eligendi potestas. Ille una ex urbe, et[7] ex eo numero virginum, quæ tum erant, eligere potuit: nobis omnium, quicumque fuerunt,[8] ab ultimo principio hujus præceptionis usque ad hoc tempus, expositis copiis, quodcumque placeret, eligendi potestas fuit.

6. Ac veteres quidem scriptores artis, usque a principe illo atque inventore Tisia[9] [i] repetitos, [*p.* 63.] unum in locum conduxit Aristoteles,[o] et nominatim cujusque præcepta magna conquisita cura perspicue conscripsit, atque enodata[p] diligenter[10] exposuit: at tantum[11] inventoribus ipsis suavitate et brevitate dicendi præstitit, ut nemo illorum præcepta ex ipsorum libris[12] cognoscat, sed omnes, qui, quod illi præcipiant, velint intelligere, ad hunc, quasi ad quendam multo commodiorem explicatorem, revertantur.[13] 7. Atque hic quidem ipse et sese ipsum[14] nobis,

[m] *Paulo minor esset eorum ignorantia.*
[n] *Si tam periti essemus artis hujus oratoriæ, quam Zeuxis picturæ.*
[o] *Aristoteles veterum rhetorum omnium præcepta in unum volumen collegit.*
[p] *Explicata.*

*diis artium a multis.*—20 W θ *commodissimum est;* et L M *quodque potius.*—1 Deest *uni* Leid. 2. In ed. Omnib. et Lamb. *mallent*, improb. Oud. Pro *addicere*, B habet *affigere* supra lin.—2 Octo Oxonn. Mss. ac omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. et Oliv. *in arrogantiam.*—3 θ *et non tantop.* ψ *non tanto tempore.*—4 Voss. 1. Leid. 1. *aliquando levius.* κ ψ, Leid. 3. Junt. ed. Omnib. et Schutz. *ex inscitia.*—5 M *pictore, scientia extitisset.*—6 Lamb. *quam illius pictura nobilis:* Guelf. 1. *quam ille in sua pictura nobili:* Guelf. 2. *quam ille nobilis in sua pictura.* Pro *sua*, ed. Junt. *una.* Ern. conj. *quam illius in suo pictura nobilis.*—7 Copula deest Voss. 1.—8 Leid. 2. *quic. fuerint:* ed. Omnib. *quæcumque fuerunt.*—9 Pro *usque*, in κ *hujus* legitur. B θ *ad principem illum;* et sic quoque Sch. qui habet *atque inventorem Tysiam.* In Voss. 1. 2. Victorin. et ed. Omnib. *Tysia.* In ω 1. *Tisia* deest.—10 Edd. pr. *enodate et dilig.*—11 Ern. e Sch. Leid. 1. *at tantum*, prob. Oud. Al. edd. et Mss. *ac tantum.*—12 Sch. *ex illorum libris.*—13 θ *convertantur.*—14 Voss. 1. 2. *et se ip-*

NOTÆ

[i] *Tisia*] De quo Tullius de Orat. l. I. § 91. et in Bruto § 46.

et eos qui ante se fuerant,[16] in medio posuit,[q] ut et [15] ceteros et seipsum per se cognosceremus: [17] ab hoc autem [k] qui profecti sunt,[r] quanquam in maximis philosophiæ partibus operæ plurimum consumserunt, sicut et ipse,[18] [l] cujus instituta sequebantur, fecerat; tamen permulta nobis præcepta dicendi reliquerunt. Atque alii quoque alio ex fonte præceptores [19] dicendi emanaverunt, qui item permultum ad dicendum, si quid ars proficit,[20] opitulati sunt: nam fuit tempore eodem, quo Aristoteles, magnus et nobilis rhetor Isocrates; [1] cujus ipsius quam constet esse artem, non invenimus.[2] 8. Discipulorum autem, atque eorum [3] qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte præcepta reperimus.[4] III. Ex his duabus diversis sicuti familiis,[s] quarum altera,[t] cum versaretur in philosophia, nonnullam [5] rhetoricæ quoque artis sibi curam assumebat, altera vero omnis [u] in dicendi erat studio et præceptione occupata,[6] unum quoddam est conflatum genus a posterioribus, qui ab utrisque ea, quæ commode dici videbantur, in

[q] *Palam exhibuit.* [r] *Aristotelis discipuli.*
[s] *Aristotelis et Isocratis sectis.* [t] *Secta Aristotelis.*
[u] *Secta Isocratis.*

*sum.*—15 In Leid. 2. non legitur *se.* Sch. cum tribus aliis *fuerunt.*—16 Octo Mss. Oxonn. cum Tur. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. non habent *et.*—17 M *cognoscamus.*—18 Sch. *consumserint*, prob. Oud. Tum in Tur. *sicuti ipse.*—19 Pro *præceptores*, in ω 1. *inventores* legitur.—20 κ *profecit.*—1 Voss. 1. Sch. a m. pr. *Socrates.*—2 ω 2. Sch. Leid. 1. ed. Omnib. *quam constat esse artem:* Leid. 3. *quam instituisset artem.* Dein ω 1. *non inveniemus.*—3 θ *autem ejus atque eorum.*—4 M *de hac arte præcepta:* Sch. a m. pr. *de arte præfata.* θ, ω 1. *reperiemus.*

## NOTÆ

[k] *Ab hoc autem*] Peripatetici, quorum princeps fuit Aristoteles, magistri vestigia persecuti, præcipuam philosophiæ operam ita dederunt, ut rhetoricæ studia non abjicerent. Theophrastus Aristotelis discipulus inter alia quamplurima, quæ recenset Laërtius, scripsit περὶ τέχνης ῥητορικῆς α'· περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν εἴδη ξα'· *De arte rhetorica librum unum, de artibus rhetoricis formas* LXI. Demetrius Phalereus, eodem teste Laërtio, Theophrasti auditor, duos de rhetorica libros composuit.

[l] *Sicut et ipse*] Gloria Xenocratis Calchedonii philosophi, qui Platonem audiebat, motus Aristoteles, inquit Victorinus, philosophiam exercuit: gloria Isocratis motus rhetoricæ præcepta conscripsit.

suas artes contulerunt:[7] quos ipsos simul,[8] atque illos superiores, nos nobis omnes, quoad facultas tulit, proposuimus, et ex nostro quoque[9] nonnihil in commune contulimus. 9. Quodsi ea, quæ in his libris exponuntur, tantopere eligenda fuerunt, quanto studio electa sunt, profecto neque nos neque alios industriæ nostræ pœnitebit.[10] Sin autem temere aliquid alicujus[11] præterisse, aut non satis eleganter secuti videbimur, docti ab aliquo, facile et libenter sententiam commutabimus.[12] Non enim parum cognosse,[13] sed in parum cognito stulte et diu perseverasse, turpe est: propterea quod alterum communi hominum infirmitati, alterum singulari uniuscujusque vitio[14] est attributum. 10. Quare nos quidem sine ulla affirmatione, simul quærentes, dubitanter unumquodque[15] dicemus, ne, dum parvulum hoc consequimur,[16] ut satis commode hæc perscripsisse[17] videamur, illud amittamus, quod maximum est, ut ne cui rei[18] temere atque arroganter assenserimus. Verum hoc quidem nos,[19] et in hoc tempore, et in[20] omni vita studiose, quoad facultas feret, consequemur.[1] Nunc autem, ne longius oratio[2] progressa videatur, de reliquis, quæ præcipienda videntur esse, dicemus.

11. Igitur primus liber, exposito genere hujus artis, et officio, et fine, et materia, et partibus, genera controversiarum, et inventiones, et constitutiones, et judicationes[3] continebat, deinde partes orationis, et in eas omnes omnia præcepta. Quare cum in eo ceteris de rebus[4] distinctius

Cap. III. 5 M *nonnunquam.*—6 ω 1. *et præceptione ejus occ.*—7 Voss. 2. *retulerunt.*—8 M *similes.*—9 W, Grev. Pall. 1. 2. *ex nostra quoque:* κ *ex nostra quoque parte.*—10 Leid. 2. *pigebit.*—11 Lamb. *Sin autem aut temere.* ω 2. et Sch. *aliquod.* Voss. 1. *alicui.*—12 M *mutabimus.*—13 M W *cognoscere.*—14 L, ω 1. Leid. 2. et Sch. a m. pr. *sing. cujusque vitio.*—15 Sch. a m. pr. Voss. 2. Lamb. Grut. et Græv.-Burm. *unumquidque.*—16 Abest *hoc* Sch. a m. pr. In eodem et Voss. 1. *parv. hoc consequamur:* ed. Omnib. *hoc parv. sequimur.*—17 Sch. Leid. 1. Voss. 2. *præscripsisse.*—18 *Rei* in θ ψ deest.—19 Leid. 1. *Verum hæc quidem nos,* quæ vocula postrema non est in L M, nec in duobus Mss. ap. Gronov. Eam Schutz. delevit.—20 ω 1. et unus Ms. ap. Lamb. omittunt *tempore,* prob. Oud. Tum Voss. 1. caret præpositione ante *omni.*—1 Sch. *fert, consequemur:* κ *fert, consequimur:* M *feret, consequimur.*—2 M et Sch. *ratio.*—3 Verba *et constitutiones* absunt ab M W θ κ, ω 1. et quibusdam edd. vett. item *et judicationes* a B L W θ ψ, Sch. Leid. 1. et Pal. 1. Verba *et const. et jud.* Schutz. delevit. In ω 2. *et const. eorum cont.* Voss. 1. 2. *et*

dictum sit, disperse autem de [5] confirmatione et de reprehensione; nunc certos confirmandi et reprehendendi in singula causarum genera locos tradendos [6] arbitramur. Et quia, quo pacto tractari conveniret [7] argumentationes, in libro primo [8] non indiligenter expositum est, hic tantum ipsa inventa unamquamque in rem exponentur simpliciter,[9] sine ulla exornatione, ut ex [10] hoc inventa ipsa, ex superiore autem expolitio inventorum petatur. Quare hæc, quæ nunc præcipientur,[11] ad confirmationis et reprehensionis partes referre oportebit.[12]

IV. 12 Omnis et demonstrativa, et deliberativa, et judicialis causa, necesse est in aliquo eorum,[m] quæ ante exposita sunt, constitutionis genere, uno pluribusve, versetur. Hoc quanquam ita est, tamen cum communiter [13] quædam de omnibus præcipi possint, separatim quoque aliæ sunt cujusque generis, et diversæ [14] præceptiones. Aliud enim laus aut vituperatio,[15] aliud sententiæ dictio, aliud accusatio,[16] aut recusatio,[x] conficere debet. In judiciis, quid æquum sit, quæritur; in demonstrationibus, quid honestum; in deliberationibus, ut nos arbitramur, quid honestum sit, et quid utile: [17] nam ceteri utilitatis [18] modo finem in suadendo et in [19] dissuadendo exponi oportere arbitrati sunt. 13. Quorum igitur generum [20] fines et exitus diversi sunt,

[x] *Defensio.*

*const. earum cont.*—4 κ *in eo libro;* et ψ *cunctis de rebus.*—5 Leid. 2. *dispersim.* Vox *autem* omittitur in θ, et *de* in Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2.—6 ω 1. *tractandos.* —7 Sch. Leid. 3. *convenisset.*—8 Sch. *in libro priori.*—9 θ non habet præpositionem ante *rem*, nec ω 1. adverbium *simpliciter.*—10 *Ex* non est in θ.—11 M *præcipiuntur.*—12 In W θ, post *oportebit* sequentia verba adduntur: *Idem confirmando, et reprehendendo, communia argumenta habeant, judiciale, demonstrativum, deliberativum, tamen secundum proprios fines diversantur.*

Cap. IV. 13 κ, ω 1. Leid. 2. *ita sit.* M *tamen comm.* omisso *cum.*—14 Leid. 2. *possunt, sep.* Leid. 3. *possunt, et sep.* W θ *quoque alicujus generis.* Tum copula deest in L M W κ, Tur. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. et ed. Omnib. Pro *diversæ*, Altorf. habet *divisæ.*—15 θ *laus et vitup.* κ *laus aliud vitup.*—16 M *excusatio.*—17 Leid. 3. *quid hon.* sine *sit;* et ω 1. *et quod utile.*—18 ω 1. *utilitatem.*—19 Præpositio non est in Voss. 2. Leid. 2. 3. Sch. a m. pr.—20 Deest

NOTÆ

[m] *In aliquo eorum*] Scilicet in genere constitutionis vel conjecturali, vel definitivo, vel generali, vel translativo; de quibus jam, quantum satis fuit, dictum supra.

eorum præcepta eadem esse non possunt. Neque nunc hoc dicimus,[1] non easdem incidere constitutiones:[2] verumtamen oratio quædam ex ipso fine et ex genere[3] causæ nascitur, quæ pertineat ad vitæ[4] alicujus demonstrationem, aut ad sententiæ dictionem. Quare[5] nunc in exponendis controversiis, in judiciali genere causarum et præceptorum[6] versabimur. Ex quo pleraque in cetera quoque causarum genera, simili implicata[7] controversia,[y] nulla cum difficultate transferentur: post autem[8] separatim de reliquis dicemus.

14. Nunc ab conjecturali constitutione proficiscemur;[z][9] cujus exemplum sit hoc expositum:[10] In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quendam, et secum aliquantum[11] nummorum ferentem, est consecutus:[12] cum hoc, ut fere fit,[13] in via sermonem contulit; ex quo factum est, ut illud iter familiarius[14] facere vellent: quare, cum in eandem tabernam devertissent,[15] simul cœnare, et in eodem loco somnum capere voluerunt. Cœnati discubuerunt ibidem. Caupo[16] autem (nam ita dicitur post inventum, cum[17] in alio maleficio deprehensus esset) cum illum alterum, videlicet qui nummos haberet, animadvertisset;[18] noctu, post-

[y] *Quæ simile habent controversiæ genus.* [z] *Incipiemus.*

*generum* Voss. 1.—1. Guelf. 1. omittit *nunc*, prob. Ern. Dein θ *hoc dicemus.* —2 Lamb. ed. sola, *non easdem in unumquodque genus causæ inc. const.* Ern. conj. *non in easdem inc. const.*—3 B *ex ipsa fine.* B L M W θ κ ψ, ω 1. Sch. cum Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *et genere:* ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *ex genere:* Ern. e Mss. dedit *et ex genere*, et eum sequuntur Wetzel. et Orell. Schutz. e suspicione delevit *et ex genere.*—4 Lamb. *aut ad vitæ.*—5 Lamb. *dict., aut ad judicium. Quare.*—6 In Leid. 2. non leguntur verba *et præceptorum.* Unus Ms. ap. Ursin. *et præceptionum.*—7 ψ, Leid. 1. 2. cum Junt. Crat. et Orell. *implicita.* In κ deest.—8 L θ, Sch. Voss. 2. *transferuntur;* et ω 1. Leid. 2. *post hæc autem.*—9 κ, Sch. a m. pr. Leid. 3. Tur. a m. sec. et quædam edd. vett. ut ed. Omnib. et Lamb. *ad conjecturalem constitutionem.* Tum ψ *proficiscimur:* κ, ω 2. Sch. *proficiscamur.*—10 Sch. et Leid. 2. non agnoscunt verbum *expositum*, prob. Oud.—11 L et Leid. 3. *aliquantulum.* —12 B κ ψ, ω 1. 2. Sch. a m. pr. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. et edd. ante Grut. cum Oliv. *est comitatus.* Oud. suspic. *est continuatus.*—13 M, Voss. 2. *ut sæpe fit:* Sch. a m. pr. *ut sereret.*—14 Voss. 1. *ut illud tum famil. iter.*—15 B L M ψ, ω 2. Voss. 1. Leid. 1. ac Var. Lect. Sch. et edd. ante Grut. cum Oliv. *in quandam tab.* Dein omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *divertissent.*—16 B, Tur. Sch. a m. pr. *Copo.*—17 Voss. 2. *qui;* et sic suprascr. in Sch. in quo legitur *depreh. est.*—18 L *habuit;* et ω 1. *animum advertisset.* Lamb. tentabat *cum il-*

quam illos arctius,[a] ut fit,[19] ex lassitudine dormire sensit, accessit, et alterius eorum, qui sine nummis erat, gladium propter appositum[b] e[20] vagina eduxit, et illum alterum occidit, nummos abstulit, gladium cruentatum in vaginam[1] recondidit, ipse sese in lectum suum recepit.[2] [*p.* 64.] Ille autem, cujus gladio occisio erat facta, multo ante lucem surrexit, comitem suum[3] inclamavit semel et sæpius. 15. Illum[4] somno impeditum non respondere existimavit: ipse gladium,[5] et cetera quæ secum attulerat, sustulit,[6] solus profectus est. Caupo non multo post conclamavit,[7] hominem esse occisum, et cum quibusdam deversoribus[c][8] illum, qui ante exierat, consequitur: in[9] itinere hominem comprehendit, gladium ejus e vagina educit,[10] reperit cruentum:[11] homo in urbem ab illis deducitur,[12] ac reus fit. In hac[13] intentio est criminis, Occidisti. Depulsio, Non occidi. Ex quibus constitutio est. Quæstio eadem in conjecturali, quæ judicatio, Occideritne.[14]

v. 16. Nunc exponemus locos, quorum pars aliqua in

[a] *Gravius.* [b] *Juxta positum.* [c] *Hospitibus.*

*lum alterum nummos habere, animadv.* prob. Grut.—19 Vulg. *arctius jam, ut fit.* Ern. delevit particulam *jam*, quæ abest a Guelf. 1. et eam omittunt Schutz. et Wetzel. In Leid. 2. et Sch. a m. pr. desunt *ut fit.*—20 Præpositio non est in Leid. 2.—1 B L M W ψ, ω 1. 2. Tur. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Junt. Lamb. Oliv. et Lall. *gladium cruentum.* M et Leid. 2. *in vagina.*—2 ω 1. *ipse se post in suum lectulum:* ω 2. *ipse se in suum lectulum.* Tur. Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. et Schutz. *ipse se:* ψ, Tur. et Orell. *lectulum:* et Leid. 3. cum ed. Omnb. et Lamb. *recipit.*—3 B L W θ κ ψ, ω 1. 2. Tur. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. habent *illum* post *suum;* quod Ern. delevit: abest ab edd. pr. Schutz. Wetzel. et Orell. id omittunt.—4 Sch. a m. pr. non agnoscit *Illum,* prob. Oud.—5 ω 2. et Leid. 1. *ille gladium.*—6 Sch. *detulerat, abstulit,* non improb. Oud. M κ *attulerat, detulit:* ψ *attulerat, abstulit.*—7 κ *Caupo autem multo:* Sch. Leid. 2. 3. *multum post:* B W θ, ω 2. Tur. et Orell. *conclamat:* ω 1. *clamavit.* Tum Sch. et Schutz. *hom. occisum,* omisso *esse,* prob. Oud.—8 Quidam Mss. *diversoriis:* omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *diversoribus.*—9 κ non habet præpositionem.—10 Tur. *de vagina:* abest præpositio Leid. 2. In ψ *e vag. eduxit:* Leid. 3. *gladium ejus cruentatum eduxit.*—11 Al. *cruentatum.*—12 Sch. et Voss. 1. *ab aliis.* Schutz. e Voss. 1. *ducitur.*—13 Schutz. e Guelf. 2. cum Wetzel. *In hac causa,* prob. Ern.—14 L W θ Voss. 2. Leid. 2. et Leid. 1. a m. sec. Tur. et quidam Mss. ap. Gronov. *constitutio est, id est, quæstio eadem:* B *const. est idem. Quæst. ead.* κ *const. et est Quæst. ead.* Voss. 1. et Sch. a m. sec. *Quæstio est eadem.* Tum κ *et jud.* θ et Leid. 3. *quæ et jud.* Ern. suspic. *Ex quibus quæstio eadem est, quæ jud. Occ.* Schutz. e conj. edidit, *Ex quibus quæstio est eadem in conject. constitutione, quæ jud. Occ.*

omnem conjecturalem incidit[15] controversiam. Hoc autem et in horum[16] locorum expositione, et in ceterorum, oportebit attendere, non omnes in omnem causam[17] convenire. Ut enim omne nomen[18] ex aliquibus, non ex omnibus literis scribitur; sic omnem in causam[19] non omnis argumentorum copia, sed eorum necessaria[20] pars aliqua conveniet. Omnis igitur, ex causa, ex persona, ex facto ipso, conjectura capienda est.

17. Causa distribuitur[1] in impulsionem et in ratiocinationem.[2] Impulsio est,[a] quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, ægritudo, vinolentia,[3] et omnino omnia in quibus animus ita videtur affectus fuisse, ut rem perspicere cum[4] consilio et cura non potuerit; et id, quod fecit, impetu quodam animi[5] potius, quam cogitatione fecerit.[6] 18. Ratiocinatio autem est[7] diligens et considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur interfuisse[8] tum, cum aliquid faciendum, aut non faciendum,[9]

Cap. v. 15 M *concidit.*—16 θ non habet *horum.*—17 Sch. *in unam causam.*—18 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *Nam ut omne nomen.*—19 L *in causam convenire.*—20 θ κ ψ, ω 1. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. ac Schutz. et Orell. *necessario.*—1 B W θ, ω 1. et Tur. *tribuitur.*—2 Leid. 2. et Victorin. *et ratiocinationem,* omissa præpositione: ψ *et in rationem.*—3 κ et quædam edd. vett. *violentia.*—4 M caret præpositione.—5 Schutz. e suspic. delevit vocem *animi.*—6 M *fecit.*—7 *Est* non est in θ, nec *autem* in M. Leid. 1. habet *Rat. est animi dil.*—8 ω 1. *dicetur interfuisse.* Ern. suspic. *dic. intercessisse.*—9 Tur. *faciendi aut non faciendi:* B *faciendum aut non faciendi.* Schutz.

NOTÆ

[a] *Impulsio est, &c.*] Impulsio comprehendit animi motus, quibus ad agendum sæpissime excitamur, et causæ efficientis locum habet. Ita cum probare contendit Cicero, non Milonem Clodio, sed Clodium Miloni struxisse insidias, ostendit nullo Milonem, gravissimo Clodium odio exulceratum fuisse, § 35. 'At valuit odium Milonis; fecit iratus; fecit inimicus; fuit ultor injuriæ, punitor doloris sui. Quid si hæc, non dico, majora fuerunt in Clodio quam in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis amplius? quid enim odisset Clodium Milo segetem ac materiam suæ gloriæ, præter hoc civile odium quo omnes improbos odimus? Ille, erat, ut odisset, primum conservatorem salutis meæ; deinde vexatorem furoris, domitorem armorum suorum; postremo etiam accusatorem suum: reus enim Milonis, lege Plotia, fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? quantum odium illius, et in homine injusto, quam etiam justum?'

certa de causa vitasse, aut secutus esse animus videtur, ut,[10] si amicitiæ quid causa factum dicetur,[11] si inimici[12] ulciscendi, si metus, si gloriæ, si pecuniæ, si denique, ut omnia generatim amplectamur, alicujus retinendi, augendi, adipiscendive commodi, aut contra rejiciendi, deminuendi,[13] devitandive incommodi causa: nam horum in genus[14] alterutrum illa quoque incident, in quibus aut incommodum aliquod majoris vitandi incommodi causa, aut majoris adipiscendi commodi, suscipitur, aut commodum aliquod majoris adipiscendi commodi, aut majoris vitandi incommodi, præteritur.[15]

19. Hic locus sicut aliquod fundamentum est hujus constitutionis; nam nihil factum esse[16] cuiquam probatur, nisi aliquid, quare factum sit, ostenditur.[17] Ergo accusator,[o] cum aliquid impulsione[18] factum esse dicet,[19] illum

delevit verba *faciendum aut non faciendum*; quæ Wetzel. et Orell. uncis includunt.—10 ω 1. *aut sec. fuisse quis videtur:* B *aut sec. esse animus videbitur:* Sch. *aut sec. esse an videbitur.* In θ et Sch. deest *ut.*—11 Leid. 3. *factum esse;* et Sch. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *dicitur.*—12 ψ *amici.*—13 ω 2. Leid. 1. Voss. 2. *minuendi:* al. *diminuendi.*—14 Tur. et Lamb. *in horum genus.*—15 ω 1. et Tur. *in quibus aut commodi aliquid incommodum* (Tur. omittit *incomm.*) *majoris adipiscendi causa aut majoris vitandi incommodi suscipitur.* Pro *incommodum aliquod*, in B legitur *commodum aliquid.* Ed. Omnib. non habet verba *aut majoris adipiscendi commodi.* Pro *commodum aliquod*, ω 1: *aliquid commodum.* Præterea κ et Leid. 3. *incommodi causa præt.* Ed. Omnib. quoque omittit verba *aut majoris vitandi incommodi.* In Tur. *suscip., aut commodum majoris aliquod adipiscendi commodi aut vitandi majoris incommodi præteritur.*—16 *Factum esse* in L desunt.—17 θ *ostendetur:* ω 2. Guelf. 1. Leid. 3. *ostendatur*, prob. Oud.

NOTÆ

[o] *Ergo accusator, &c.*] In ea declamatione quæ attributa Quintiliano inscribitur, Cæcus in limine, parricidii crimen cæco affictum in novercam sic retorquetur, sumtis ex hoc loco argumentis: 'Non est difficile ut maritum uxor occidat, si non est difficilius ut filius patrem. Non est, judices, quod putetis inter mulierem et virum de scelere quæri; neque est quod se noverca sexus occasione tueatur. Major est cæcitatis infirmitas. Sunt et fœminis ad scelera vires, cum habent causas virorum. Quinimmo si interroges, facilius hæc pectora metus, odium, ira corrumpunt; et quoniam non habent roboris tantum, unde vitia mentium vincant, plerumque facinus infirmitate fecerunt. Sane tamen illis sceleribus sufficere non possint, quæ discursum, quæ exigunt laborem; quod vero tam muliebre possis invenire facinus, quam occidere hominem juxta te jacentem? aggredi senem, qui se tuis crediderit amplexibus? cujus somnos ipsa disponas? . . . Non est, judices, incredibile ut occiderit mulier hominem,

impetum, et quandam commotionem animi, affectionemque verbis et sententiis amplificare debebit,[20] et ostendere, quanta vis amoris sit,[1] quanta animi perturbatio ex[2] iracundia fiat, aut ex aliqua causa earum,[3] qua impulsum aliquem[4] id fecisse dicet. Hic et exemplorum commemoratione, qui[5] simili impulsu aliquid commiserint, et similitudinum collatione, et ipsius animi affectionis explicatione,[6] curandum est, ut non mirum videatur, si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus[7] accesserit. VI. 20. Cum autem non impulsione, verum ratiocinatione[8] aliquem commisisse quid dicet, quid commodi[p] sit secutus, aut quid incommodi fugerit, demonstrabit; et id augebit, quam maxime poterit, ut, quoad ejus[9] fieri possit,[d] idonea quam maxime causa[10] ad peccandum hortata videatur.[10] Si gloriæ causa; quantam gloriam consecuturam existimarit: item si dominationis, si pecuniæ, si amicitiæ, si inimicitiarum; et omnino quicquid erit, quod causæ fuisse dicet,[11] id summe augere[12] debebit. 21. Et hoc cum

[d] *Quantum fieri poterit.*

—18 ω 2. Tur. Lamb. Schutz. et Orell. *impulsione aliquid.*—19 Octo Oxonn. Mss. et Oliv. *dicit.*—20 θ *debet.*—1 ω 1. non habet *sit.*—2 ω 1. caret præpositione.—3 ω 1. *ex aliqua causarum.*—4 *Aliquem* non est in M.—5 θ *quod.* Mox ψ, Leid. 2. et ed. Omnib. *commiserunt.*—6 Sch. *explanatione*: ω 1. *ex amplificatione.*—7 Ern. censet aut *animus* delendum, aut *aliquis* scribendum. Schutz. expunxit *animus.*

CAP. VI. 8 Voss. 1. *ratione.*—9 Deest *ejus* quinque Oxonn. Mss. cum Sch. Voss. 2. ed. Omnib.—10 ω 2. *max. poterit causa.* Dein Leid. 3. *hortatus videatur.*—11 ω 1. *quicquid erat*: et Sch. Leid. 3. *quod causa fuisse dicetur.*

NOTÆ

quem dicitur potuisse cæcus occidere. . . . Cæcus non irascitur, non odit, non concupiscit: et cum corpora nostra vigorem de luminibus accipiant, pereunt cum suis vitia causis.'

[p] *Quid commodi*] In ratiocinatione spectantur causæ finales. Inde probat Cicero insidiatum fuisse Miloni Clodium, quod huic illius mors utilis fuisset futura, Milon. § 32. 'Quonam igitur pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium? satis est quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua, docere magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum, Cui bono fuerit, in his personis valeat; etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi sæpe parvo. Atqui Milone interfecto Clodius hoc assequebatur,' &c.

magnopere considerare[13] oportebit, non quid in veritate modo, verum etiam vehementius,[14] quid in opinione ejus, quem arguet,[15] fuerit. Nihil enim refert, non fuisse, aut non esse aliquid commodi aut incommodi,[16] si ostendi potest, ei visum esse, qui arguatur.[17] Nam opinio dupliciter fallit homines; cum aut res aliusmodi est, ac putatur,[18] aut non is eventus est, quem arbitrati sunt. Res aliusmodi[19] est tum, cum aut id, quod bonum est, malum putant;[20] aut contra, quod malum est, bonum; aut quod nec malum est nec bonum,[1] malum aut bonum;[2] aut quod malum[3] aut bonum est, nec malum nec bonum. 22. Hoc intellecto, si quis negabit, ullam esse pecuniam, fratris aut amici vita,[4] aut denique officio[5] antiquiorem aut suaviorem, non erit hoc accusatori negandum:[e] nam in eum culpa, et summum odium transferetur, qui id, quod tam vere et pie dicetur, negabit.[6] Verum illud dicendum erit, illi[f] non esse ita visum;[7] quod sumi oportet ex iis quæ ad personam pertinent, de quo post[8] dicendum est. VII. 23. Eventus autem tum[9] fallit, cum aliter accidit, atque ii, qui arguuntur, arbitrati esse dicuntur; ut, si qui[10] dicatur alium

[e] *Si quis reus dicet nullam esse pecuniam, quæ debeat esse carior aut jucundior quam vita fratris, aut amici, aut denique officium; non oportet hoc ab accusatore negari.*

[f] *Reo qui accusatur.*

In θ *quod causam;* et Tur. *fuisse dicetur.*—12 Leid. 3. *adaugere.*—13 Deest *eum* Voss. 1. In M *magnop. etenim cons.*—14 M *modo considerandum, verum vehementius.*—15 A Voss. 1. abest *quid.* Dein M *quem arguerit:* Sch. *quem arguat.*—16 B *non fuisse aliquid incommodi aut incomm.*—17 Ed. Omnib. *visum fore:* et Sch. *qui arguetur:* M κ, Leid. 1. *qui arguitur.*—18 M *cum res,* omisso *aut.* L κ, ω 1. Sch. Leid. 2. ed. Omnib. *alio modo est.* Tum L et ed. Omnib. *quam putatur:* M *quam putetur:* Sch. *ac putetur.*—19 ω 1. Sch. Leid. 2. ac ed. Omnib. *Res alio modo:* L κ *Res ex alio modo.*—20 W *putent.*—1 L *nec malum, nec bonum:* ω 1. *nec malum est, nec bonum est.*—2 M *malum aut bonum putant.*—3 L *malum est.*—4 Sch. Leid. 2. 3. *si qui neg.* prob. Oud. ω 1. *si qui neg. sibi esse ullam pec. fratris vita aut amici.* In Tur. quoque *esse ullam pec.*—5 Vulg. *officio suo.* In Cass. vox *suo* est inter versus, non in textu. Eam delevit Ern. quem Schutz. et Wetzel. sequuntur: Orell. uncis includit.—6 B M θ κ, Sch. Leid. 1. 3. Voss. 2. *qui quod,* sine *id,* non improb. Oud. Dein Sch. Voss. 2. *dicitur.* In ω 1. *transferetur, quicquid tam vere et pie dicetur si negabitur.*—7 κ et ω 1. *dicendum est.* In ω 1. quoque *illi tam non esse visum.*—8 Leid. 3. *postea.*

Cap. VII. 9 Voss. 1. omittit verba *autem tum.*—10 Vulg. *si quis:* ω 1. 2.

occidisse,[g] ac voluerit,[11] quod aut similitudine, aut suspicione, aut demonstratione falsa deceptus sit; aut cum necasse, cujus testamento non sit hæres, quod ejus testamento[12] se hæredem arbitratus sit. Non enim ex eventu cogitationem spectari † oportere; sed qua cogitatione et spe[13] ad maleficium profectus sit, considerare; et[14] quo animo quid quisque faciat,[15] non quo casu utatur, ad rem pertinere. 24. In[16] hoc autem loco, caput illud erit accusatori,[17] si demonstrare poterit, alii nemini causam fuisse faciendi; secundarium, si tantam, aut tam[18] idoneam nemini. Sin fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur; aut[19] potestas[q] aliis defuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluntas. Potestas,[r] si aut nescisse, aut non affuisse,[20] aut conficere aliquid non potuisse dicetur.[1] Facultas, si ratio, adjutores, adjumenta, et cetera,[2] quæ ad rem pertinebunt,[3] [*p.* 65.] defuisse alicui demonstrabuntur.

[g] *Alium quam voluerit interfecisse.*

Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. ac edd. ante Ald. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *si qui.*—11 θ *voluit.*—12 M θ, Voss. 1. 2. Leid. 1. *quod eo test.*—† Ms. Cass. a m. sec. et octo Oxonn. Mss. cum Oliv. *spectari oportet;* quod Ernestio placet.—13 B L M W κ ψ, ω 2. Grev. Pall. omnes, libri duo ap. Lamb. et omnes Mss. Oud. ac ed. Omnib. *cogitatione animus et spe;* sed *et spe* in κ ψ omittuntur. Tur. et Lamb. *cog. animi et spe:* θ, Oliv. et Lall. *cog., animo et spe.*—14 ψ, Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *considerari;* et sic Guelf. 2. a m. pr. prob. Ern. Tum copula deest in B M W θ κ, ω 1. et Tur. Orell. eam uncis includit.—15 Verba *quo animo quid quisque faciat* suspecta erant Oudend.—16 B θ κ, Sch. Voss. 2. Leid. 2. ed. Omnib. carent præpositione.—17 Sch. Leid. 2. *illud accusatoris erit.* In L *illud* deest.—18 κ et Sch. *aut si tam:* Leid. 2. ed. Omnib. *et tam.* Dein κ *nemini fuisse.* *Sin affuisse.*—19 Voss. 2. *at.*—20 L κ *Potestas sic si:* et Sch. a m. pr. Leid. 1. *aut non fuisse.*—1 ψ *dicentur:* ω 1. *dicuntur.*—2 ω 1. Tur. et omnes Mss. Oud. cum Lamb. *ceteraque.*

## NOTÆ

[q] *Aut potestas*] Quæ vulgo eadem notione sumuntur potestas et facultas, hic distinguuntur, ut annotat Victorinus, cujus mentem recte Vossius explicat. Potestas proprie respicit naturam personæ, qua aliquid ei inest aut deest: quomodo negamus homini debili suppetere vires ac potestatem male mulctandi hominem fortissimum. At facultas respicit res extrinsecus advenientes, locum, tempus, et similia: qua ratione negabat Clodius sibi, qui in urbe non fuisset, facultatem fuisse violandi Cæsaris conjugem.

[r] *Potestas, &c.*] Et potestatem et facultatem et voluntatem interficiendi Milonis fuisse Clodio egregie et fuse Tullius ostendit in Milon. § 53. &c. 'Videamus nunc id quod caput est,' &c. Quem locum, quia longior est, exscribere non vacat.

Voluntas, si animus a talibus factis vacuus et integer esse dicetur. Postremo, quas ad defensionem rationes reo dabimus, iis accusator ad alios ex culpa eximendos abutetur.[h] Verum id brevi[4] faciendum est, et in unum multa sunt conducenda, ut ne[5] alterius defendendi causa hunc accusare, sed hujus accusandi causa defendere alterum videatur. VIII. 25. Atque accusatori quidem hæc fere sunt in causa facienda, et consideranda.[6] Defensor autem ex contrario primum impulsionem aut nullam[s] fuisse dicet, aut, si fuisse concedet,[7] extenuabit, et parvulam quandam fuisse demonstrabit, aut non ex ea[8] solere hujusmodi facta nasci docebit. Quo et erit[9] in loco demonstrandum, quæ vis et natura[10] ejus sit affectionis, qua impulsus aliquid reus commisisse dicetur: in quo et[11] exempla, et similitudines erunt proferendæ, et ipsa diligenter natura[12] ejus affectionis quam lenissime[13] quietissimam[i]

[h] *Utetur.* [i] *Secundum id quod habet mitius.*

—3 Sch. Leid. 3. *pertinent.*—4 Lamb. *breviter.*—5 Lamb. *ut non.*
CAP. VIII. 6 Orell. ex ω 1. et Sch. a m. pr. dedit *faciendi consideranda.* Desunt *et consideranda* Leid. 2.—7 κ *dicet, ac si.* ω 1. *concedat fuisse.*—8 κ *ex ea re.* Superscriptum *re* in Leid. 1. *causa* in Voss. 2. Mox pro *facta*, in M *malefacta* legitur.—9 B L ψ, ω 2. et edd. vett. cum Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Orell. *Quo erit.* Al. Mss. et edd. *Quo et erit.*—10 κ *vis et quæ nat.*—11 θ omittit copulam.—12 Voss. 2. *et erit dil. nat.*—13 B L M W θ κ ψ, et

## NOTÆ

[s] *Impulsionem aut nullam*] Objectum Murenæ crimen dissolutæ vitæ ex hoc capite Cicero refellit pro Murena § 13. 'Saltatorem appellat L. Murenam Cato. Maledictum est, si vere objicitur, vehementis accusatoris; sin falso, maledici conviciatoris. Quare cum ista sis auctoritate, non debes, M. Cato, arripere maledictum ex trivio, aut ex scurrarum aliquo convicio, neque temere consulem pop. Rom. saltatorem vocare; sed conspicere, quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum, cui vere istud objici possit. Nemo enim fere saltat sobrius, nisi forte insanit; neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto: tempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis id quod necesse est omnium vitiorum esse postremum: relinquis illa, quibus remotis, hoc vitium omnino esse non potest: nullum turpe convivium, non amor, non comessatio, non libido, non sumtus ostenditur; et cum ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent, quæque vitiosa sunt; in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturum putas?'

ad partem explicanda, ut et [14] res ipsa [k] a facto crudeli et turbulento ad quoddam mitius [15] et tranquillius traducatur, et oratio tamen [16] ad animum ejus, qui audiet, et ad animi quendam intimum sensum accommodetur.[17] 26. Ratiocinationis [18] autem suspiciones infirmabit, si aut commodum nullum fuisse, aut parvum,[19] aut aliis magis fuisse,[20] aut nihilo sibi magis, quam aliis,[1] aut incommodum sibi majus, quam commodum dicet; ut nequaquam fuerit illius commodi, quod expetitum dicatur, magnitudo aut cum eo incommodo quod acciderit, aut cum illo periculo quod subeatur, comparanda : [2] qui omnes loci similiter in incommodi quoque vitatione [3] tractabuntur. 27. Sin accusator dixerit, eum [4] id esse secutum quod ei visum sit commodum, aut id [5] fugisse quod putarit esse incommodum, quanquam in falsa fuerit opinione; demonstrandum erit defensori, neminem tanta esse stultitia,[6] qui tali in re possit veritatem ignorare. Quod si id concedatur, illud [7] non concessum iri; ne dubitasse quidem hunc,[8] quid ejus juris esset,[9] sed id,[10] quod falsum fuerit, sine ulla dubitatione pro falso, quod verum, pro vero probasse.[11] Quod si du-

[k] *Quæ causa est accusationis.*

quatuor Mss. Oud. ac edd. ante Grut. cum Oliv. et Græv.-Burm. *levissime:* Schutz. e Lamb. conj. *lenissimam et quietiss.* ω 1. 2. et duo Mss. ap. Oud. cum Grut. Wetzel. et Orell. *lenissime.*—14 L M κ *explicanda est ut.* θ et ω 1. omittunt *et.*—15 Lamb. *crud. ac turb.* et ω 2. cum ed. Omnib. *ad quiddam mitius.*—16 Pro *tamen*, Voss. 1. et quædam edd. vett. habent *tunc*; Schutz. et Leid. 1. a m. sec. *tum;* prob. Oud. improb. Ern.—17 Schutz. censet legend. *tamen ad ejus qui audiet intimum sensum*; vel *tamen ad mentem ejus qui audiet, et ad animi, &c.* Pro *accommodetur*, Leid. 3. *accommodabitur.*—18 Voss. 1. *Rationis.*—19 Sch. *nullum esse dicat*, suprascr. *aut parvulum.* Voss. 2. *parum.*—20 B L W, Leid. 2. cum Lamb. *majus;* et ω 1. Sch. *esse.*—1 ω 1. Sch. Leid. 2. 3. Tur. ed. Omnib. ac Lamb. *nih. sibi majus.* Pro *quam aliis*, in ω 1. *esse* legitur. Paulo post, pro *majus*, κ habet *magis.*—2 Sch. *sit comp.*—3 *Similiter* non est in ω 1. nec præpositio in B L M W θ κ ψ, Leid. 3. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Præterea unus Ms. ap. Gronov. omittit *quoque.* M habet *quoque in vitatione.*—4 Schutz. e conj. cum Orell. *reum.*—5 Deest pronomen Voss. 1.—6 Leid. 1. *esse tanta stultitia:* Voss. 1. *in tanta esse stultitia:* Sch. Leid. 2. 3. Tur. et edd. vett. *tantæ esse stultitiæ.*—7 A Voss. 1. abest *id.* In Sch. *hoc conc. illud:* ed. Omnib. *illud conc. id.*—8 ω 1. 2. tres Mss. ap. Oud. ac ed. Omnib. *nec dub.* Sch. caret *hunc.*—9 Ed. Omnib. *quod:* et ω 2. *ejus rei juris;* et sic κ in marg. Tur. *ci juris.* Pro *quid ejus juris esset*, Schutz. e conj. edidit, *quid verius esset*, prob. Wetzel.—10 B M W, Voss. 1. 2. Leid. 3. *sed et id.*—11 ω 1. *pro falso probasse, et quod verum pro vero.* Schutz. delevit verba *pro falso quod verum;* quæ Wetzel. et Orell. uncis in-

bitaverit,[t] summæ fuisse amentiæ, dubia spe impulsum, certum in periculum se committere. 28. Quemadmodum autem accusator,[12] cum ab [13] aliis culpam demovebit,[14] defensoris locis utetur; sic iis locis, qui accusatori dati sunt, utetur reus, cum in alios ab se crimen volet [15] transferre.

IX. Ex persona autem conjectura capietur, si eæ res,[16] quæ personis attributæ sunt, diligenter considerabuntur, quas omnes in primo libro [17] exposuimus: nam et de nomine nonnunquam aliquid suspicionis nascitur. Nomen [u] autem cum dicimus,[18] cognomen [x] quoque [19] intelligatur

cludunt. Orell. hanc periodum ut corruptam denotavit.—12 ω 1. *Quemadm. accus.* omisso *autem*: Voss. 1. *Nam quemadm. accus.*—13 Præpositio non est in θ.—14 Vulg. *dimovebit.*—15 θ *volens.*

Cap. IX. 16 θ *si ejus res.*—17 Idem Ms. *in primo loco.*—18 Sch. *dicemus.* —19 *Et agnomen* addunt W θ κ ψ, ω 1. 2. Grev. Pal. 1. Voss. 1. Leid. 1. 3. duo Mss. ap. Lamb. ac Mss. ap. Lall. cum ed. Omnib. Junt. Lamb. et Lall. Paucæ edd. vett. habent *cognomenque et agn.* Pal. 2. 3. *agnomen quoque et*

## NOTÆ

[t] *Quod si dubitaverit*] Luculentus est Ciceronis locus pro Deiot. § 15. quem delatum reum conjurationis adversus Cæsarem defendit: 'Cujus tanti furoris fuit omnes reges, quorum multi erant finitimi, omnes liberos populos, omnes socios, omnes provincias, omnia denique omnium arma contra se unum excitare? quonam ille modo cum regno, cum domo, cum conjuge, cum carissimo filio distractus esset, tanto scelere non modo perfecto, sed etiam cogitato? At credo hæc homo inconsultus et temerarius non videbat. Quis consideratior illo? quis tectior? quis prudentior? quanquam hoc loco Deiotarum non tam ingenio et prudentia, quam fide et religione vitæ defendendum puto.'

[u] *Nomen*] Ad eliciendam facti conjecturam aut nihil aut parum admodum valet notatio nominis. Quis enim ferat e. g. ideo dici aliquem deceptum quod appelletur Cæcilius, aut Clodius, aut Mutius? quippe et Cæci et Claudi facile subvertantur, muti autem conqueri non possint. Nomen proderit tamen ad ridiculum, cum aliunde factum investigatum fuerit. Tullius Verr. IV. § 52. 'Quod unquam, judices, hujusmodi everriculum ulla in provincia fuit?'

[x] *Cognomen*] Vocabulorum, quibus apud Romanos capita censebantur, quatuor erant genera; prænomen, nomen, cognomen, agnomen. Prænomen est quod nominibus gentilitiis præponitur, ut Marcus, Publius. Nomen proprium est gentilitium, quod originem gentis vel familiæ declarat, ut Porcius, Cornelius. Cognomen est quod uniuscujusque proprium est et nominibus gentilitiis subjungitur, ut Cato, Scipio. Agnomen vero est, quod extrinsecus cognominibus adjungi solet ex aliqua ratione vel virtute quæsitum, ut est Africanus, Numantinus, et similia. Ita Diomedes.

oportet. De hominis enim certo et proprio vocabulo agitur;[20] ut si dicamus, idcirco aliquem Caldum[1] [y] vocari, quod temerario et repentino consilio sit; aut si, ea re hominibus Græcis[2] imperitis verba dedisse,[3] quod Clodius, aut Cæcilius,[4] aut Mucius, vocarentur.[l] [5] 29. Et de natura[z] licet aliquantulum[6] ducere suspicionis: omnia enim[7] hæc, vir an mulier; hujus an illius civitatis sit; quibus sit[8] majoribus, quibus[9] consanguineis, qua ætate, quo animo, quo corpore, quæ naturæ sunt attributa,[10] ad aliquam conjecturam faciendam pertinebunt. Et[11] ex victu multæ trahuntur suspiciones, cum, quemadmodum, et apud quos et a quibus educatus et eruditus sit, quæritur, et quibuscum vivat,[12] qua ratione vitæ, quo more domestico vivat.[13] 30. Et ex fortuna sæpe argumentatio nascitur, cum servus an liber, pecuniosus an pauper, nobilis an ignobilis, felix

[l] *Vel aliquem induxisse in fraudem homines Græcos ignaros, propterea quod illi appellarentur Clodius, aut Cæcilius, aut Mucius.*

*cognomen.* Vulg. *et agnomen* omittuntur.—20 Verba *De hominis . . . agitur* delevit Schutz. e suspic. utpote ex Invent. I. 14. huc intrusa. Wetzel. ea uncis includit.—1 Leid. 1. a m. pr. et ed. Omnib. *Callidum:* Leid. 3. *Calidum:* al. *Cadum:* Ald. Lamb. Car. et Rob. Steph. Lamb. *Calidium;* quod Oudendorpio placet.—2 κ, Sch. a m. pr. et Leid. 3. *ob eam rem.* Vulg. *ea de re.* Ex Cass. Guelf. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. et edd. pr. *ea re* dedit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur; et sic ω 2. Dein Sch. *homines:* et Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. Sch. a m. sec. Guelf. 1. a m. sec. et edd. pr. item Manut. Victor. *Græcos.*—3 κ *verba dedisse dicamus:* Sch. a m. pr. *verba dederit.*—4 Pauci Mss. *Cælius.* 'Legendum arbitror *Cascellius*, ut sint tria nomina JCtorum clarissimorum.' *Schutz.*—5 M, Sch. Tur. Schutz. et Orell. *vocaretur.* Vulg. *vocarentur.*—6 Voss. 2. *quidem aliquantum.* In omn. Mss. Oud. *aliquantum duc. suspiciones:* ω 1. *aliquantum dicere suspicionis:* Tur. *aliquantum ducere suspicionis.*—7 θ non habet *enim.*—8 Abest *sit* a Voss. 1. et ed. Omnib. —9 θ non habet *quibus.*—10 θ *sint attributa.*—11 Deest copula in ω 2. et Voss. 1.—12 Lamb. omittit *vivat.*—13 Schutz. e conj. rescripsit *utatur.*—

## NOTÆ

Testatur Appian. ἐν τῷ προοιμίῳ τῶν Ῥωμαϊκῶν a Romanis primum unum nomen, nempe regnante Romulo et primis regibus, postea duo, deinde tria nomina adhibita.

[y] *Idcirco aliquem Caldum*] Qui caldus sive calidus est, fervida est et præcipiti indole.

[z] *Et de natura*] Hinc perinde atque ex victu, fortuna, et consilio firma conjecturarum ac suspicionum argumenta deducuntur. Quorum omnium insignia reperies exempla in Ciceronis Orationibus, quæ versantur in statu conjecturali, pro Rosc. Am., pro Cluentio, pro Flacco, pro Sylla, pro Deiotaro, &c.

an infelix, privatus an in potestate sit, aut fuerit, aut futurus sit,[14] consideratur: aut denique [15] aliquid eorum quæritur, quæ fortunæ esse attributa intelliguntur. Habitus autem, quoniam in aliqua perfecta et[16] constanti animi aut corporis absolutione consistit, quo in genere est virtus, scientia, et quæ contraria [17] sunt; res ipsa, causa posita,[18] docebit, ecquid[19] hic quoque locus suspicionis ostendat. Nam affectionis quidem ratio perspicuam solet præ se gerere conjecturam,[20] ut amor, iracundia, molestia: propterea quod et ipsorum [1] vis intelligitur, et quæ res [2] harum aliquam rem consequantur, faciles cognitu sunt.[3] 31. Studium autem quoniam est assidua et vehemens [4] ad aliquam rem [5] applicata magna cum voluntate occupatio, facile ex eo ducetur [6] argumentatio, quam res ipsa desiderabit in causa. Item ex consilio sumetur aliquid suspicionis: [7] nam consilium est, aliquid faciendi non faciendive excogitata [8] ratio. Jam facta,[9] et casus, et orationes, quæ sunt omnia (ut in confirmationis præceptis dictum est) in tria tempora distributa, facile erit [10] videre, ecquid afferant [11] ad conjecturam confirmandam suspicionis.

x. 32. Ac personis quidem res eæ sunt [12] attributæ, ex quibus omnibus unum in locum coactis, accusatoris erit improbatione hominis uti:[m] nam causa facti parum firmitudinis [13] habet, nisi animus ejus,[14] qui insimulatur, in eam

[m] *Adhibere vituperationem hominis.*

14 Septem Oxonn. Mss. Leid. 2. et edd. vett. ac Oliv. *an cum potestate.* In Leid. 2. et Voss. 1. quoque *an fuerit, an futurus sit.*—15 θ *aut cum denique.* —16 Copula non est in κ.—17 Sch. *contrarie.*—18 Voss. 1. *causa apposita.*—19 Omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *et quid.* Deest *quoque* Sch.—20 Voss. 2. Leid. 3. *solet per se gerere conj.* ed. Omnib. *solet posse generare conj.*—1 Voss. 1. non agnoscit copulam. In ω 2. Leid. 1. *ipsarum.* Post *vis,* M addit *et natura.*—2 Leid. 1. non habet *res.* In ω 2. et Voss. 2. *horum.*—3 Tur. Lamb. et Orell. *consequuntur.* Tum Voss. 1. *facile cogn. sunt.*—4 Sch. a m. pr. *Stud. enim quod est:* et ψ *assidua animi et veh.*—5 Al. *aliq. ad rem.* Leid. 3. caret *rem.*—6 κ, Sch. Leid. 1. *deducetur.*—7 L *suspicationis.*—8 κ *fac. et non faciendi excog.* B L M W θ ψ, ω 1. et Oliv. *fac. aut non faciendi excog.* ω 2. *fac. aut non faciendi vere excog.* Vulg. *faciendi non faciendive excog.*—9 ω 2. *Nam facta:* B L M W ψ, cum Junt. Lamb. Oliv. et Lall. *Item facta:* θ κ, ω 1. omnes Mss. Oud. et duo Mss. apud Lamb. cum Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *Jam facta.*—10 Septem Oxonn. Mss. et Oliv. *erat.* Vulg. *erit.*—11 ω 2. *et quid afferant:* Voss. 2. Leid. 3. *quid afferant.*

CAP. X. 12 ω 1. *res sunt eæ:* Lamb. *eæ res sunt.*—13 θ *parum similitudinis:*

suspicionem adducatur, ut a tali culpa [15] non videatur abhorruisse. Ut enim animum alicujus [16] improbare nihil attinet, cum causa, quare peccaverit, non intercessit; [17] sic causam peccati intercedere leve est, si animus nulli minus honestæ rationi affinis ostenditur.[n][18] Quare vitam ejus, quem arguit,[a] ex ante factis [19] accusator improbare debebit, et ostendere, si quo in pari ante peccato [20] convictus sit. Si id non poterit; [1] si quam in similem ante suspicionem venerit, ac maxime, si fieri poterit, simili aliquo in genere ejusdem modi causa aliqua [2] commotum peccasse,[3] aut in æque magna re, aut in majore, aut in minore; [*p.* 66.] ut si, quem pecunia [4] dicat inductum fecisse, possit demonstrare aliqua in re ejus [5] aliquod factum avarum. 33. Item in omni causa naturam, aut victum, aut studium, aut fortunam, aut aliquid eorum quæ personis [6] attributa sunt, ad eam causam,[7] qua commotum peccasse

[n] *Si animus ab omni sceleris labe purus demonstratur.*

Voss. 2. *pirum fortitudinis.*—14 θ non habet *ejus.*—15 Sch. *ad eam susp.* ω 1. 2. *adducitur:* B L M W θ ψ, Leid. 1. ed. Omnib. cum Oliv. et Lall. *adducetur:* κ, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. et edd. vett. cum Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *adducatur.* Tum ω 1. 2. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 2. *ut in tali culpa.*—16 Leid. 2. *alicujus hominis impr.*—17 Voss. 2. octo Oxonn. Mss. cum Ald. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *intercesserit.*—18 Leid. 3. *rationis;* et W *affinis essem ost.* θ κ *affinis esse ost.*—19 Sch. *qui arguitur.* θ *et ex ante factis.*—20 ω 2. *impari;* et ψ *ante facto pecc.*—1 M W θ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 2. *potuerit.* L addit *monstrare debebit.*—2 Tur. a m. pr. plerique Mss. Oud. et ed. Omnib. cum Junt. Lamb. et Oliv. *ejusmodi.* Sch. Voss. 1. Leid. 3. *in causa aliqua.*—3 Sch. *peccasse dicendum.* Suprascr. in Voss. 2. *dicet.*—4 B L M W θ et omnes Mss. Oud. *ut si quidem pec.* ψ et pauci alii, *ut si quid pec.* κ *ut si quidem quem pec.* sed in marg. *sed si quid quem pec.* Quidam *ut si quis pec.* κ ψ, ω 1. 2. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *ut si quem pec.* Oud. suspic. *ut si qui, quem pec.*—5 B *ejusmodi.* Vocem *ejus* ante *aliqua in re* transposuit Schutz. de

NOTÆ

[a] *Vitam ejus, quem arguit*] Ita Tullius in Philipp. II. præteritam Antonii vitam retexit § 44. 'Visne igitur te inspiciamus a puero? sic opinor: a principio ordiamur. Tenesne memoria, prætextatum te decoxisse? Patris, inquies, ista culpa est: concedo; etenim est pietatis plena defensio. Illud tamen audaciæ tuæ, quod sedisti in quatuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamvis quis fortunæ vitio non suo decoxisset. Sumsisti virilem togam quam statim muliebrem stolam reddidisti,' &c.

dicet, adjungere,[8] atque ex dispari[9] quoque genere culparum, si ex pari sumendi facultas non erit, improbare animum adversarii oportebit; ut[10] si avaritia inductum arguas fecisse, et avarum eum,[11] quem accuses, demonstrare non possis; aliis affinem esse vitiis doceas, et ex ea re[12] non esse mirandum, qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit, hac quoque in re eum[13] deliquisse. Quantum enim de honestate et auctoritate ejus, qui arguitur, detractum est, tantundem de facultate totius est defensionis deminutum.[o] [14] 34. Si nulli affinis poterit vitio reus ante admisso[15] demonstrari; locus inducetur ille, per quem hortandi judices erunt,[16] ut veterem famam hominis nihil ad rem putent pertinere; nam eum ante celasse, nunc manifesto teneri; quare non oportere hanc rem ex superiori vita spectari, sed superiorem vitam ex hac re improbari, et aut potestatem ante peccandi non fuisse, aut causam: aut, si hæc dici non poterunt,[17] dicendum erit illud extremum, non esse mirum, si nunc primum deliquerit: nam necesse est,[18] eum, qui velit peccare, aliquando primum delinquere. Sin vita ante acta ignorabitur, hoc loco præterito, et, cur prætereatur, demonstrato, argumentis accusationem statim confirmare[19] oportebit.

[o] *Tantum auferetur de potestate defensionis.*

conj. Ern.—6 M *personæ.*—7 θ *ad eandem causam.*—8 Sch. Voss. 1. *pecc. dicitur, adj.* ω 1. *pecc. dicet, poterit adj.*—9 Sch. a m. pr. *ex impari.*—10 B M W κ, ω 1. et omnes Mss. Oud. carent *ut.* Tum θ *inductum fuisse arg. fec.* et sic W, sed *fecisse* delevit recentior manus.—11 L *eum esse.*—12 Schutz. e Leid. 1. cum Orell. *et ea re,* omissa præpositione.—13 ω 2. *ea quoque in re.* Pro *eum,* Schutz. de Purgoldi suspic. edidit *eundem.* Orell. eum uncis includit. —14 Voss. 1. Leid. 1. Tur. et octo Oxonn. Mss. cum Junt. et Oliv. *tantum de fac.* Leid. 2. *tantum et de fac.* Sch. *tantundem de fac. ei:* ω 1. Voss. 2. Leid. 2. 3. Grut. Græv.-Burm. Lall. Wetzel. et Orell. *tantundem de fac.* Schutz. de conj. Oud. *tantundem ei de fac.* Dein L W, Leid. 2. *totius est ejus def.* Mss. ap. Gronov. *totius ejus def.* vel *totius est ejus def.* θ *totius et ejus def.* Leid. 3. *totius def. dim. est.* In quatuor Mss. Oud. *dim. est:* Sch. et ed. Omnib. *imminutum est.*—15 Lamb. putat aut legend. *poterit peccato ante admisso reus dem.* aut delendas voces *ante admisso.* Schutz. de Gruteri sententia expunxit *reus ante admisso:* quæ verba Wetzel. uncis includit.—16 Pro *judices erunt,* in ω 1. legitur *videntur.*—17 θ *potuerunt.*—18 θ non habet *nam.* Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *necesse esse;* et sic legend. Ern. conjecit.—19 θ *confirmari.*

XI. 35. Defensor autem primum, si poterit, debebit vitam ejus, qui insimulabitur, quam honestissimam demonstrare. Id faciet, si ostendet[20] aliqua ejus nota et communia officia;[1] quod genus,[p] in parentes, cognatos, amicos, affines, necessarios: etiam quæ magis rara[2] et eximia sunt, si ab eo cum magno aliquo[3] labore, aut periculo, aut utraque re, cum necesse non esset, officii causa, aut in rempublicam, aut in parentes, aut in aliquos eorum qui modo expositi sunt, factum aliquid esse dicet:[4] deinde si[5] nihil deliquisse, nulla cupiditate[6] impeditum ab officio recessisse: quod eo confirmatius erit,[q] si, cum potestas impune aliquid faciendi minus honeste fuisse dicetur, voluntas ei faciendi[7] demonstrabitur abfuisse. 36. Hoc autem ipsum genus[8] erit eo firmius,[9] si eo ipso in genere,[b] quo arguetur, integer[r][10] antea fuisse demonstrabitur; ut si, cum[11] avaritiæ causa fecisse arguatur, minime omni in vita pecuniæ cupidus

[p] *Cujus generis sunt officia in parentes, &c.*
[q] *Certiori argumento probatum.* [r] *Innocens.*

Cap. xi. 20 Sch. *si ostendit.*—1 Ab ω 1. abest *nota*, et ab B copula *et.* In Leid. 2. *et comm. ejus officia.*—2 κ *aut quæ magis rara:* L *quæ magis rara:* ω 1. *quæ magna rata:* Grev. *et quæ magis rara.*—3 Pauci Mss. *aliquid;* et sic Grut. putavit legend. esse.—4 B M κ, ω 1. 2. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. Tur. *factum esse dicet:* θ *factam esse dicet.* Vulg. *facta esse dicet.* E Mss. optimis Ern. edidit *factum aliquid esse dicet;* et eum sequitur Wetzel.—5 Sch. *denique si:* B W θ κ, Voss. 1. Leid. 1. 3. Tur. et Lamb. *deinde se:* Junt. *deinde,* omisso *si.*—6 κ, Leid. 1. *et nulla cup.*—7 Sch. *vol. a faciendo:* Voss. 2. *vol. ei faciendo:* Voss. 1. Leid. 3. *vol. ejus faciendi:* M *vol. ea faciendi*, suprascr. *ejus.* —8 Schutz. e suspic. delevit *genus.*—9 Leid. 3. *confirmatius.*—10 L, Sch. Leid. 2. 3. *arguitur.* Tum ed. Omnib. *integer animi,* pro *ante,* quod habent Sch. Leid. 1. Voss. 2. Tur. et Orell.—11 M omittit *cum.* Dein θ *fuisse ar-*

## NOTÆ

[b] *Si eo ipso in genere*] Hæc est præcipua Tullii solertia, ut in reo eam inesse virtutem ostendat, quæ crimini, quo de agitur, maxime est contraria. Extollit Roscii pietatem, quem parricidii accusabant; Deiotari fidem, quem conjurationis reum ad Cæsarem detulerant. 'Nota tibi est, C. Cæsar,' inquit Cicero pro Deiot. § 16. 'hominis probitas, noti mores, nota constantia. Cui porro, qui modo populi Romani nomen audivit, Deiotari probitas, integritas, gravitas, virtus, fides non sit audita? Quod igitur facinus nec in hominem imprudentem cadere posset, propter metum præsentis exitii, nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id vos et a viro optimo, et ab homine minime stulto cogitatum esse confingitis. At quam non modo credibiliter, sed ne suspiciose quidem!' &c.

fuisse doceatur. Hic illa magna cum gravitate inducetur indignatio, juncta conquestioni,[12] per quam miserum facinus esse et indignum demonstrabitur,[13] cum animus omni in vita fuerit[14] a vitiis remotissimus, eam causam putare, quæ homines audaces in fraudem rapere soleat, castissimum[f] quoque hominem ad peccandum potuisse impellere; aut iniquum esse, et optimo cuique perniciosissimum,[15] non vitam honeste actam tali in tempore quam plurimum prodesse, sed subita ex criminatione, quæ confingi quamvis facile possit,[16] non ex ante acta vita, quæ neque ad tempus fingi neque ullo modo immutari[17] possit, facere[18] judicium. 37. Sin autem in ante acta vita[c] aliquæ turpitudines erunt;[19] aut falso venisse in eam existimationem dicentur,[20] aut ex aliquorum[1] invidia, aut obtrectatione, aut falsa opinione, aut imprudentiæ, necessitudini,[2] aut persuasioni adolescentiæ,[3] aut alicui non malitiosæ[4] animi

[f] *Optimum.*

*guatur.*—12 ψ *cum questione.*—13 Schutz. de Grut. suspicione cum Orell. legit *perquam* una voce, et delet *demonstrabitur*, quod placet Oudendorpio. L M, Sch. Voss. 1. Leid. 1. 3. addunt *ut* post *demonstrabitur.*—14 Sch. Voss. 1. et alii cum ed. Omnib. *in vita fuerit omni:* ω 1. *in vita fuerit omnibus.*—15 M *perniciosum.*—16 L *quæ conf. quamvis falso poss.* B, ω 1. *quæ conf. quamvis false possit,* in W suprascr. *facile.* Vox *quamvis* omittitur in edd. ante Ern. Eam habent W θ, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. 'In nonnullis Gronovii libris est *quæ conf. quamvis facile possit:* sed in optimis membranis Sch. inveni *quæ conf. quamvis false possit,* suprascr. *facile.* An scripsit auctor, *quæ conf. facile, quamvis false possit?*' Oud.—17 B L M W θ κ, ω 1. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *mutari.*—18 Ern. suspic. *fieri.*—19 Voss. 1. Leid. 3. Schutz. et Orell. *inerunt.*—20 θ *venire.* L et Sch. *in eam æstimationem.* Vulg. *dicetur:* ω 2. *dicantur:* θ, Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. Junt. Grut. Græv.-Burm. Schutz. et Wetzel. *dicentur.*—1 M W θ κ et omnes Mss. Oud. *et ex al.* Vulg. *aut ex al.* L, ω 1. Tur. Schutz. et Orell. omittunt *aut.*—2 κ *aut necess.*—3 B M W θ, Tur. *et pers.* Leid. 2. et Orell. non habent copulam. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. omittunt *persuasioni.* In κ *aut adolescentiæ.* Junt. Crat. Lamb. *aut persua-*

## NOTÆ

[c] *Sin autem in ante acta vita*] Occupandi primum auditorum animi, et reo conciliandi, detersa, si qua sit, prioris vitæ labe. Ita Tullius in causa Cœlii § 6. 'Nam quod objectum est de pudicitia, quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id nunquam tam acerbe feret M. Cœlius, ut eum pœniteat non deformem esse natum: sunt etenim ista maledicta pervulgata in omnes, quorum in adolescentia forma et species fuit liberalis: sed aliud est maledicere, aliud accusare.'

affectioni attribuentur, aut dissimili in genere[5] vitiorum, ut animus non omnino integer, sed a tali culpa[t][6] remotus esse videatur. Ac si nullo modo vitæ turpitudo aut infamia leniri poterit oratione; negare[7] oportebit de vita ejus et moribus[8] quæri, sed de eo crimine quo de arguatur;[9] quare, ante factis omissis, illud, quod instet,[u] agi oportere.[10]

XII. 38. Ex facto autem ipso suspiciones ducentur, si totius administratio negotii ex omnibus partibus[11] pertentabitur:[x] atque hæ suspiciones[12] partim ex negotio separatim, partim communiter ex personis atque ex negotio[13] proficiscentur. Ex negotio duci poterunt, si eas res, quæ negotiis attributæ sunt, diligenter considerabimus. Ex iis igitur in hanc constitutionem convenire videntur genera eorum[14] omnia,[d] partes generum pleræque.[15] 39. Videre igitur primum oportebit, quæ sint continentia[16] cum ipso negotio, hoc est, quæ ab re separari non possunt.[17] Quo in loco satis erit diligenter considerare,[18] quid sit ante rem factum,[19] ex quo spes perficiendi nata, et faciendi facultas quæsita videatur; quid in ipsa re gerenda, quid postea consecutum sit. Deinde ipsius[20] est negotii gestio[1] pertractanda: nam hoc genus earum rerum, quæ negotio[2] attri-

[t] *Quam actor objicit.* [u] *De quo quæstio est.*
[x] *Si totius rei gestio suis omnibus in partibus examinetur.*

*sioni adolescentiæ.*—4 Voss. 2. *malitiosi.*—5 Schutz. e Leid. 2. *dissim. generi*; et sic Wetzel.—6 Ed. Omnib. *non modo integer.* Quinque Mss. Oud. *sed ab tali culpa:* Tur. *sed tali ab culpa.*—7 ω 1. *negari.*—8 B L M W θ κ, Tur. duo Mss. Gronovii, et omnes Mss. Oud. cum Schutz. et Orell. *et de moribus.*—9 Sch. Leid. 1. et Lamb. *de quo arg.* unde Schutz. e suspic. dedit *quo arg.*—10 B L M W κ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *quod instat :* et ω 1. *id agi op.*

CAP. XII. 11 Sch. et Mss. ap. Gronov. *ex omn. ipsius part.* θ *ex omn. part. ipsius :* ψ *ex omnibus part. negotii, quæ in libro primo tractatæ sunt, pertent.*—12 Sch. *atque eæ susp.* Voss. 2. *atque susp.*—13 κ *atque neg.* omissa præpositione.—14 Sch. e conj. *earum ;* sic Wetzel. et Orell.—15 Sch. *partes eorum pleræque.*—16 Voss. 2. *convenientia.*—17 W κ, Tur. Junt. Lamb. et Orell. *possint.*—18 ω 1. Sch. Voss. 2. *considerasse :* ψ et ed. Omnib. *considerandum.*—19 θ *factam.*—20 Sch. a m. pr. *Denique ipsius.*—1 θ *negotii et gestio :* ω 1.

NOTÆ

[d] *Genera eorum omnia*] Generum nomine, ut ex iis, quæ consequuntur, patet, negotii attributa intelligenda sunt; scilicet primo continentia cum ipso negotio, deinde negotii gestio, tum adjuncta negotio, denique consecutio. Cuique generi partes suas subjicit Tullius.

butæ sunt, secundo in loco nobis est[3] expositum. 40. Hoc ergo in[4] genere spectabitur locus, tempus, occasio, facultas: quorum uniuscujusque vis diligenter in confirmationis præceptis explicata est. Quare, ne[5] aut hic non admonuisse, aut ne eadem iterum dixisse videamur, breviter demonstrabimus,[6] quid quaque in parte considerari oporteat. In loco igitur opportunitas, in tempore longinquitas, in occasione commoditas ad faciendum idonea, in facultate copia et potestas[7] earum rerum, propter quas[8] aliquid facilius fit,[9] aut sine quibus[10] omnino confici non potest,[11] consideranda est. 41. Deinde videndum est,[12] quid adjunctum sit[13] negotio, hoc est,[14] quid majus, quid minus, quid æque magnum sit, quid simile: ex quibus conjectura quædam[15] ducitur, si, quemadmodum res majores, minores, æque magnæ similesque[16] agi soleant, diligenter considerabitur. Quo in genere eventus quoque videndus erit, hoc est, quid[17] ex unaquaque re soleat evenire, magnopere considerandum est;[18] ut metus, lætitia, titubatio.[19] 42. Quarta autem pars erat[20] ex iis, quas negotiis[1] dicebamus esse attributas, consecutio. [*p.* 67.] In ea quæruntur ea, quæ gestum negotium confestim aut ex intervallo consequuntur. In qua videbimus ecquæ consuetudo sit,[y] ecquæ actio,[z] ecquod[2] ejus rei artificium sit,[3] aut usus,

[y] *Num aliqua sit consuetudo.* [z] *Quodnam sit facinus admissum.*

*negotii questio.*—2 ω 1. *negotiis.*—3 κ omittit *est.*—4 ω 1. non habet præpositionem.—5 Tur. caret *ne.*—6 κ, ω 1. Sch. Medic. *injecimus:* unde Schutz. de conj. Ern. dedit *injiciemus.* κ *demonstrabimus, injecimus quod quaque, &c.* Tum θ κ ψ, ω 1. 2. et Oliv. *considerare oporteat:* M *conveniat considerari.* Vulg. *considerari oporteat.*—7 Pro *potestas,* ω 1. *facultas* habet.—8 Duo Mss. et Lamb. 1566. *per quas,* prob. Oud.—9 θ κ *sit.*—10 Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Medic. *quibus sine.*—11 ω 2. Leid. 1. *poterit.*—12 ω 1. *considerandum est.*—13 Abest *sit* a Leid. 2.—14 ω 1. *id est.*—15 B *quidem.*—16 ω 1. *similes,* omissa *que.*—17 Sch. a m. pr. *hoc quod,* sine *est.* ω 1. quoque *quod* habet. Dein B L, Cass. Voss. 2. et Lamb. *ex quaque re:* W, Leid. 1. 2. et Sch. a m. pr. *ex qua re,* prob. Oud. Vulg. *ex unaquaque re.*—18 Verba *magnop. consid. est* suspecta Ernestio. Schutz. ea delevit: Wetzel. uncis includit.—19 B W θ ψ, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *titubatio, avaritia:* κ *titubatio, amentia:* ω 1. *turbatio, avaritia.*—20 L κ, Sch. Voss. 1. *restat.* In θ deest.—1 M *ex iis neg. quæ.*—2 Omnes Mss. Oud. *ecquæ consuetudo sit, ecquæ lex, ecquæ actio, ecquod:* ω 1. *ecquæ cons. sit, et quæ lex, et quæ actio, ecquod:* ω 2. *et quæ cons. sit, et quæ lex, et quod:* B L W *ecquæ cons. sit, et quæ lex, actio, ecquod:* W κ *ecquæ cons. sit,*

aut exercitatio, hominum aut approbatio,[4] aut offensio; ex quibus nonnunquam elicitur[5] aliquid suspicionis.

XIII. Sunt autem aliquæ suspiciones,[6] quæ communiter et ex negotiorum et ex personarum attributionibus sumuntur: nam et ex fortuna,[7] et ex natura, et ex victu, studio, factis, casu, orationibus, consilio, et ex habitu animi aut corporis[8] pleraque pertinent ad easdem res,[9] quæ rem credibilem aut incredibilem[10] facere possunt, et cum facti suspicione junguntur. 43. Maxime enim quæri oportet[11] in hac constitutione, primum potueritne[12] aliquid fieri: deinde ecquo ab alio[13] potuerit: deinde facultas, de qua ante diximus: deinde utrum id facinus sit, quod pœnitere[14][e] fuerit necesse:[a] item[15] quod spem celandi non[16] haberet: deinde necessitudo; in qua, num necesse fuerit id aut fieri aut ita fieri, quæritur.[17] Quorum pars ad consilium pertinet, quod personis attributum est, ut in ea causa quam exposuimus. Ante rem erit,[18] quod in itinere se tam familiariter applicaverit,[b][19] quod sermonis causam

[a] *Cujus alterum oportuerit pænitere.*
[b] *Se comitem adjunxerit.*

*ecquæ lex, actio, ecquod:* Junt. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *ecqua cons. sit, ecqua lex, ecqua actio, ecquod;* præter Junt. et Lamb. quæ habent *ecquæ.* Pro *actio,* in Sch. a m. pr. Tur. et Pal. 2. *pactio* legitur.—3 In B M et Leid. 2. deest *sit.*—4 *Aut usus . . . aut approbatio* in ed. Græv.-Burm. omittuntur.—5 ω 1. *eligitur:* Leid. 2. et Victorin. *ducitur.*

CAP. XIII. 6 ψ, ω 1. et ed. Omnib. *Sunt autem aliæ susp.* κ, ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. *Sunt autem et aliæ susp.* prob. Oud. W θ *Sunt autem et aliquæ susp.*—7 ω 1. *Nam ex fort.*—8 θ, ω 2. Leid. 1. *an. et corp.*—9 L et Leid. 2. *ad eas res.*—10 κ omittit voces *aut incredibilem.*—11 L *Max. autem:* et M, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *quærere op.*—12 Voss. 1. Leid. 3. *poteritne.*—13 κ *deinde hoc quomodo ab aliquo fieri:* ψ *deinde si hoc quo ab alio:* ω 2. *deinde hoc, si quo ab alio:* Sch. *deinde hoc quomodo ab aliquo:* Voss. 1. et Tur. *deinde hoc quomodo ab alio:* Voss. 2. *deinde et si quo ab alio:* Leid. 1. *deinde hæc si quo ab aliquo:* Leid. 3. *deinde hoc quomodo ab alio aliquo.* Vulg. *deinde ecquo ab alio.* Schutz. *deinde si quo ab alio.*—14 Guelf. 2. *deinde num id;* et ω 2. *facinus factum sit.* Lamb. conj. legend. *cujus pœn.* improb. Oud.—15 ω 1. et Tur. non habent *item.*—16 ψ, Ald. Junt. Oliv. et Græv.-Burm. omittunt *non.*—17 Voss. 1. *fuerit id ita fieri quæritur:* Voss. 2. Leid. 3. *fuerit id aut fieri, aut ita non fieri quær.* M *fuerit id aut fieri, aut quæritur non fieri:* κ *fuerit id aut fieri, aut deinde quær.*—18 M *erat.* Sch. a m. pr. *erit* non habet.—19 Leid. 2. et ed. Omnib. *ad-*

NOTÆ

[e] *Quod pœnitere*] Non insolens vel ipsi Ciceroni locutio, qui alibi dicit, 'Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere possit, facere.' Tusc. Qu. l. v. § 81.

quæsierit, quod simul deverterit, cœnarit.[20] In re, nox, somnus. Post rem, quod [1] solus exierit, quod illum tam familiarem comitem [2] tam æquo animo reliquerit, quod cruentum [3] gladium habuerit. 44. Horum pars ad consilium pertinet. Quæritur enim,[4] utrum videatur diligenter ratio faciendi esse habita et excogitata, an ita temere,[f] ut non verisimile sit, quemquam tam temere ad maleficium accessisse.[5] In quo quæritur, num quo [6] alio modo commodius potuerit fieri, vel a fortuna [7] administrari. Nam sæpe,[8] si pecuniæ, si adjumenta, si adjutores desint,[9] facultas fuisse faciendi non videtur. Hoc modo si diligenter attendamus, apta [10] inter se esse intelligimus [11] hæc quæ negotiis, et illa quæ personis sunt attributa.

*plicuerit.*—20 Al. *diverterit, cœn.* ω 1. Leid. 2. *dev., deinde cœn.* L, Sch. Voss. 1. Leid. 3. Tur. *dev., dein. cœn.* prob. Oud. In Junt. Crat. Lamb. *dev., dehinc cœn.*—1 ω 2. *somnus, nox.* Tum M *Postremo quod.*—2 ω 1. et Sch. a m. pr. carent *comitem.* In B L M W θ, Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. Pal. 1. 2. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *comitatum:* κ ψ, ω 1. 2. Guelf. 1. 2. Voss. 1. Pal. 3. Grev. Victor. Schutz. Wetzel. et Orell. *comitem.*—3 E κ et Leid. 3. recepit Orellius *cruentatum.*—4 Pro *Horum pars . . . Quæritur enim,* Sch. a m. pr. tantum habet *rursum,* (quod Schutz. recepit,) et a m. sec. *quæritur ergo.* In Voss. 2. desunt *quær. enim.* Pal. 1. totam sententiam ita habet: *quod cruentum gladium habuerit: quorum pars dicit propter facultatem quæ ad consilium non pertinet, si ipsa negatur, vel quorum locorum pars continet ad consilium: pars ad fortunam, pars ad naturam, quod reus hic cruentatum habuit gladium, non pertinet ad consilium. Itaque dicit, Horum pars pertinet ad consilium. Quæritur, &c.*—5 A Grev. et duobus aliis Mss. absunt verba *ut non verisimile . . . accessisse.* In ψ *ut verisimile,* omisso *non.* B ψ, Voss. 1. *quemquam temere,* sine *tam.*—6 Voss. 2. caret *quo,* et mox dat *potuit.*—7 Sch. a m. pr. *partim a fort.* Leid. 3. *vel e fort.*—8 In M *sæpe* omittitur.—9 Vulg. deest vocula *si* ante *adjumenta.* Ern. eam addidit e Mss. Guelf. Cass. et eam habent M W θ κ, Voss. 2. Leid. 1. Sch. a m. sec. Pal. 1. 3. Tur. Crat. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *Si* ante *adjutores* omittunt B L M W θ, Voss. 2. Leid. 1. 2. Pal. 3. Pro *adjutores,* W habet *adjutoris;* et pro *desint,* B M, Voss. 1. Leid. 3. *desunt:* W *dest.* Mox *fuisse* non legitur in Voss. 1.—10 Schutz. e conj. habet *attendemus.* Pro *apta,* in B *aperta* legitur.—11 Schutz. et Wetzel. de conj. Ern. *intelligemus.*

## NOTÆ

[f] *An ita temere*] Quisquis scelus cogitat, id plerumque cavet, ut ne deprehendi possit facinoris auctor. Vix ullus omnino temere ad maleficium accesserit. Non inepte igitur pro cæco parricidii accusato dicebat rhetor ille in declamatione, quæ inscripta, Paries Palmatus, supponitur Quintiliano: 'Non esse cæci scelus, difficilius probaretur, nisi omnia sic acta essent, ut fecisse cæcus videretur... Quisquis ferrum præparat sceleri, sic illud habet, ut suum negare possit.'

Hic neque facile est neque necessarium[12] distinguere, ut in superioribus partibus, quo pacto quidque accusatorem, et quomodo defensorem tractare oporteat.[c] Non necessarium,[13] propterea quod, causa posita, quid in quamque conveniat,[14] res ipsa docebit eos, qui non omnia hic se inventuros putabunt,[15] sed [ad ea, quæ præcepta sunt, comparationis][16] modo quandam in commune[17] mediocrem intelligentiam conferent:[d][18] 45. non facile autem, quod et infinitum est tot de rebus utramque in partem singillatim de unaquaque[19] explicare, et alias aliter hæc in utramque partem causæ solent convenire. XIV. Quare considerare hæc, quæ exposuimus, oportebit. Facilius autem[20] ad inventionem animus incedet,[e][1] si gesti negotii et suam, et adversarii narrationem sæpe et diligenter pertractabit,[2] et quod[3] quæque pars suspicionis habebit,[4] eliciens, considerabit, quare, quo consilio, qua spe perficiendi quidque factum sit; cur hoc modo potius quam illo; cur ab hoc potius quam ab illo;[5] cur nullo adjutore, aut cur hoc; cur nemo sit conscius, aut cur sit, aut cur hic sit;[6] cur hoc[7] ante factum sit; cur hoc ante factum non sit; cur hoc in ipso negotio; cur hoc post negotium; aut quid[8] factum de industria, aut quid[9] rem ipsam consecutum sit:

[c] *Quomodo accusator et defensor debeant exponere omnia, ex quibus petuntur conjecturæ.*
[d] *Sed nostra præcepta simul conferendo afferent ad ea mediocrem intelligentiam.*
[e] *Facilius aliquis poterit invenire locos status conjecturalis.*

—12 κ, Voss. 1. Leid. 3. *Hic non facile:* et Sch. *neque enim est necess.* θ *Hic neque facile, necess.* ω 1. *Hic nec facile est, neque necess. est.*—13 ω 1. *Non est necess.* κ *Non est nec necess.*—14 ω 1. *quod:* M *in quamque rem:* κ *in quacunque:* et ω 2. *conveniat partem.*—15 Leid. 1. *putabant.*—16 B W, Sch. a m. sec. et Voss. 2. *sed et ea:* Leid. 2. *sed modo ad ea:* κ *si ad ea:* L θ *sed ea.* Verba *ad ea ... comparationis* absunt a Sch. a m. pr. Cass. Tur. Ea delevit Schutz. uncis includunt Wetzel. et Orell.—17 *Modo* quoque delevit Schutz. improb. Orell. Tum ed. Omnib. *quandam animi in comm.*—18 Sch. *conferant.*—19 M *de unaquaque parte.*

Cap. XIV. 20 L *Fac. enim.*—1 Tur. *incidit:* B κ, ω 1. 2. tres Mss. ap. Lamb. et omnes Mss. Oud. *incidet.* Schutz. conj. legend. *animo incident.* Dein Sch. *si gestione negotii.*—2 B *pertractarit.*—3 Tur. et edd. ante Ern. *quid.*—4 κ *suspectionis;* et Leid. 2. 3. *habeat.*—5 ω 1. *hoc cur modo, &c.* Verba *cur hoc modo ... ab illo* in M desunt.—6 M *aut cur hic sit, aut cur hic sit.* In ω 1. non sunt voces *aut cur sit.*—7 θ caret *hoc.*—8 Deest *quid* in B θ, Sch. Leid. 1. Voss. 2. et ed. Omnib.—9 Hic quoque abest *quid* a B M θ, ω 1. Sch.

constetne oratio aut cum re, aut ipsa secum:[10] hoc hujusne rei sit signum, an illius, an et[11] hujus et illius, et utrius potius:[12] quid factum sit, quod non oportuerit, aut non factum, quod oportuerit. 46. Cum animus hac intentione omnes totius negotii partes considerabit, tum illi ipsi in medium conservati[13] loci procedent,[14] de quibus ante dictum est: et tum[15] ex singulis, tum[16] ex conjunctis argumenta certa nascentur:[f] quorum argumentorum pars probabili, pars necessario in genere versabitur. Accedunt autem ad conjecturam sæpe quæstiones,[g] testimonia, rumores; quæ contra[17] omnia uterque simili via præceptorum torquere[18] ad suæ causæ commodum debebit. Nam et ex quæstione suspiciones,[19] et ex testimonio, et ex rumore aliquo pari ratione, ut ex causa, et ex persona, et ex facto duci oportebit.

47. Quare nobis et ii videntur[20] errare,[g] qui hoc genus suspicionum artificii[1] non putant indigere, et ii qui aliter hoc de genere, ac de[2] omni conjectura præcipiendum pu-

[f] *Tum reconditi loci conjecturarum efferent sese in lucem; et cum ex iis separatim sumtis, tum ex iis simul sumtis fient argumenta.*
[g] *Inquisitiones criminis per tormenta.*

Voss. 1. 2. Leid. 1.—10 Ed. Omnib. *aut cum ipsa secum.* Tum in θ non legitur *hoc.*—11 Vulg. copula deest. Eam habent L θ κ, Tur. omnes Mss. Oud. et Mss. ap. Ern. cum Schutz. Wetzel. et Orell.—12 Voss. 1. *et utriusque potius.*—13 Schutz. suspic. *universi* legend. Orell. legend. videtur *conserte.* —14 Leid. 2. *procedunt.* Dein Sch. non habet *ante.*—15 Vulg. *cum.* W, ω 2. Tur. quatuor Mss. Oud. et Mss. ap. Ern. ac Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *tum.*—16 κ *sed tum.*—17 Lamb. et Schutz. omittunt *contra;* et Ern. arbitratur delendum esse.—18 Voss. 1. *prætorquere.*—19 ω 1. *Nam hac et ex quæst.* Leid. 1. *Nam sæpius et ex quæst.* Pro *suspiciones,* Lambini edd. præferunt *suspiciosior:* P. Manut. *suspicionem.* Dein ed. Omnib. *ex testimoniis,* omissa copula.—20 B *et si vid.*—1 ω 1. Sch. Voss. 1. 2. *artificio.*—2 Voss. 2.

NOTÆ

[g] *Ii videntur errare*] Duplicis generis locos distinguit Aristot. ἐντέχνους alios, qui artificio oratoris indigent; ἀτέχνους alios, non quod omnino artis expertes sint, debent enim graviter et ornate tractari; sed quod eos ex natura causæ non eruat orator; scilicet extrinsecus tantum oblatos arte tractat. Fuere proculdubio qui mentem Aristotelis minus assecuti, ejusmodi locos ἀτέχνους qui foris assumuntur, nullius ut exponerentur indigere artificii censerent, quos errare merito Tullius ait. Aristotelem enim, quod nonnullis visum, hic sugillari, Ciceronis etiam adolescentis industria et ingenio prorsus indignum videtur.

tant. Omnis enim iisdem ex locis conjectura sumenda est: nam et ejus qui [3] in quæstione aliquid dixerit, et ejus qui [4] in testimonio, et ipsius rumoris causa et veritas ex [5] iisdem attributionibus reperietur.[h] Omni autem [h] in causa [6] pars argumentorum est adjuncta ei causæ solum, quæ dicetur, et [7] ab ipsa ita ducta, ut ab ea separatim [8] in omnes ejusdem generis causas transferri non satis commode [9] possit:[i] pars autem est pervagatior,[k] et aut in omnes ejusdem generis, aut in [10] plerasque causas accommodata.[11] XV. 48. Hæc ergo argumenta,[12] quæ transferri in multas causas possunt, locos communes nominamus: nam locus communis aut certæ rei quandam [13] continet amplificationem; ut si quis hoc velit [14] ostendere, eum, qui parentem necarit, maximo supplicio esse dignum; quo loco, nisi perorata et probata [15] causa, non est utendum: aut dubiæ,[16] quæ ex contrario quoque habeat probabiles rationes argumentandi; ut suspicionibus credi oportere, et contra, suspicionibus credi non oportere.[17] Ac pars locorum communium,[l] per indignationem,[18] aut per [19] conquestionem inducitur, de

[h] *Ex illis quæ conveniunt negotio aut personis.*

[i] *Est ita propria causæ, ut aliis causis communis esse non possit.*

[k] *Communis etiam aliis causis.*

[l] *Excitando motus indignationis aut commiserationis.*

*ac qui de.*—3 Schutz. et Wetzel. *quod.*—4 Schutz. et Wetzel. *quod.*—5 W θ *et ejus rum.* Pal. 2. *causa et veritatis ex.* In ed. Med. et Omnib. desunt verba *causa et.*—6 ω 1. *Omni hac in causa.*—7 Guelf. 1. Tur. omnes Mss. Oud. ac edd. pr. cum Schutz. *dicitur*, probb. Oud. et Ern. In ω 1. copula deest.—8 ω 2. Tur. Leid. 1. Voss. 1. 2. Sch. a m. sec. et ed. Omnib. *ab ea in qua sep.*—9 ω 1. *commodo.*—10 κ non habet præpositionem.—11 ω 1. *attributa.*

Cap. xv. 12 Leid. 2. *Hæc vero arg.*—13 *Quandam* in M deest.—14 Orell. e Tur. et Voss. 2. *si qui.* W κ et Sch. non agnoscunt *hoc.* Dein ψ, ω 1. 2. et Oliv. *volet.*—15 ω 1. et Sch. non habent voces *et probata;* sed suprascr. in Sch. *perorata, confirmata, et probata.* Schutz. eas delevit: Orell. uncis inclu-dit.—16 Voss. 2. addit *rei.*—17 Sch. *ut susp. cr. non op.* et in marg. a m. sec. *et contra susp. cr. op.* Voss. 1. *credi op., et non op.*—18 Vulg. *aut per indign.*

NOTÆ

[h] *Omni autem*] Duum generum argumenta sunt; alterum proprium, commune alterum. Proprium est quod ipsius causæ et negotii est: ut Sex. Roscius, cum cædes facta est, Romæ non fuit, non igitur patrem interfecit. Commune est quod transferri in similes causas potest: filius patrem interfecit; reclamat istiusmodi suspicionibus ipsa natura. *Victorinus.*

quibus ante dictum est; pars per aliquam probabilem utraque ex parte rationem. 49. Distinguitur autem oratio atque illustratur maxime, raro inducendis locis communibus, et aliquo loco,[20] jam certioribus illis auditoribus, et argumentis [1] confirmatis.[m] [*p.* 68.] Nam et tum conceditur commune quiddam dicere, cum diligenter aliquis proprius causæ locus[2] tractatus est, et auditoris animus aut renovatur ad ea quæ restant, aut omnibus jam dictis exsuscitatur.[3] Omnia enim[4] ornamenta elocutionis, in quibus et suavitatis et gravitatis plurimum consistit, et omnia[5] quæ in[6] inventione verborum et sententiarum aliquid habent dignitatis, in communes locos conferuntur.[7] 50. Quare, non ut causarum, sic oratorum quoque multorum communes loci sunt: nam nisi ab iis qui multa exercitatione[8] magnam sibi verborum[9] et sententiarum copiam comparaverint, tractari non poterunt[10] ornate et graviter, quemadmodum natura ipsorum desiderat. Atque hoc sit nobis dictum[11] communiter de omni genere locorum communium.

XVI. Nunc exponemus, in conjecturalem constitutionem qui loci communes incidere soleant; suspicionibus credi oportere, et non oportere; rumoribus credi oportere, et non oportere;[12] testibus credi oportere, et non oportere; quæstionibus credi oportere, et non oportere; vitam anteactam spectari oportere, et non oportere; ejusdem esse, qui in illa re peccarit,[13] et[14] hoc quoque admisisse,[15] et non esse

[m] *Cum loci communes raro adhibentur, nec nisi cum jam persuasi sunt auditores, et argumenta sunt confirmuta.*

Deest conjunctio in L M W κ, Tur. et omn. Mss. Oud. Eam delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur. In B *aut per quandam inductionem.*—19 B L carent præpositione.—20 ω 2. *et in aliquo loco:* Voss. 1. *et ex aliquo loco.*—1 ω 1. 2. Tur. et omnes Mss. Oud. *illis aud. arg.* Lamb. *illis arg. aud.* Voces *auditoribus et* absunt a B L M W θ κ ψ et ed. Omnib. Eas deleverunt Schutz. et Orell.—2 ω 1. *aliquis locus causæ*, omisso *proprius.*—3 Sch. Leid. 2. *suscitatur.*—4 κ, Sch. Leid. 3. *autem.*—5 ω 1. *omnia*, sine copula.—6 Deest præpositio Sch. Voss. 1. Leid. 1. Tur. ed. Omnib. et Lamb. Pro *verborum*, Sch. a m. pr. et Tur. habent *rerum.*—7 Sch. *referuntur:* Leid. 1. *conferentur.*—8 Ms. Medic. Tur. sex Oxonn. Mss. et omnes Mss. Oud. cum edd. pr. *multa in exerc.*—9 Grut. *et verb.*—10 θ *potuerunt.*—11 ω 1. *factum.*

CAP. XVI. 12 In L W θ desunt verba *et non oportere.*—13 θ *ejusdemque esse:* et Lamb. *qui in illo pecc.*—14 Lamb. omittit copulam; quam Orell. uncis includit.—15 θ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. Sch. a m. sec. *admisisse dicitur:*

ejusdem;[16] maxime spectari causam oportere, et non oportere. Atque hi quidem, et si qui ejusmodi ex proprio argumento communes loci nascentur, in contrarias partes deducentur.[n] [17] 51. Certus autem locus est accusatoris, per quem auget facti atrocitatem; et alter, per quem negat malorum misereri oportere: defensoris, per quem calumnia accusatorum [18] cum indignatione ostenditur; et per quem cum conquestione [19] misericordia captatur.[20] Hi, et ceteri omnes [1] loci communes, ex iisdem [2] præceptis sumuntur, quibus ceteræ argumentationes: sed illæ [3] tenuius, et acutius, et subtilius tractantur; hi autem gravius, et ornatius, et cum verbis, tum etiam [4] sententiis excellentibus: in illis enim finis est,[i] ut id, quod dicitur, verum esse videatur; in his, tametsi [5] hoc quoque videri oportet, tamen finis est amplitudo.[o] [6] Nunc ad aliam constitutionem transeamus.

XVII. 52. Cum est [7] nominis controversia, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva dicitur. Ejus generis exemplo nobis posita sit hæc causa: C. Flaminius [8] [k] is, qui consul rempublicam male gessit [l] bello

[n] *Quæ hinc inde sunt probabiles.*
[o] *Amplificatio, qua vehementius animi commoventur.*

ed. Omnib. *quod admisisse dicitur.*—16 B, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. Sch. a m. sec. et ed. Omnib. *ejusdem causæ.*—17 B W θ κ, Leid. 1. *diducuntur:* Sch. Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. *deducuntur.* Al. *diducentur.*—18 θ *accusatoris.*—19 In ω 1. præpositio deest. B M *questione.*—20 Sch. *coaptatur.*—1 W θ κ, ω 1. non habent *omnes.*—2 κ *et ex iisdem.*—3 θ κ, ω 2. Voss. 1. Leid. 2. 3. *illi.*—4 ω 1. *tum et.*—5 Leid. 2. *in istis tametsi:* Voss. 2. *in his tamen etsi:* ω 1. *in his etsi.*—6 ω 1. *amplificatio.*

CAP. XVII. 7 M *Cum autem est.*—8 B *G. Flaminius.* Mox pro *rempublicam,* ω 1. Leid. 1. Sch. et Voss. 2. a m. pr. habent *rem.* Dein Leid. 1. *in bello*

## NOTÆ

[i] *In illis enim finis est*] Cujuslibet argumenti finis est persuadere: loci autem communis non persuadere tantum, sed etiam ipsius auditoris affectus ita commovere, ut sponte nobis suffragetur.

[k] *C. Flaminius*] Hic tribunus plebis coss. M. Æmilio Lepido et M. Publicio Malleolo A. U. C. 522. ante Chr. 232. repugnante senatu legem Agrariam tulit, qua ereptus Senonibus Gallis ager militibus Romanis divideretur; ac ne exercitu adversus se conscripto, si in eadem sententia perseveraret, absterritus est. Postquam pro rostris ei legem jam fe-

Punico secundo, cum tribunus plebis[9] esset, invito senatu, et omnino contra voluntatem omnium optimatum, per seditionem ad populum legem agrariam ferebat. Hunc pater suus concilium plebis[10] habentem de templo deduxit:[11] arcessitur majestatis. Intentio est, Majestatem minuisti, quod tribunum plebis de templo deduxisti.[12] Depulsio est, Non minui majestatem. Quæstio est, Majestatemne minuerit. Ratio,[13] In filium enim quam habebam potestatem,[14] ea usus sum. Rationis infirmatio, At enim,[15] qui patria potestate, hoc est, privata [quadam], tribuniciam [potestatem], hoc est, populi potestatem[16] infirmat, minuit is[17] majestatem. Judicatio[p] est: Minuatne is majestatem, qui in tribuniciam potestatem patria potestate utatur. Ad hanc judicationem argumentationes omnes afferri oportebit.[18]

53. Ac ne quis[19] forte arbitretur, nos non intelligere, aliam quoque incidere constitutionem in hanc causam; eam nos partem solam sumimus, in quam[20] præcepta nobis[1] danda sunt. Omnibus autem partibus hoc in libro explicatis, quivis omni in causa, si diligenter attendet,[2] omnes

[p] *Propria judicii quæstio, et summa controversiæ est.*

*Pun.*—9 Tur. *plebi.*—10 Leid. 1. Voss. 2. *plebi.*—11 M *eduxit.* Al. *accersitur.* Post *arcessitur*, B M ψ, Sch. Voss. 1. addunt *reus.*—12 M *eduxisti.*—13 L, ω 2. *Ratio est.*—14 M *potestate.*—15 ω 2. *at tamen.*—16 Sch. *quandam trib. pot.* A Voss. 1. absunt verba *hoc est priv. quad. trib. pot.* et a L W θ κ ψ, ω 2. Leid. 1. Voss. 2. *hoc est pop. potestatem.* Quæ uncis includuntur, delenda censuit Ern. Delevit Schutz.—17 In ω 1. et Sch. *is* deest.—18 L *argumentationem omnem;* et Sch. Victorin. *afferre op.*—19 Orell. e Tur. *qui.*—20 B L M W κ ψ, ω 1. 2. Junt. Lamb. et Oliv. *in qua.*—1 ω 1. non agnoscit *nobis.*—

NOTÆ

renti pater manum injecit, privato fractus imperio, descendit e rostris, ne minimo quidem murmure destitutæ concionis reprehensus, ut narrat Val. Max. v. 4. Sancita nihilominus lex a Flaminio, senatu, ut probabile est, metu seditionis quiescente; cum ex ea Polybius affirmet bellum Gallicum consequens ortum fuisse.

[1] *Consul remp. male gessit*] C. Flaminius iterum consul A. U. C. 537. ante Chr. 217. solita pertinacia contemtis auspiciis cum Hannibali sese obtulisset ad lacum Thrasimenum, iniquo loco, nec expectato collega, signis collatis, exercitu deleto, quindecim Romanorum millibus interfectis, occisus ipse temeritatis pœnas expendit. Livius, Polybius, &c.

videbit constitutiones,[m] et earum partes, et controversias, si quæ forte in eas incident.[3] Nam de omnibus perscribemus.[4] Primus ergo [5] accusatoris locus est, ejus nominis, cujus de vi quæritur, brevis et aperta et ex hominum opinione [6] definitio, hoc modo: Majestatem minuere,[7] est de dignitate, aut amplitudine,[8] aut potestate populi, aut eorum quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare. Hoc si breviter expositum,[9] pluribus [10] verbis est et rationibus confirmandum, et ita esse, ut descripseris, ostendendum. Postea ad id, quod definieris, factum ejus, qui accusabitur, adjungere oportebit, et ex eo, quod ostenderis esse; verbi causa,[11] majestatem minuere; docere,[12] adversarium majestatem minuisse, et hunc locum totum communi loco confirmare, per quem ipsius facti atrocitas, aut indignitas, aut omnino culpa cum indignatione augeatur. Post erit infirmanda adversariorum descriptio. 54. Ea autem infirmabitur, si falsa demonstrabitur. Hoc ex opinione hominum sumetur, cum, quemadmodum, et quibus in rebus homines in consuetudine scribendi [13] aut sermocinandi eo verbo uti soleant, considerabitur. Item infirmabitur, si turpis aut inutilis esse ostendetur [14] ejus descrip-

2 κ et Leid. 2. *attendat.*—3 W θ κ, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *inciderint.*—4 Guelf. 1. Tur. omnes Mss. Oud. ac Orell. *præscribemus.*—5 ω 1. *enim.*—6 Ed. Omnib. *brevis quod ap. ex opin. hom.* Leid. 2. Sch. a m. pr. carent *et* ante *ex.*—7 M *deminuere.*—8 *Aut amplitudine* in ω 1. desunt.—9 Leid. 2. ed. Omnib. *Hoc si brev.* ed. Omnib. quoque *expositum est.*—10 B *plurimis.*—11 Voces *verbi causa* delend. censuit Lamb. Eas delevit Schutz. uncis includit Wetzel. —12 κ et ω 2. *oportebit docere.*—13 Leid. 3. *hom. consuetudinem scrib.*—14 ω 2. Leid. 1. Voss. 2. *aut si inutil. esse.* In ω 1. et ed. Omnib. deest *ostendetur*; pro quo ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 3. et Oliv. habent *ostenditur*: Leid. 1. *de-*

NOTÆ

[m] *Omnes videbit constitutiones*] Vix ulla est causa, quæ saltem aliqua sui parte constitutiones omnes non possit amplecti: verbi gratia, in hac ipsa quæ proponitur, an pater Flaminii majestatem minuere voluerit, pertinet ad statum conjecturalem; an minuat majestatem, qui in tribunitiam potestatem utatur potestate patria, spectat statum definitivum; an majestatem minuere, sive de dignitate tribuni, cui populus potestatem dedit, aliquid tum derogare, cum senatus ipsi tribuno injusta molienti resistit, non sit laude potius quam vituperatione dignum, id vero refertur ad statum qualitatis.

tionis approbatio, et si, quæ[15] incommoda consecutura sint, eo concesso, ostendetur;[16] id autem[17] ex honestatis et utilitatis partibus[18] sumetur, de quibus in deliberationis præceptis exponemus.[19] Et si cum definitione[20] nostra adversariorum definitionem conferemus, et nostram veram, honestam, utilem esse demonstrabimus; illorum, contra.[1] 55. Quæremus autem res,[2] aut majori,[3] aut minori, aut pari in negotio similes, ex quibus affirmetur[4] nostra descriptio. XVIII. Jam si res plures erunt definiendæ; ut, si quæratur, Fur[n] sit, an sacrilegus,[o] qui vasa ex privato sacra surripuerit; erit utendum pluribus definitionibus: deinde simili ratione causa tractanda.[5] Locus autem communis in ejus malitiam, qui non modo rerum, verum etiam verborum potestatem sibi arrogare conetur,[6] ut et faciat quod velit, et id quod fecerit, quo velit nomine appellet. [*p.* 69.] Deinde defensoris[7] primus locus est, item nominis brevis, et aperta, et ex opinione hominum descriptio, hoc modo: Majestatem minuere, est aliquid de republica, cum potestatem non habeas, administrare. Deinde hujus confirmatio[8] similibus et exemplis et rationibus. Postea sui facti ab illa definitione separatio. Deinde locus communis, per

*monstretur:* B *demonstrabitur.*—15 B M W, ω 1. Leid. 2. et ed. Omnib. *et quæ*, omisso *si.*—16 Sch. Voss. 1. Leid. 3. et unus Ms. ap. Lamb. cum edd. pr. *eis concessis:* alius Ms. Lamb. *ejus concessis.* Lamb. conj. *ea concessa*, prob. Ern. et quod Schutz. ac Wetzel. receperunt. Dein Sch. Voss. 1. *ostenditur:* Leid. 1. et Schutz. *demonstrabitur.*—17 ω 1. non habet *autem.*—18 M κ, ω 1. 2. Tur. Lamb. Lall. Schutz. et Orell. *ex hon. et ex util. part.*—19 W θ *ostendemus.*—20 L, Sch. a m. sec. *Et sic cum def.* Pal. 2. *Aut sic cum de def.* Libri Suffridi *Et si infirmabitur cum def.* Ed. Omnib. simpliciter *In def.*—1 Sch. Leid. 3. *econtra.*—2 ω 1. *Queremus enim;* et Sch. *has res.*—3 Sch. *aut a maj.* Leid. 1. *aut in maj.*—4 *Affirmetur* non est in κ.

CAP. XVIII. 5 B *tractanda. Ut si fur est de furto si sacrilegus de sacrilegio:* et sic κ in marg.—6 κ, Sch. Voss. 2. ed. Omnib. *conatur.*—7 Victorin. *Def.*

NOTÆ

[n] *Fur*] 'Qui alienam rem attrectavit,' id est, usurpavit, 'cum id se invito domino' rationis compote 'facere judicare deberet, furti tenetur.' Sabinus apud Gell. XI. 18.

[o] *Sacrilegus*] Sacrilegium est violatio rei sacræ quatenus sacra est. Violare autem rem sacram quatenus sacra est, aliud nihil est nisi agere aliquid ei cultui repugnans, cui destinata est. Sacrilegus, ut supra indicavimus, dicitur a sacris legendis sive surripiendis, quo sensu Virgil. ait Æn. X. 'Quid soceros legere et gremiis abducere pactas?'

quem facti utilitas aut honestas adaugetur.[9] 56. Deinde sequitur[10] adversariorum definitionis reprehensio, quæ iisdem ex locis omnibus, quos accusatori præscripsimus, conficitur:[11] et cetera post eadem præter communem locum inducentur. Locus autem communis erit defensoris is,[12] per quem indignabitur, accusatorem sui periculi causa[q] non res solum convertere, verum etiam verba commutare conari.[13] Nam illi quidem communes loci, qui aut calumniæ[14] accusatorum demonstrandæ, aut misericordiæ captandæ, aut facti indignandi,[r] aut a misericordia deterrendi[15] causa sumuntur, ex periculi magnitudine, non ex causæ genere, ducuntur.[16] Quare non in omnem causam, sed in omne causæ[17] genus incidunt. Eorum mentionem[18] in conjecturali constitutione fecimus. Inductione autem,[19] cum causa postulabit,[20] utemur.

XIX. 57. Cum autem actio translationis aut commutationis indigere videtur, quod non aut is agit quem oportet, aut cum eo quicum oportet,[1] aut apud quos, qua lege,[2] qua pœna, quo crimine, quo tempore oportet, constitutio translativa[p] appellatur.[3] Hujus nobis exempla[4] permulta opus

[q] *In suo defensoris periculo.*
[r] *Indignationis in aliquod factum commovendæ.*

*deinde.* Deest *deinde* Leid. 3.—8 W κ, ω 2. *confirmatio est:* M. *conf. est facienda:* Voss. 1. Leid. 3. *conf. facienda erit.*—9 M *augetur.*—10 Tur. Lamb. Schutz. et Orell. *sequetur.*—11 Sch. *præscribimus.* Tum Schutz. e conj. et Orell. *conficietur.*—12 Sch. a m. pr. et ω 2. omittunt *is.*—13 ω 1. *verum et verba.* M *mutare con.*—14 ω 1. *aut qui cal.*—15 ω 1. *aut misericordia devertendi.*—16 ω 1. *dicuntur.*—17 Deest *causæ* Voss. 1. Dein Leid. 2. *incident:* ed. Omnib. *incidet.* Lamb. *quare non in omne causæ genus incidunt.*—18 κ *Eorum siquidem ment.*—19 Edd. pr. *Ind. autem eorum locorum.* Vulg. *Ind. autem eorum.* Ern. delevit vocem *eorum;* quæ abest a M W θ, Tur. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. prob. Oud. et quam omittunt Schutz. Wetzel. et Orell.—20 M *expostulabit.*

CAP. XIX. 1 B L, Leid. 1. 2. Sch. a m. sec. et duo Mss. ap. Gronov. *aut non cum eo quicum op.* W *aut cum quo quod cum op.* Leid. 3. *aut cum eo quicum oporteret.*—2 L et Leid. 2. *aut apud quos oportet:* Sch. a m. sec. *aut non apud quos, aut non qua lege.*—3 ω 2. et Leid. 1. *nominatur.*—4 Sch. Voss. 1. 2. Leid.

NOTÆ

[p] *Constitutio translativa*] Cum reus neque factum negare, neque defendere potest, superest ut aliquo juris effugio causam tueatur; negetque se posse in jus vocari a tali accusatore, coram talibus judicibus, tali die, &c. atque hæc constitutio translativa appellatur.

sunt, si singula translationum genera quæramus:[5] sed quia ratio præceptorum similis est,[6] exemplorum multitudinem[7] supersedendum est.[p] Atque in nostra quidem consuetudine[q] multis de causis fit, ut rarius incidant translationes: nam et prætoriis[8] exceptionibus[r] multæ excluduntur actiones, et ita jus civile habemus constitutum, ut causa[9] cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit. 58. Quare in jure[10] plerumque versantur. Ibi enim et[11] exceptiones postulantur, et quodammodo agendi[12] potestas datur, et omnis conceptio[s] privatorum judiciorum[13] constituitur. In ipsis autem judiciis rarius incidunt, et tamen si quando incidunt,[14] ejusmodi sunt, ut per se minus habeant firmitudinis, confirmentur[15] autem assumta alia[16] aliqua constitutione: ut in quodam judicio, cum venefici cujusdam nomen esset delatum,[t] et, quia parricidii causa subscripta esset, extra ordinem[17] [t] esset acceptum,[u] cum

[p] *Abstinendum est.*
[t] *Cum quidam veneficus fuisset accusatus.*
[u] *Ejus actio recepta fuisset extra ordinem.*

3. *Ejus nobis exempla.*—5 Leid. 3. *requiramus.*—6 M *similis quidem est.* Purgoldus conj. *facilis est,* et Jacobs. *simplex* legend.—7 L W *multitudini.*—8 θ *nam ex et præt.* ω 2. *nam et ex præt.* L W, Leid. 1. *nam ex præt.* In L κ, ω 2. et omn. Mss. Oud. *prætoris.*—9 Leid. 3. ed. Omnib. *ut a causa.*—10 κ *in jure civili.*—11 Copula non est in θ et ω 1.—12 Sch. a m. pr. *et quonam modo agendi:* ω 1. *et agendi, et quonam modo agendi.*—13 Leid. 1. *omnis exceptio priv. jud.* θ *omnis conceptio præceptorum priv. jud.* Schutz. e conj. edidit *privatarum actionum.*—14 Leid. 2. *si aliquando inc.* Tum Voss. 2. *ejusmodi,* omisso *sunt.*—15 W θ κ, ω 1. Voss. 1. 2. Leid. 2. ed. Omnib. *confirmantur.*—16 Leid.

## NOTÆ

[q] *In nostra quidem consuetudine*] Ætate Tullii, ut observat in hunc locum Victorinus, in ipsa causarum actione translatio aut non erat, aut rarius inveniebatur. Prætores enim qui juridicundo præerant, cum præscriberent quanam accusator, quanam reus deberet uti actione, cum exciperent quid non fieret, translationis controversiam auferebant. In ipso jure, hoc est, apud prætores qui non judicabant, sed dabant judices, cum de modo agendi quæreretur, exceptioni et translationi locus erat. Postquam autem jam litis forma esset constituta, in judicio nulla poterat esse translatio.

[r] *Prætoriis exceptionibus*] Consule notas in l. I. ad Herenn. § 22.

[s] *Conceptio*] A jureconsultis dicitur formula.

[t] *Extra ordinem*] Cum primo quoque tempore, prætermissis aliis quæ in judicium prius adducta fuerant, de

in accusatione[18] alia quædam crimina testibus et argumentis confirmarentur, parricidii autem solum[19] mentio facta esset: defensor in hoc ipso multum oportet et[20] diu consistat: cum de nece parentis nihil demonstratum sit, indignum facinus esse, ea pœna afficere[1] eum qua parricidæ afficiuntur:[2] id autem, si damnetur,[3] fieri necesse esse,[4] quoniam et id causæ subscriptum, et ex[5] ea re nomen extra ordinem sit acceptum. 59. Ea igitur pœna si affici reum non oporteat,[6] damnari quoque non oportere, quoniam ea pœna damnationem necessario consequatur.[7] Hic defensor pœnæ commutationem ex translativo genere[8] inducendo, totam[9] infirmabit accusationem.[u] Verum tamen ceteris quoque criminibus defendendis conjecturali constitutione[10] translationem confirmabit. XX. Exemplum autem translationis in causa nobis positum sit[11] hujusmodi: Cum ad vim faciendam quidam armati[12] venissent, armati contra præsto fuerunt,[x] et cuidam equiti Romano quidam ex armatis[y] resistenti,[13] gladio manum præcidit. Agit is, cui manus præcisa est, injuriarum: postulat is, quicum agitur, a prætore exceptionem,[z] EXTRA QVAM IN REVM CAPITIS PRAEIVDICIVM

[x] *Parati fuere ad vim repellendam.*
[y] *Aggredientibus.*
[z] *Ille, cui manus amputata est, intendit actionem injuriarum; is autem, cui intenditur, petit a prætore exceptionem, ut in se præjudicium non fiat tanquam in reum capitis.*

1. omittit *alia.*—17 M *et extra ord.*—18 Post *accusatione,* vox *autem* additur in Sch. Voss. 1. Leid. 3. et *ante* in ed. Omnib.—19 Leid. 1. *sola.*—20 θ *ut et:* Voss. 1. Leid. 3. *et ut.* Vulg. *ut.* Ern. *et* dedit, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. *Et* quoque Sch. Leid. 2. Tur. et Lamb.—1 κ *affici.*—2 Ern. conj. *afficiantur.*—3 *Damnaretur* edd. ante Ern. qui e conj. dedit *damnetur;* et sic Schutz. et Wetzel.—4 Omnes Mss. Oud. et edd. vett. cum Oliv. *esset,* improb. Ern.—5 B M κ, Tur. omnes Mss. Oud. cum Schutz. Wetzel. et Orell. omittunt præpositionem, prob. Oud.—6 Voss. 1. *oportet.*—7 Voss. 1. Leid. 3. *sequatur.*—8 M *genere causæ.*—9 ω 1. *tantam.*—10 Pro *conjecturali constitutione,* in Voss. 2. *conjectura* legitur.

CAP. XX. 11 Schutz. conj. legend. *in causa positæ sit nobis.*—12 θ *ex arma-*

NOTÆ

eo quod postremo venerat in judicium, inquirebatur, dicebatur causa agi extra ordinem.

[u] *Totam infirmabit accusationem*] Hoc patet ex causa proposita. Reus parricidii, si multis aliis criminibus, non tamen ipso parricidio convincatur, sic pro se perorabit. Neque parricidii, quod non probatum est, infligenda mihi pœna; neque aliorum

FIAT. 60. Hic is,[14] qui agit,[x] judicium purum[a] postulat: ille, quicum agitur, exceptionem addi, ait, oportere. Quæstio est, Excipiendum sit, annon. Ratio,[b 15] Non enim oportet, in recuperatorio judicio,[c] ejus maleficii, de quo inter sicarios quæritur, præjudicium[16] fieri. Infirmatio rationis, Ejusmodi sunt injuriæ, ut de his indignum sit non primo quoque tempore[17] judicari. Judicatio, Atrocitas injuriarum[y] satisne causæ sit, quare, dum de ea judicetur,[18] de aliquo majore maleficio, de quo judicium comparatum sit, præjudicetur: atque exemplum quidem hoc est. In omni autem causa[19] ab utroque quæri oportebit, a quo, et per quos, et quo modo, et quo tempore aut

[a] *Sine ulla exceptione.*
[b] *Exceptionis ratio quam affert reus.*
[c] *In judicio quod per judices a prætore datos exercetur.*

*tis.*—13 Ed. Omnib. *resistens.*—14 *Hic* non est in κ, nec *is* in M.—15 θ *Ratio autem est.*—16 κ *judicium.*—17 L *primo quoque ante prætorem tempore.* Deest *tempore* Leid. 2.—18 Ed. Omnib. *cum de ea:* ψ *cum de ea re:* septem Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *dum ea.* W ω 1. et omnes Mss. Oud. excepto Leid.

## NOTÆ

criminum, siquidem non inde judicium constitutum est.

[x] *Hic is, qui agit*] Ut implicatissima hæc controversia clare evolvatur, a capite accersenda est. Is cui manus præcisa est, intendit actionem injuriarum, ut et damnum et pœnam libere persequatur: reus autem petit a prætore exceptionem, ut omissa cædis actione de damnis resarciendis tantum agatur. Accusator judicium purum postulat, ut sine ulla exceptione et de crimine cædis et de damnis judicium feratur. Reus contendit exceptionem addi oportere: non judicandum de crimine cædis, sed tantum injuriarum. Quæstio est excipiendum sit, annon. Reus probat excipiendum hac ratione, quod in judicio recuperatorio primo loco non debeat de cæde cognosci. Opponit actor facinus esse tam atrox, ut indignum sit judicium injuriarum sive damni illati primo tempore fieri, et non præmitti judicium de crimine cædis. Atque hinc judicatio, quod præcipuum causæ caput est, oritur: an injuriæ quam quis in judicio persequitur atrocitas, sit sufficiens causa, quare dum de damnis per eam injuriam illatis judicatur, prius vel saltem eodem tempore judicium feratur de crimine cædis, quod gravius maleficium instituendi judicii occasionem dedit. Ait actor, ut inimici supplicio fruatur: negat reus, ut dum judices rationem damni resarciendi expendent, meritam pœnam aliqua saltem temporis mora retardet.

[y] *Injuriarum*] Generatim injuria dicitur omne quod non jure fit: speciatim autem alias contumelia dicta est, alias damnum culpa latum. Atrocitas injuriæ a facto, loco, persona, et tempore æstimatur, uti tradit in Institutionibus Justinianus.

agi, aut judicari, aut quid statui de ea re conveniat. 61. Id ex partibus juris, de quibus post dicendum est, sumi oportebit, et ratiocinari, quid in similibus rebus [20] fieri soleat, et videre, utrum malitia aliud agatur,[1] aliud simuletur, an stultitia, an necessitudine,[2] quod alio modo agi [3] non possit, an occasione [4] agendi sic sit judicium [5] aut actio constituta, an recte sine ulla re [6] ejusmodi res agatur. Locus autem communis [7] contra eum, qui translationem inducet, fugere judicium ac pœnam,[8] quia causæ diffidat. A translatione [9] autem, Omnium [10] fore perturbationem,[11] si non ita res agantur, et in judicium veniant,[12] quo pacto oporteat; hoc est, si aut cum eo agatur quicum non oporteat, aut alia pœna, alio crimine, alio tempore: [13] atque hanc rationem ad perturbationem judiciorum omnium pertinere. Tres igitur eæ constitutiones, quæ partes non habent, ad hunc modum tractabuntur. Nunc generalem constitutionem, et partes [14] ejus consideremus.

XXI. 62. Cum et facto et facti nomine concesso,[15] neque ulla actionis illata controversia, vis et natura, et genus negotii ipsius quæritur; constitutionem generalem appellamus. Hujus primas esse partes duas nobis videri diximus, negotialem et juridicialem, Negotialis est, quæ in ipso negotio juris civilis habet implicatam [16] controversiam. Ea est hujusmodi: [*p.* 70.] Quidam pupillum [z] hæredem

1. cum Lamb. *judicatur*, improb. Oud.—19 θ *causa translativa.*—20 κ *in similibus quoque rebus.*—1 Vulg. *quid aliud agatur.* Ern. e Sch. Guelf. 1. et duobus aliis Mss. delevit *quid*; quod deest etiam in Tur. Schutz. Wetzel. et Orell.—2 κ *aut stult.*, *aut ex necess.*—3 ω 1. Sch. Voss. 2. Leid. 2. ed. Omnib. *agere.*—4 Leid. 3. *an in occ.*—5 κ *ag. est jud.*—6 Leid. 2. *sine aliqua re ulla.* Schutz. delevit *res*, et eum sequitur Wetzel.—7 κ *comm. est.*—8 M *judicium judiciorum ac pœnam.*—9 κ *diffidit*: et θ *At translationem.*—10 Schutz. e conj. *omnium rerum.*—11 L W θ κ *perturb. judiciorum.*—12 Quinque Oxonn. Mss. cum Oliv. *agatur* et *veniat.*—13 Lamb. *aut alio crim.*, *aut alio temp.*—14 ω 2. *const.*, *ad partes.*

CAP. XXI. 15 Suprascr. in Sch. 'al. *confesso.*'—16 Al. *implicitam.*—17

NOTÆ

[z] *Pupillum*] Pupillus est, auctore Pomponio, qui cum impubes est, in potestate patris esse desiit aut morte aut emancipatione: anno decimoquarto terminatur ætas pupillaris.

fecit; pupillus autem ante mortuus est,[17] quam in suam tutelam [18] venisset.[d] De hæreditate ea,[19] quæ pupillo venit, inter eos qui patris pupilli hæredes secundi [a] sunt, et inter agnatos [b] pupilli controversia est. Possessio hæredum secundorum est.[20] Intentio est agnatorum, Nostra pecunia est, de qua is, cujus agnati sumus, testatus non est.[e] Depulsio est,[1] Immo nostra, qui hæredes secundi [2] testamento patris sumus. Quæstio est, Utrorum sit?[3] Ratio est,[f] [4] Pater enim et sibi et filio testamentum scripsit, dum is pupillus esset. Quare, quæ filii fuerunt, testamento patris nostra fiant necesse est. Infirmatio est [5] rationis.[g] Immo pater sibi scripsit, et secundum hæredem non filio, sed sibi jussit esse. Quare, præterquam quod ipsius fuit, testamento illius [6] vestrum esse non potest.[h] Judicatio,[7] Possitne quispiam [8] de filii pupilli re testari; an hæredes secundi, ipsius patrisfamilias, non filii quoque ejus pupilli hæredes sint? 63. Atque hoc [9] non alienum est, quod ad multa pertineat, ne aut nusquam, aut [10] usquequaque [i] dica-

[d] *Mortuus est antequam desineret esse in tutorum potestate, et per ætatem prohibitus ne testamentum scriberet.*

[e] *Pater pupilli, aut pupillus ipse, nihil testamento decrevit.*

[f] *Eorum qui possessores sunt.*

[g] *Ex parte eorum qui petitores sunt.*

[h] *Ad vos substitutos hæredes nihil potest pertinere, nisi quod ad ipsum patrem in testamento pertinebat: porro nihil pertinuit ad patrem qui sua filio legaverat; nihil igitur ad vos pertinere potest.*

[i] *Aut nullo loco, aut omnibus locis.*

Lamb. *mortuus est ante.*—18 Duo Mss. *in sui tutelam;* quod placet Woverio. Ern. e conj. cum Wetzel. dedit *venisset:* omnes aliæ edd. et Mss. *veniret.*—19 M *Et de hær. ea:* Leid. 1. Voss. 2. *De hær. illa.* Vox *illa* supraser. in Sch. Pronomen deest ed. Omnib.—20 θ non habet *est.*—1 B et Sch. *Depulsio,* omisso *est.*—2 Deest *secundi* Sch. a m. pr. et Voss. 2.—3 θ *Utrumne sit.*—4 Sch. Voss. 2. ignorant verbum *est.*—5 B M W θ et Lamb. non habent *est;* nec paulo post, κ vocem *sibi.*—6 Voss. 1. *præterquod.* Dein Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. *in ipsius fuit test.* Plures Mss. et vulg. *ipsius fuit in test., ullius.* Ern. delevit *in,* et pro *ullius* dedit *illius,* auctoribus Mss. et edd. pr. 'Aldus primus dedit *ullius,* vitio, ut opinor, operarum.' *Ern.* quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—7 ω 2. *poterit:* et θ *Judicatio est.*—8 Omnes Mss. Oud. cum Junt. Lamb. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *quisquam.*—9 Sch. et Voss. 1. a m. pr. *At hoc:* Schutz. suspic. *Atque hic,* omisso *hic* ante *admonere.*—10 Sep-

NOTÆ

[a] *Hæredes secundi*] In jure substituti dicuntur, primi instituti.

[b] *Agnatos*] Qui sint diximus in notis ad l. 1. Herenn. § 23.

tur, hic admonere. Sunt causæ,[11] quæ plures habent rationes in simplici constitutione: quod fit,[12] cum id quod factum est, aut quod defenditur, pluribus de causis rectum aut probabile videri potest,[13] ut in hac ipsa causa. Supponatur enim ab hæredibus hæc ratio, Unius enim pecuniæ plures, dissimilibus de causis, hæredes esse non possunt, nec unquam factum est, ut ejusdem pecuniæ alius testamento, alius lege hæres esset: 64. infirmatio hæc [14] erit, Non est una [15] pecunia: propterea, quod altera jam erat pupilli adventitia; [k] cujus hæres non, illo tempore, testamento [16] quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset: et de altera, patris etiam nunc mortui voluntas plurimum valebat,[17] quæ jam [18] mortuo pupillo suis hæredibus concedebat.[19] Judicatio est, Unane pecunia fuerit: ac, si [20] hac erunt usi infirmatione, Posse plures esse unius pecuniæ hæredes dissimilibus de causis;[1] de eo ipso judicatio nascitur,[2] Possintne ejusdem pecuniæ plures dissimilibus generibus esse hæredes.[3] XXII. Ergo una [4] in constitutione intellectum est, quomodo et rationes, et rationum infirmationes, et præterea judicationes plures fiant.

65. Nunc hujus generis præcepta [5] videamus. Utrisque, aut etiam [6] omnibus, si plures ambigent,[7] jus [c] ex quibus rebus constet, est considerandum.[l] Initium ergo

[k] *Non a patre transmissa, sed industria, aut quovis alio modo comparata.*

[l] *Petitor et possessor, vel etiam omnes, si plures contendant, attendere debent, quibus ex rebus jus compositum sit.*

tem Oxonn. Mss. cum Oliv. *ut.*—11 κ *Sunt autem causæ.*—12 ω 1. *sit.*—13 ω 2. *poterit.*—14 Vulg. *infirm. autem hæc.* Ern. delevit *autem*; quod abest ab L, Sch. Voss. 2. Id omittunt Schutz. Wetzel. et Orell.—15 ω 1. *Non enim una.* —16 Junt. Grut. Græv.-Burm. et Lall. *illo in temp.* Ern. delevit præpositionem; et cum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Tum Leid. 1. 2. 3. et Oxonn. Mss. *in test.* et sic vulg. Hic quoque Ern. delevit præpositionem; quæ abest a Voss. 1. 2. et quam non agnoscunt Schutz. Wetzel. et Orell. —17 Schutz. e Mss. Cass. Guelf. cum Wetzel. et Orell. *valebit.*—18 ω 1. *qui jam*: Schutz. e conj. ac Wetzel. *quæ illam.*—19 L, ω 1. Sch. Leid. 3. et unus Ms. ap. Lamb. *cedebat.*—20 ψ *at si*: octo Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *aut si.* —1 In M *hæredes* deest. Tum pro *in causis*, ω 1. habet *generibus.*—2 Voss. 1. *et de eo, &c.* Leid. 3. *etiam de eo, &c.* Sch. a m. pr. *et de eo ipso esse controversiam jud. nasc.* L 0 *de eo ipso jud. alia nasc.*—3 Lamb. *hæredes esse.*

Cap. XXII. 4 *Una* abest a κ et Grev.—5 Pro *præcepta*, in M *exempla* legitur.—6 Sch. Voss. 2. *Utrique.* In *M. autem etiam.*—7 Sch. *ambient.*—8 ω 2

ejus ab natura ductum videtur: [8] quædam autem ex utilitatis ratione [9] aut perspicua nobis, aut obscura,[m] in consuetudinem venisse: [10] post autem, approbata quædam, aut a consuetudine aut a vero [11] utilia visa, legibus esse firmata: [12] ac naturæ quidem jus [d] esse,[13] quod nobis [14] non opinio, sed quædam innata vis afferat, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem. 66. Religionem,[e] eam, quæ in metu et cærimonia [15] Deorum sit, appellant: pietatem, quæ erga patriam, aut parentes, aut alios [16] sanguine conjunctos officium conservare [17] moneat: gratiam, quæ in memoria et remuneratione officiorum, et honoris [18] et amicitiarum observantiam teneat: vindicationem,[f] per quam, vim et contumeliam, de-

[m] *Quam distincte cognoscimus aut confuse.*

*dictum;* et Voss. 2. *videatur.*—9 κ *quædam juris autem ex:* ω 1. *quædam ex.* Tum θ κ *utilitatis obscura ratione.*—10 M et ω 2. *venisse videtur:* W θ κ, Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *venisse videntur.*—11 Sex Oxonn. Mss. cum Lamb. Oliv. et Schutz. *a cons. aut vero:* ψ, plerique Mss. Oud. ac Grut. Græv.-Burm. et Wetzel. *aut a cons. aut a vero:* ω 1. 2. Lall. et Orell. *a cons. aut a vero:* L M *a cons. aut in vero.*—12 M, Voss. 1. Leid. 3. *firmata videntur.*—13 L M κ et Mss. ap. Gronov. *jus esse videtur:* vulg. *jus est.* Ern. dedit *jus esse,* cum W θ, ω 1. Sch. Leid. 1. Voss. 2. Schutz. Wetzel. et Orell.—14 *Nobis* abest a Leid. 3.—15 Voss. 1. Leid. 1. 3. *in metu et in cærim.*—16 *Alios* in κ deest.—17 κ *observare.*—18 Vulg. *honorum.* Ern. cum B L M κ, ω 1. omnibus Mss. Oud. et

NOTÆ

[c] *Jus*] Qua notione hic sumitur est ars boni et æqui, ut definiunt jurisconsulti: si ars constat igitur ex præceptis; præcepta autem oportet esse certa: non igitur ex vagis hominum opinionibus, sed ex ratione naturali nobis ingenita colligenda sunt.

[d] *Naturæ quidem jus*] Jus naturale recte definitur a Tullio de Leg. lib. I. 'ratio summa insita in natura, quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria.'

[e] *Religionem*] 'Religiosum est,' inquit Massurius Sabinus apud Gell. IV. 9. 'quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est. Verbum a relinquendo dictum, tanquam cærimoniæ a carendo.'

[f] *Vindicationem*] Consule notas in l. I. de Orat. § 32. Vim vi repellere jure naturæ licitum est; at factam injuriam ulcisci, et ex inimici dolore lætitiam percipere, id a moribus non solum Christianis, sed etiam humanis alienum est. Ut quisque minime sequitur rationem ducem, ita vindictæ cupidissimus est. Juven. Sat. XIII. 'At vindicta bonum vita jucundius ipsa. Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis Interdum, aut levibus videas flagrantia causis... Quippe minuti Semper et infirmi est animi exiguique voluptas Ultio: continuo sic collige, quod vindicta Nemo magis gaudet quam fœmina.' Ceterum minus exacte dicitur per vindi-

fendendo aut ulciscendo, propulsamus a nobis, et a nostris, qui nobis[19] esse cari debent, et per quam peccata punimus: observantiam, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes veremur,[20] et colimus: veritatem, per quam damus operam, ne quid aliter,[1] quam confirmaverimus, fiat, aut factum aut futurum sit. 67. Ac naturæ quidem jura minus ipsa quæruntur[2] ad hanc controversiam, quod[3] neque in hoc civili jure versantur, et a vulgari intelligentia remotiora[4] sunt: ad similitudinem vero aliquam, aut ad rem[5] amplificandam sæpe sunt inferenda. Consuetudinis[6][g] autem jus esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobarit:[7] in ea autem jura sunt quædam ipsa jam certa propter vetustatem: quo in genere et alia sunt multa, et eorum multo maxima pars,[8] quæ prætores edicere consuerunt. Quædam autem genera juris, jam certa, consuetudine facta sunt: quod genus, pactum, par, judicatum.[9] 68. Pactum est, quod inter aliquos convenit, quod jam[10] ita justum putatur, ut jure præstari[11] dicatur.[n] Par, quod in omnes[12] æquabile est. Judicatum, de quo jam ante[13] sententia alicujus, aut aliquorum constitutum est.[14] Jam jura legitima ex legibus

[n] *Ut dicatur arctius obligare quam ipsum jus.*

edd. pr. dedit *honoris;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell.—19 ψ *et a nostris, et ab his qui nobis.*—20 L κ, Sch. Leid. 1. 2. unus Ms. ap. Lamb. et duo Mss. ap. Gronov. ac edd. pr. ante Ald. *veneramur.* M et pauci alii *veneremur:* ψ et plerique Mss. ap. Gronov. cum Oliv. *revereremur:* Voss. 1. Leid. 3. *veneremus.* Vulg. *veremur.*—1 *Quid* in κ deest. Pro *aliter,* ψ habet *aliud.*—2 L *minus quidem quær.*—3 Sch. a m. pr. Voss. 1. *quæ.*—4 κ, Voss. 1. Leid. 3. *remota.*—5 θ *vero alia aut rem.*—6 Idem Ms. *Consuetudinem.*—7 κ *approbarit.*—8 ω 1. *multa et maxima pars.* B M W θ, ω 2. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. ed. Omnib. *quam præt.*—9 Sch. a m. pr. *sunt: ut pactum:* ω 1. *sunt: quod genus est pactum.* Tum in M *judicatum dicitur.*—10 W θ et Lamb. omittunt *jam.*—11 W *putetur:* et ω 1. 2. ac vulg. *juri.* Septem Oxonn. Mss. et quatuor Mss. Oud. ac Mss. ap. Gronov. cum quibusdam edd. vett. et Schutz. Wetzel. et Orell. *jure.* Oud. e Mss. Leid. malit *jura.* Dein Ern. e conj. *præstari;* et sic Wetzel. Al. edd. et Mss. *præstare.*—12 Leid. 2. *in omnibus.*—13 B non habet *ante.*—14 Leid.

NOTÆ

cationem peccata puniri, cum hoc non sit vindictæ, sed animadversionis.

[g] *Consuetudinis*] Consuetudo jus est non scripto, sed moribus, id est, assiduis actibus introductum: legem imponit et abrogat.

cognosci [15] oportebit. His ergo ex partibus juris, quicquid aut[16] ex ipsa re, aut ex simili, aut ex majore minoreve[17] nasci videbitur, attendere,[18] atque elicere [19] pertentando unamquamque partem juris oportebit.[20] Locorum autem communium, quoniam (ut ante dictum est) duo sunt genera, quorum alterum dubiæ rei, alterum certæ continet amplificationem, quid ipsa causa det, et quid augeri per communem locum possit et oporteat, considerabitur. Nam certi, qui in omnes [1] incidant, loci, præscribi [2] non possunt: in plerisque fortasse ab auctoritate [3] jurisconsultorum, et contra auctoritatem dici [4] oportebit. Attendendum est autem et in hac,[5] et in omnibus, num quos locos [6] communes, præter eos quos exposuimus,[7] ipsa res ostendat. Nunc juridiciale genus et partes ejus consideremus.[8]

XXIII. 69. Juridicialis est, in qua æqui et iniqui natura, et præmii aut pœnæ ratio quæritur. Hujus partes sunt duæ, quarum alteram absolutam, assumtivam alteram nominamus. Absoluta est, quæ ipsa in se, non ut negotialis implicite et abscondite, sed patentius [9] et expeditius [o] recti et non recti quæstionem continet. [*p.* 71.] Ea est hujusmodi: Cum Thebani Lacedæmonios [10] [h] bello superavissent, et fere mos esset Graiis,[p] cum inter se bellum gessissent, ut ii, qui vicissent, tropæum [i] aliquod in finibus

[o] *Clarius et explicatius.*

[p] *Græcis.*

3. *constituta est.*—15 Sch. *agnosci.*—16 M et Sch. *quod quisque aut:* ω 2. Voss. 1. Leid. 3. *quod aut.*—17 ω 1. 2. Voss. 2. Leid. 1. 2. *aut maj. minoreve:* Voss. 1. Leid. 3. *vel maj. minoreve:* ed. Omnib. *aut ex maj. aut minore:* septem Oxonn. Mss. cum Junt. Lamb. et Oliv. *aut ex maj. aut ex minore.*—18 κ, ω 2. Leid. 1. 2. et Lamb. *quemque att.* sex Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. Junt. et Oliv. *quisque att.* ω 1. Voss. 1. 2. Leid. 3. Grut. Græv.-Burm. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. simpliciter *attendere.*—19 B M *elidere.*—20 Sex Oxonn. Mss. cum ed. Omnib. et Oliv. *debebit.*—1 Leid. 2. *in omnes causas*, ut volebat Lamb.—2 Victorin. *perscribi.*—3 Lamb. e conj. *pro auctoritate.*—4 κ, omnes Mss. Oud. et edd. pr. *duci.*—5 κ *in hac constitutione.*—6 Sch. *num aliquos locos:* κ *num quos alios locos:* M *utrum quos locos:* θ *numquid locos.*—7 ω 1. Sch. a m. sec. Voss. 2. et ed. Omnib. *quos nos exponimus:* ω 2. *quos nos exposuimus:* Leid. 1. Voss. 1. *quos exponimus.*—8 ω 2. *hujus;* et ω 1. *considerabimus.*

NOTÆ

[h] *Thebani Lacedamonios*] De quibus dictum in notis ad lib. IV. Herenn. § 34.

[i] *Tropæum*] Maxime usitatum tro-

statuerent, victoriæ modo in præsentia declarandæ causa, non ut in perpetuum belli memoria maneret;[11] æneum statuerunt tropæum. Accusantur apud Amphictyonas,[k] id est, apud commune Græciæ concilium.[12] [l] 70. Intentio est, Non oportuit. Depulsio est,[13] Oportuit. Quæstio est, Oportueritne. Ratio est, Eam enim ex bello[14] gloriam virtute peperimus, ut ejus æterna insignia posteris nostris relinquere vellemus. Infirmatio est, Attamen æternum inimicitiarum monumentum Graios de Graiis statuere non oportet. Judicatio est, Cum summæ virtutis celebrandæ[15] causa Graii de Graiis æternum inimicitiarum monumentum statuerint,[16] rectene, an contra fecerint. Hanc ideo rationem subjecimus, ut hoc causæ genus ipsum, de quo agimus, cognosceretur.[17] Nam si eam supposuissemus, qua fortasse usi sunt: Non enim juste, neque pie[18] bellum gessistis; in relationem criminis delaberemur, de qua post loquemur. Utrumque autem[19] causæ genus in hanc causam incidere perspicuum est. In hanc argumentationes ex iisdem locis sumendæ sunt, atque in causam negotialem, qua de[20] ante dictum est. 71. Locos autem communes et ex causa ipsa,[1] si quid inerit indignationis aut conques-

CAP. XXIII. 9 ω 1. *potentius.*—10 ω 1. *Lacedæmones.*—11 Leid. 2. *belli causa man.*—12 B L M W *Amphitrionas.* Verba *id est . . . concilium* suspecta Lambino et Oudendorpio. Schutz. ea delevit: Wetzel. uncis includit.—13 B *Depulsio*, omisso *est.*—14 Leid. 2. *in bello.*—15 B L M W, ω 2. et duo Mss. Gronovii, cum Orell. *concelebrandæ.* Aliæ edd. et Mss. *celebrandæ.*—16 W, Voss. 1. Leid. 1. 2. Sch. a m. sec. ac Lamb. *statuerunt:* κ *constituerunt.*—17 Sch. Voss. 1. Leid. 3. et duo Mss. Gronovii *demonstraretur.*—18 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. *nec pie.*—19 Deest *autem* Leid. 3.—20 Al. *de qua.*—1 Sch.

NOTÆ

pæi sive trophæi genus, ut describit Virgil. Æn. XI. quercus ingens fuit, ramis undique decisis, hostium exuviis induta: fuere tamen etiam et lapidea, et ærea, et aurea tropæa.

[k] *Amphictyonas*] Conventum Græciæ celeberrimum; nomen habuit vel ab Amphictyone Deucalionis filio, qui gentes Græcas dicitur convocasse, ut auctor est Pausanias in Phocicis, vel quod undecumque ad id concilium ex tota Græcia conveniretur, ut in Attica historia tradit Androtion a Pausania in Phocicis laudatus.

[l] *Id est, apud commune Græciæ concilium*] Hæc verba glossema redolent: salva sententia deesse possunt.

tionis,[2] et ex juris utilitate, et natura[3] multos et graves sumere licebit, et oportebit, si causæ dignitas videbitur postulare. XXIV. Nunc assumtivam partem juridicialis[4] consideremus.

Assumtiva igitur tum dicitur, cum ipsum ex se factum probari non potest; aliquo autem foris[5] adjuncto argumento defenditur. Ejus partes sunt quatuor: comparatio, relatio criminis, remotio criminis,[6] concessio. 72. Comparatio[m] est, cum aliquod factum,[7] quod per se[8] ipsum non sit probandum,[9] ex eo, cujus id causa factum est, defenditur. Ea est hujusmodi: Quidam imperator, cum ab hostibus circumsideretur,[10] neque effugere ullo modo posset; depactus est cum eis,[11] ut arma et impedimenta[q] relinqueret, milites educeret:[12] itaque fecit: armis et impedimentis amissis, præter spém milites conservavit.[13] Accusatur majestatis.[r] Incurrit huc definitio.[s] [14] Sed nos hunc locum, de quo agimus,[15] consideremus. 73. Intentio est, Non oportuit arma et impedimenta relinquere. Depulsio est, Oportuit. Quæstio est, Oportueritne. Ratio est, Milites enim omnes periissent.[16] Infirmatio est, aut conjecturalis, Non periissent: aut altera conjecturalis, Non ideo

[q] *Sarcinas et alia quævis ad usum exercitus.*
[r] *Ut reus violatæ majestatis.*
[s] *Hic locus ad definitionem criminis majestatis pertinet.*

non agnoscit vocem *communes.* Dein Voss. 2. Sch. a m. sec. *aut ex causa ipsa.* —2 Sch. a m. pr. Voss. 1. Leid. 3. *et conq.*—3 ω 1. et Leid. 2. *et ex nat.*

Cap. XXIV. 4 Leid. 3. *ab assumtiva parte.* Deest in M *juridicialis;* pro quo W θ habent *juridicialem.*—5 Sch. a m. pr. *alio autem forte.*—6 *Remotio criminis* in κ desunt, sed in marg. scribuntur. *Criminis* non est in L.—7 Sch. *Comp. est, quando aliq. factum.*—8 ω 1. et Sch. omittunt voces *per se.*—9 θ *approbandum.*—10 Leid. 2. *circumsederetur:* Voss. 2. *circumdaretur:* ed. Omnib. *circum obsederetur.*—11 A Leid. 3. absunt voces *cum eis;* pro quibus B M W θ κ habent *cum hostibus.*—12 *Relinqueret* non est in M. Lamb. habet *milites abduceret.*—13 L *servavit.*—14 Leid. 1. *Inc. hic def.* ed. Omnib. *Inc. huic def.* Post *definitio,* addunt Voss. 1. Leid. 3. *quid sit minuere majestatem;* et L W θ, ω 2. *quid sit lædere majestatem,* quæ verba agnoscunt edd. nonnullæ ante Lamb.—15 Voss. 2. *hunc comparationis locum.* B L M W ψ cum Oliv. *de quo*

## NOTÆ

[m] *Comparatio*] Dicitur et compensatio, cum ostenditur alterum e duobus agendum fuisse, et quod actum est satius fuisse. Consulantur notæ in lib. II. Herenn. § 21. et lib. IV. § 34.

fecisti. Ex quibus sunt judicationes,[17] Periissentne? et, Ideone fecerit? aut hæc comparativa,[t] cujus nunc indigemus, At enim satius fuit amittere milites, quam arma et impedimenta hostibus concedere. Ex qua judicatio nascitur, Cum omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent,[18] utrum satius fuerit[19] amittere milites, an ad hanc conditionem venire?[20] 74. Hoc causæ genus ex his locis tractari oportebit, et adhibere[1] [n] ceterarum quoque constitutionum rationem atque præcepta; ac maxime conjecturis[2] faciendis infirmare illud, quod cum eo, quod crimini dabitur,[3] ii, qui accusabuntur, comparabunt. Id fiet, si aut id,[4] quod dicent defensores futurum fuisse, nisi id factum esset, quo de facto[5] judicium est, futurum fuisse negabitur: aut si alia ratione, et aliam ob causam, ac dicet se reus fecisse, demonstrabitur esse factum. Ejus rei confirmatio, et item contraria de parte infirmatio ex conjecturali constitutione sumetur. Sin autem[6] certo nomine maleficii[7] vocabitur in judicium, sicut in hac causa (nam majestatis arcessitur,[u]) definitione, et definitionis præceptis

[t] *Hæc judicatio qua res una cum altera comparatur.*
[u] *Vocatur in judicium propter crimen imminutæ majestatis.*

*agitur.*—16 Voss. 1. Leid. 3. *perirent.*—17 Voss. 2. Pal. 1. *judicationes,* omisso *sunt:* B et Voss. 1. *est judicatio:* ω 1. et Sch. *judicatio est,* prob. Grut. L W θ *judicatio est, vel sunt judicationes.*—18 Schutz. e conj. cum Wetzel. *venisset.* Gronovius suspic. *venissem* legend.—19 κ *utrumne:* et M *satius fuit.*—20 Sch. *ad hanc pactionem venire.*—1 M, ω 2. Grev. et Orell. *ex suis locis:* Schutz. *et ex suis locis.* Vulg. *ex his locis.* Dein Voss. 1. *tractare conveniet. Oportebit adh.* Sch. Voss. 1. Leid. 3. Wetzel. et Orell. *tractari oportebit, et adh.* ut conj. Lamb. A Voss. 2. et Leid. 2. abest quoque *conveniet.* In Leid. 2. *tractari oportebit. Oportet adh.* Schutz. *tractare oportebit, et adh.* ω 1. *tractare oportebit. Adhibere:* Guelf. 1. *tractari convenit et op. adh.* B *tractari et adh.* Vulg. *tractari conveniet. Oportebit adh.*—2 ω 2. *in conjecturis.*—3 M *quod criminabitur.*—4 Leid. 3. *Id autem fiet;* et Voss. 2. *non aut id.*—5 Al. *de quo.* Suprascr. in M *factum.*—6 ω 1. Sch. Leid. 2. *sumitur.* Tum ω 1.

## NOTÆ

[n] *Oportebit, et adhibere* [*Oport. adh.*] In statu comparationis actor ceterarum constitutionum ac maxime conjecturalis utatur subsidio: sic in exemplo mox allato, imperator majestatis accusatus, fuisse periturum ait exercitum, nisi arma traderet hostibus; actor vel ex conjecturali constitutione persuadeat, non fuisse periturum si acriter restitissent, vel demonstret salvis aliquot ignavis militibus minorem in remp. redundare utilitatem, quam armorum deditione ignominiæ notam.

uti oportebit.[8] XXV. Atque hoc quidem plerumque in genere[x] accidit, ut et[9] conjectura et definitione utendum sit. Sin aliud quoque aliquod genus incidet,[10] ejus generis[11] præcepta licebit huc pari ratione transferre. Nam accusatori maxime est in hoc elaborandum,[12] ut id[13] ipsum factum, propter quod sibi reus concedi[y] putat[14] oportere, quam plurimis infirmet rationibus. Quod facile est,[15] si quamplurimis constitutionibus aggreditur[16] id improbare. 75. Ipsa autem comparatio, separata a ceteris generibus controversiarum, sic ex sua vi considerabitur, si illud, quod comparabitur, aut non honestum,[o] aut non utile, aut non necessarium fuisse, aut non tantopere utile, aut non tantopere honestum, aut non tantopere necessarium demonstrabitur.[17] Deinde, oportet accusatorem, illud, quod ipse arguat,[18] ab eo, quod defensor comparat,[19] separare. Id autem faciet, si demonstrabit, non ita fieri solere, neque

[x] *Comparativo.* [y] *Indulgeri.*

*Si autem.*—7 κ *maleficium.*—8 Sex Oxonn. Mss. cum Oliv. *oportet.*

Cap. XXV. 9 Octo Oxonn. Mss. et omnes Mss. Oud. ac tres Mss. ap. Lamb. cum ed. Omnib. Junt. Crat. Lamb. et Oliv. *Atque hæc quidem plerumque in hoc gen.* nisi quod Leid. 2. *in* omittat. ω 1. *Atque hæc quod plerumque in hoc gen.* Pall. omnes *Atque hoc quidem plerumque in hoc gen.* Schutz. et Orell. *Atque hoc quidem plerumque in hoc gen.* quo modo Lamb. conj. legend. aut *Atque hoc quidem plerumque in gen.* ut Grut. Græv.-Burm. Lall. et Wetzel. habent. Tum B L M W θ κ, ω 2. omnes Pall. et omnes Mss. Oud. ac tres Mss. ap. Lamb. cum ed. Omnib. *accidunt:* ω 1. *accidant:* ψ, Junt. Crat. Lamb. et Oliv. *incidunt.* Vulg. *accidit.* Denique ed. Omnib. *ut in conj.* L κ ψ, ω 1. 2. omnes Pall. ac Junt. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. *ut conj.* Ern. e Mss. edidit *ut et conj.* quod habent B M W θ, omnes Mss. Oud. cum Schutz. Wetzel. et Orell.—10 L θ κ, Leid. 2. *Sin autem aliud quoque.* Tum Sch. *incidit.*—11 θ *et ejus gen.*—12 Ab ed. Omnib. absunt *ab hoc.* Sch. Voss. 1. Leid. 3. *laborandum.*—13 ω 1. non habet *id.*—14 B L et Leid. 2. *putet.*—15 Schutz. *facile erit.*—16 B L M, ω 1. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. ed. Omnib. Grut. et Schutz. *aggredietur;* et ita legend. Lamb. censuit. Vulg. *aggrediatur.* Ern. e Cass. dedit *aggreditur;* et ita habent θ et Wetzel.—17 *Demonstrabitur* abest a Mss. plerisque, etiam Sch. Voss. 2. ed. Omnib. ac Mss. ap. Ern. qui *fuisse,* quod omnes habent, expunxit; et eum sequuntur Schutz. et Wetzel. Vulg. *necess. fuisse demonstrabitur.*—18 Schutz. e conj.

NOTÆ

[o] *Aut non honestum, &c.*] Ut in eodem hæreamus exemplo, actor ostendet turpe fuisse pactione ignava vitam redimere: non utile reip. cum id facinus in pessimum trahi possit exemplum: non necessarium, cum armati, quibus animus non deest, quidvis audeant.

oportere, neque esse rationem, quare hoc propter hoc[20] fiat, ut, propter salutem militum, ea, quæ salutis causa comparata sunt, hostibus tradantur. Postea comparare oportebit cum beneficio maleficium, et omnino id, quod arguitur, cum eo, quod factum ab defensore laudatur,[1] aut faciendum fuisse demonstrabitur,[2] contendere,[z] et hoc extenuando, maleficii magnitudinem simul adaugere. Id fieri poterit, si demonstrabitur, honestius, utilius, magis necessarium fuisse id quod[3] vitarit reus, quam illud quod fecerit. 76. Honesti autem et utilis et necessarii vis et natura in deliberationis præceptis cognoscetur. Deinde oportebit ipsam[4] illam comparativam judicationem exponere, tanquam causam deliberativam, et de ea ex deliberationis[5] præceptis deinceps[6] dicere. Sit enim hæc judicatio,[7] quam ante exposuimus. Cum omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent,[8] utrum satius fuerit perire milites, an[9] ad hanc pactionem venire. Hoc ex locis deliberationis,[p] quasi aliquam in consultationem res veniat,[10] tractari oportebit. XXVI. Defensor autem, quibus in locis ab accusatore aliæ constitutiones erunt inductæ, [*p.* 72.] in iis ipse quoque ex iisdem constitutionibus defensionem comparabit: ceteros autem omnes locos, qui ad ipsam comparationem pertinebunt, ex contrario tractabit. 77. Loci communes erunt,[11] accusatoris, in eum, qui cum de

[z] *Comparare.*

cum Wetzel. edidit *arguit.*—19 Lamb. *comparet.*—20 Voces *propter hoc* in κ desunt.—1 θ κ, ω 2. omnes Mss. Oud. cum Grut. Græv.-Burm. et Lall. *laudabitur:* B L M W ψ, ω 1. Guelf. 2. Junt. Lamb. Oliv. Schutz. Wetzel. et Orell. *laudatur.*—2 B L M W ψ, ω 1. Junt. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *demonstratur.* 'Præstet fortasse,' ait Orell. '*arguetur* ... *laudabitur* ... *demonstrabitur.*'—3 Vulg. *fuisse illud quod.* Ern. correxit e Leid. 2. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *fuisse id quod.* ω 2. Guelf. 1. *fuisse quod.*—4 In θ *ipsam* omittitur.—5 θ *et de ea ut ex del.*—6 *Deinceps* abest ab ω 1. Sch. Leid. 3.—7 Voss. 1. *Sit enim in hac judicatione.*—8 Schutz. e conj. *venisset.*—9 ψ *quam.*—10 Leid. 1. *veniant.*

CAP. XXVI. 11 Vulg. *Loci autem comm.* Ern. delevit *autem*, quod omittunt B L M W κ, ω 1. omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. Lamb. Schutz. Wetzel.

NOTÆ

p *Ex locis deliberationis*] Quatuor ennumerat Dionysius Hal. justum, utile, honestum, possibile; ex quibus deliberationum capita ducuntur.

facto turpi aliquo, aut inutili, aut utroque[12] fateatur, quærat tamen aliquam defensionem, et facti inutilitatem,[13] aut turpitudinem cum indignatione proferre; defensoris,[14] nullum factum inutile, neque turpe, neque item utile, neque honestum putari[15] oportere, nisi, quo animo, quo[16] tempore, qua de causa factum sit, intelligatur: qui locus ita communis est, ut bene tractatus in hac causa, magno ad persuadendum momento futurus sit: et alter locus,[17] per quem magna cum amplificatione, beneficii magnitudo ex utilitate, aut honestate,[18] aut facti necessitudine demonstratur: 78. et tertius, per quem res expressa verbis, ante oculos eorum, qui audiunt, ponitur, ut ipsi se quoque idem[19] facturos fuisse arbitrentur, si sibi illa res, atque ea faciendi[20] causa per idem tempus accidisset.

Relatio criminis est, cum reus id, quod arguitur, confessus, alterius se inductum peccato, jure fecisse demonstrat. Ea est hujusmodi: Horatius,[1] [q] occisis tribus Curiatibus,[2] et duobus amissis fratribus, domum se victor recepit. Is animadvertit[3] sororem suam de fratrum morte non laborantem: sponsi autem nomen appellantem identidem Curiatis[4] cum gemitu et lamentatione. Indigne[5] passus, virginem occidit. Accusatur.[r] 79. Intentio est, Injuria so-

---

et Orell. Pro *erunt*, B M W, ω 1. Leid. 1. Voss. 2. habent *inerunt*.—12 Sch. a m. sec. et Ms. Cass. *utrumque*.—13 Al. non habent *et*. In W θ *facti utilitatem*.—14 Vulg. *def. est*. Ern. e Guelf. 1. 2. delevit *est*; et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—15 θ *putare*.—16 ω 1. omittit *quo*.—17 Leid. 2. *et alterius locus*. Deest *locus* Leid. 3.—18 M *atque hon*.—19 κ *eadem*.—20 κ *perficiendi*.—1 ω 2. *Oratius*.—2 ψ, ω 1. Leid. 3. Lamb. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. *Curiatiis*: Pal. 2. et Leid. 3. *Curiatis*. E Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. et Mss. suis, atque edd. pr. *Curiatibus* edidit Ern. item etiam B L M W θ κ, ω 2. et Wetzel.—3 θ, ω 2. Leid. 1. *Is cum animadv*. ed. Omnib. *Is cum animadverterit*.—4 Leid. 3. *Curiati*: κ ψ, ω 1. 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Lamb. Oliv. Græv.-Burm. Lall. Schutz. et Orell. *Curiatii*: B L M W θ,

NOTÆ

[q] *Horatius*] A. U. C. 87. ante Chr. 667. bello Romanos inter et Albanos parato finem imposuit memorabilis trigeminorum fratrum hinc inde pugna, quam fuse et eleganter Livius lib. I. refert; observatque, etsi res antiqua nulla sit nobilior, tamen in re tam clara, utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint, auctores utroque trahere: plures tamen inveniri, qui Romanos Horatios vocent, et in eam se ait opinionem inclinare.

[r] *Accusatur*] Horatius, interfecta sorore, in jus ad Tullum Hostilium

rorem occidisti. Depulsio est,[6] Jure occidi. Quæstio est, Jurene occiderit. Ratio est, Illa enim hostium mortem lugebat, fratrum negligebat:[7] me et populum Romanum vicisse moleste ferebat. Infirmatio est, Tamen a fratre indemnatam[8] necari non oportuit. Ex qua judicatio fit:[9] Cum Horatia fratrum mortem negligeret, hostium lugeret, fratris[10] et populi Romani victoria non gauderet, oportueritne eam a fratre indemnatam necari? XXVII. Hoc in genere causæ,[11] primum si quid ex ceteris[12] dabitur constitutionibus, sumi oportebit,[a] [13] sicut in comparatione præceptum est:[14] postea si qua facultas[s] erit, per aliquam constitutionem illum, in quem crimen transfertur,[15] defendere:[b] 80. deinde, levius esse,[t] quod in alterum peccatum[16] reus transferat, quam quod ipse susceperit:[17] postea translationis partibus uti,[u] et ostendere a quo, et per quos, et quo modo, et quo tempore aut agi, aut judicari, aut statui

[a] *Si quid, quod a nobis faciat, sese obtulerit.* [b] *Oportebit.*

Junt. et Wetzel. *Curiatis.*—5 Lamb. *Hoc indigne.*—6 κ *Depulsio,* sine *est.*—7 θ *fratrum naturam negl.* Voss. 1. *fratrem negl.*—8 Sch. Voss. 1. *indamnatam.*—9 B L κ *Ex quo;* et θ *jud. est.*—10 B L M W, ω 2. Oliv. et Lall. *de fratris.*

Cap. XXVII. 11 Post *causæ,* Sch. addit *quidem.*—12 Leid. 2. *de ceteris.*—13 Lamb. et Schutz. *sumi ab accusatore oport.*—14 ω 1. *sicuti præc. est:* ω 2. et Lamb. *sicuti in comp. præc. est.*—15 Pro *crimen,* in M *culpa.* B L M W θ κ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *transferetur:* ω 1. *transferatur.*—16 ω 2. *illud peccatum quod in alt.* Vulg. *illud quod in alt. pecc.* Ern. cum Schutz. et Wetzel.

## NOTÆ

regem raptus est: a Tullo duumviri capitales ex lege facti qui Horatio perduellionem judicarent. Hic damnatus, jamque comprehensus a lictore, ad populum auctore Tullo provocat: quo in judicio, maxime Horatio patre proclamante se filiam jure cæsam judicare, populus patris lacrymis commotus filium absolvit, magis admiratione virtutis, quam jure causæ. Livius lib. I.

[s] *Postea si qua facultas*] In relatione criminis præceptorum usum accommodemus proposito Horatii exemplo. Accusandus est Horatius? defendenda ejus soror per aliquam constitutionem, v. g. conjecturalem. Flevit illa quidem; at non odio patriæ victoriam fratris, sed amore licito sponsi mortem deploravit.

[t] *Levius esse*] Esto sane peccaverit aliquid Horatia; quanto gravius Horatius, cum inflammatus furore crudeli parricidio sororem gladio transfixit!

[u] *Translationis partibus uti*] Mortem meruerit soror: hanc inferre non debuit frater indemnatæ, neque lætitiam civitatis intempestiva cæde turbare.

de ea re convenerit; ac simul ostendere, non oportuisse ante supplicium, quam judicium, interponere.[c] Tum [18] leges quoque [x] et judicia demonstranda sunt, per quæ potuerit [19] id peccatum, quod sponte sua reus punitus sit,[d] moribus [20] et judicio vindicari. Deinde negare debebit,[1] [y] audiri oportere id, quod in eum criminis conferatur, de quo is [2] ipse, qui conferat, judicium fieri noluerit: et id, quod judicatum non sit, pro infecto haberi oportere: 81. postea impudentiam demonstrare [3] eorum, qui eum nunc apud judices accusent, quem sine judicibus ipsi condemnarint: et de eo judicium faciant, de quo jam ipsi supplicium sumserint. Postea perturbationem judicii futuram dicemus,[4] et judices longius, quam potestatem habeant, progressuros, si simul et de reo, et de eo, quem reus arguat,[5] judicarint: deinde, hoc si constitutum sit, ut peccata homines peccatis, et injurias injuriis ulciscantur, quantum incommodorum [6] consequatur: ac si idem facere ipse,[7] qui nunc accuset,[z] voluisset,[8] ne hoc quidem ipso quicquam opus fuisse judicio:[9] si vero ceteri quoque idem faciant,[10] om-

[c] *Exempli gratia, in causa Horatii non debuisse sumi supplicium de ejus sorore, antequam judicium de ea esset institutum.*
[d] *Ultus fuerit.*

delevit *illud*, quod abest a Voss. 1.—17 ω 1. *suscepit: θ susceperat.*—18 Deest *Tum* Voss. 1.—19 W θ *potueritne.*—20 ω 1. *majoribus.*—1 *Debebit* abest a Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3.—2 Sch. Voss. 1. omittunt *is.*—3 κ *imprudentiam monstrare.*—4 ω 1. *dicet.* Lamb. et Schutz. deleverunt *dicemus:* Wetzel. et Orell. uncis includunt.—5 Sch. *quem reus accusat.*—6 ω 1. *incommodum.*—7 Leid. 2. *ille.*—8 Ern. e conj. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *accuset.* Tum B ψ et ed. Omnib. *valuisset.* Post *voluisset*, additur in Voss. 1. Leid. 3. *si potuisset sine judicio, quem accusat, punire:* in Sch. est hæc nota marginalis.—9 Pro *quidquam*, quod in M deest, ω 1. habet *quoque.* Dein octo Oxonn. Mss. et paucæ edd. *fuisset jud.*—10 Post *ceteri*, addit Leid. 3. *ut sine judicio*

## NOTÆ

[x] *Tum leges quoque*] Si facinus admisit, ex æquitate legum, immo ex judiciorum severitate plectatur.

[y] *Negare debebit, &c.*] Judicium de sororis crimine noluit Horatius institui; quid eum audimus sorori crimen exprobrantem? Eam nunc coram judicibus accusat, quam sine judicibus condemnavit, et morte affecit.

[z] *Si idem facere ipse, qui nunc accuset, &c.*] Si vestigiis Horatii voluisset accusator insistere, potuisset ipsum Horatium ut parricidii reum sine judicio interficere. Occidit indemnatam sororem Horatius, Horatium indemnatum occideret accusator; et sic omnis judiciorum ratio subverteretur.

nino judicium nullum futurum. 82. Postea demonstrabitur, ne, si judicio quidem illa damnata esset, in quam id crimen ab reo[11] conferatur, potuisse hunc ipsum de illa supplicium sumere: quare esse indignum,[12] eum, qui ne de damnata[13] quidem pœnas sumere potuisset,[14] de ea supplicium sumsisse, quæ ne adducta quidem sit in judicium.[15] Deinde postulabit, ut legem, qua lege[16] fecerit, proferat. Deinde quemadmodum in comparatione præcipiebamus,[17] ut illud quod comparabitur,[18] extenuaretur ab accusatore quammaxime; sic in hoc genere oportebit illius culpam, in quem crimen transferetur,[19] cum hujus maleficio, qui se jure[20] fecisse dicat, comparare. Postea demonstrandum est, non esse illud ejusmodi, ut ob id[1] hoc fieri conveniret. Extrema est, ut in comparatione,[2] assumtio judicationis, et de ea per amplificationem ex deliberationis præceptis[a] dictio.[e][3] XXVIII. 83. Defensor autem, quæ per alias constitutiones inducentur,[4] ex iis locis, qui traditi sunt, infirmabit: ipsam autem relationem comprobabit, primum augendo ejus,[b] in quem refert[5] crimen,

[e] *In relatione criminis, sicut in comparationis statu, hoc ultimo agendum est, ut assumatur id, in quo summa causæ vertitur, et de eo disseratur per amplificationem juxta præcepta deliberationis.*

*puniant eos quos accusant*; quæ verba suprascr. in Sch. Unus Ms. ap. Lamb. post *faciant*, addit, *ut sine judicio eos puniant quos accusant.*—11 M et ω 1. *ab eo.*—12 Voss. 2. *quare esse dicet ind*—13 θ *nec dam.* ω 2. *ne de indempnata.*—14 B M W θ, ω 2. Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. et Mss. ap. Gronov. *sum. ipse pot.*—15 θ *quæ nec adducta*; et L, Sch. Voss. 1. *ad judicium.*—16 *Lege* in κ deest.—17 Leid. 3. *præcipiebatur.*—18 ω 1. *comparatur*: Guelf. 2. et Sch. *compararetur.* Vulg. *comparabatur.* Ern. e Cass. edidit *comparabitur*; et eum Wetzel. sequitur.—19 ω 1. *crimen in quem transferatur.* In κ quoque *transferatur*: Sch. Voss. 1. *transfertur.*—20 Sch. a m. pr. *rem jure*, suprascr. *se*: L *rem se jure*: M *se rem jure.*—1 θ non habet *id.* Mox, Ern. suspicatur scribend. aut *convenerit*, aut *conveniat.*—2 ω 1. *Extrema est autem, sicut in comp.*—3 Sch. a m. pr. Leid. 3. *præc. dicatur.*

CAP. XXVIII. 4 κ *inducuntur.*—5 M W θ κ, quatuor Mss. Oud. et ed.

## NOTÆ

[a] *Ex deliberationis præceptis*] Demonstranda est æquitas, utilitas, honestas sententiæ in Horatium ferendæ.

[b] *Augendo ejus, &c.*] Hærebimus in eodem Horatii exemplo. De fratris victoria, de parta patriæ salute dolere, hostis necem, triumphantis urbis plausus iniquo animo ferre, quantum facinus! Aliorum hujus status locorum per se facilium exempla quivis assequi potest.

culpam et[6] audaciam, et quammaxime per indignationem, si res feret, juncta[7] conquestione, ante oculos ponendo.[8] Postea levius demonstrando reum punitum,[9] quam sit ille promeritus, et suum supplicium[10] cum illius injuria conferendo.[11] Deinde oportebit eos locos, qui ita erunt ab accusatore tractati, ut refelli,[12] et contrariam in partem[c] converti possint,[13] quo in genere sunt tres extremi, contrariis rationibus infirmare. 84. Illa autem acerrima accusatorum criminatio, per quam perturbationem fore omnium judiciorum demonstrant,[14] si de indemnato[15] supplicii sumendi potestas data sit, levabitur,[16] primum si ejusmodi demonstrabitur injuria, ut non modo viro bono, verum omnino homini[17] libero videatur non fuisse toleranda: deinde ita perspicua, ut ne ab ipso quidem, [*p.* 73.] qui fecisset,[18] in dubium vocaretur: deinde ejusmodi,[19] ut in eam is maxime debuerit animadvertere, qui animadverterit;[20] ut non tam rectum, non tam fuerit honestum, in judicium illam rem pervenire,[1] quam eo modo, atque ab eo vindicari,[2] quomodo et a quo sit vindicata: postea sic rem fuisse apertam, ut judicium de ea re fieri nihil attinuerit. 85. Atque hic demonstrandum[3] est rationibus, et rebus similibus,[4] permultas ita[5] atroces et perspicuas res esse,

Lamb. *referet:* ω 2. Leid. 1. *referat:* ω 1. *transferret:* ed. Omnib. *feret.*—6 In κ copula omittitur.—7 θ *juncta feret.*—8 Sch. *ponenda*, 'prave,' ait Oud.—9 ω 1. *dem. se pun.* Sch. *se pun. demonstrandum*, et a m. sec. *demonstrando se reum punit.*—10 In Mss. ap. Oud. *quam sit illius pro meritis:* unde Schutz. de Oud. conj. recepit *quam illius pro meritis.* Lamb. censet legend. *quam sit ille meritus.* Porro Schutz. suspicatur corrigend. *et sumtum supplicium.*—11 Sch. *conferendum.*—12 κ *ut et ref.*—13 Leid. 3. *conv. non possint.*—14 ω 1. *judicatorum;* et W *demonstratur.*—15 Sch. *de indamnato:* Voss. 2. *de indemnatis.*—16 Leid. 1. *leviabitur;* θ κ, Voss. 1. Leid. 2. 3. *alleviabitur*, 'barbare pro *elevabitur*,' ait Oud. In ω 2. *alleviabitur hoc modo.*—17 Quædam edd. ante Lamb. *verum etiam hom.*—18 Leid. 2. *quod fec.*—19 Leid. 2. *deinde de ejusm.* Tum Lamb. *ut in eum.*—20 Leid. 2. *quod animadv.* Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. *qui animadvertit.*—1 B *venire:* Sch. a m. pr. Voss. 1. *pertinere.*—2 Vulg. *vindicare.* Ern. e Mss. Cass. Guelf. 1. 2. Leid. 2. 3. et edd. vett. correxit *vindicari;* quod habent etiam Schutz. Wetzel. et Orell.—3 M *Atque hoc dem.*—4 Leid. 1. *et his sim. rebus.*—5 θ non habet *ita.* Mox, in eodem Ms. desunt

NOTÆ

[c] *Contrariam in partem*] Ut, e. g. cum superius dictum fuerit ab accusatore, non debuisse a fratre sororem occidi, reus contendat magis a fratre debuisse.

ut de his non modo non necesse sit, sed ne utile quidem, quam mox[6] judicium fiat, expectare. Locus communis[7] accusatoris in eum, qui cum id, quod arguitur, negare non possit, tamen aliquid sibi spei comparet ex judiciorum[8] perturbatione. Atque hic[9] utilitatis judiciorum demonstratio, et de eo conquestio, qui supplicium dederit indemnatus; in ejus autem,[10] qui sumserit, audaciam et crudelitatem, indignatio. 86. Ab defensore,[11] in ejus, quem ultus sit, audaciam sui conquestione:[12] [d] rem non ex nomine ipsius negotii, sed ex consilio ejus qui fecerit, et causa, et tempore considerari oportere: quid mali futurum sit, aut ex injuria, aut ex scelere[13] alicujus, nisi tanta et tam perspicua audacia ab eo, ad cujus famam, aut ad parentes aut ad liberos pertinuerit,[14] aut ad[15] aliquam rem, quam caram esse omnibus, aut necesse est, aut oportet esse, fuerit vindicata.[16]

XXIX. Remotio criminis est, cum ejus intentio[17] facti, quod ab adversario infertur, in alium, aut in aliud demovetur.[18] Id fit bipertito: nam tum causa,[19] tum res ipsa removetur.[f] 87. Causæ remotionis hoc nobis exemplo sit:[20] Rhodii quosdam legarunt Athenas.[1] Legatis quæ-

[f] *Id fit duplici modo ; nam culpa conjicitur vel in personam vel in rem: hoc sit exemplum culpæ conferendæ in personam.*

voces *non modo.*—6 Vulg. *quin mox.* Ern. e conj. edidit *quam mox;* et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—7 B *expectari:* et κ *Locus autem comm.* —8 Leid. 1. ed. Omnib. *aliquod sibi spei;* et θ *comparat et ex jud.*—9 In ω 1. deest *hic.*—10 Deest *autem* Sch. a m. pr. Tum Leid. 2. *quod sumserit.* Mox κ, Leid. 1. 3. *indignatio est.*—11 κ *Ab def. est:* ω 2. *Ob def.*—12 ψ et Orell. *aud. sui conquestio:* Lamb. Oliv. Lall. Schutz. et Wetzel. *aud. conquestio:* Junt. et Græv.-Burm. *aud. conquestione:* Leid. 2. *aud. sua conquestione:* Sch. a m. pr. *aud. conquestio est:* Leid. 3. *aud. conquestione est:* B M W θ κ, ω 1. 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. et omnes Pall. cum Vict. Manut. Grut. *aud. sui conquestione.* Tum ω 2. *et rem.*—13 Sch. Voss. 1. 2. *aut scel.* omissa præpositione.—14 κ, Sch. Leid. 3. *pertinet.*—15 Leid. 1. Voss. 2. carent præpositione.—16 Voss. 2. *oport. esse vind.* Sch. *oport. esset vind.* Voss. 1. Leid. 3. *oport. esse, sit vind.* θ *oport. esse, fuerit judicata.*

CAP. XXIX. 17 ω 2. *hujus int.*—18 Sch. *aut in aliud crimen dem.* Lamb. *removetur:* al. *dimovetur.*—19 κ *Et id fit bip.* Voss. 1. Leid. 3. *Nam tum causa ipsa.*—20 Sch. Leid. 1. *Causa remot.* Tum κ et ω 1. *exemplum sit.*—1 Sch. *legatorum Ath. miserunt:* Voss. 1. *legatos Ath. miserunt.* In B M *lega-*

NOTÆ

[d] *Sui conquestione*] Legendum fortasse, ut conjiciunt Lambinus et Gulielmius, *sit conquestio.*

stores sumtum, quem oportebat [2] dari, non dederunt. Legati profecti non sunt. Accusantur. Intentio est, Proficisci oportuit. Depulsio est,[3] Non oportuit. Quæstio est, Oportueritne. Ratio est, Sumtus enim qui de publico dari solet, is ab quæstore [4] non est datus. Infirmatio est, Vos tamen id,[5] quod publice vobis datum erat negotii, conficere oportebat. Judicatio est,[6] Cum iis, qui legati erant, sumtus, qui de publico debebatur, non daretur, oportueritne eos conficere nihilominus legationem? Hoc in genere primum, sicut in ceteris, si quid aut ex conjecturali,[7] aut ex alia constitutione [8] sumi possit, videri [9] oportebit. Deinde pleraque et [10] ex comparatione, et ex relatione criminis in hanc quoque causam convenire poterunt. 88. Accusator autem illum, cujus culpa id factum reus dicet, primum defendet, si poterit: [11] sin minus poterit, negabit, ad hoc judicium, illius, sed hujus,[12] quem ipse [13] accuset, culpam pertinere. Postea dicet, suo quemque officio consulere oportere: nec, si ille peccasset, hunc oportuisse [14] peccare: deinde si ille deliquerit, separatim illum, sicut hunc, accusari oportere, et non cum hujus defensione [15] conjungi illius accusationem. Defensor autem cum cetera,[16] si qua ex aliis incident constitutionibus, pertractarit,[17] de ipsa remotione sic argumentabitur. 89. Primum cujus acciderit [18] culpa, demonstrabit: deinde, cum id aliena culpa [19] accidisset, ostendet se aut non potuisse,[20] aut non debuisse id facere, quod accusator dicat oportuisse: quod non potuerit,[1] ex utilitatis partibus, in quibus est necessitudinis vis implicata: [ε] [2] quod non debuerit, ex honestate

[ε] *Ostendet ab utili, cui fuerit adjuncta necessitas non agendi.*

---

*runt*, sed supra lin. ' vel *legatos miserunt.*'—2 θ *oporteret.*—3 B et Sch. *Depulsio*, omisso *est.*—4 *Ab quæstore* in κ desunt.—5 Leid. 2. caret *id.*—6 *Est* non habet Sch.—7 ω 2. *ut in cet.* et ω 1. *si quid ex conj.* post quam vocem Crat. et Lamb. addiderunt *aut ex definitiva.*—8 Pro *constitutione*, Sch. a m. pr. habet *fine.*—9 ' *Videre* Ern. suspicio, recepta a Schutz. [et Wetzel.] sed sic jam habet Lamb.' *Orell.*—10 Al. carent copula.—11 Sch. *def. si potuerit:* ed. Omnib. *si poterit def.*—12 W *neg., hoc jud. ad illius, sed hujus:* ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. *neg. hoc jud. ad illius, sed ad hujus:* Lamb. *neg. hoc ad jud. illius, sed ad hujus.*—13 Ern. censebat *ipse* del.—14 κ *hunc ideo op.*—15 Voss. 1. Leid. 3. *cum hujusmodi def.*—16 M W θ, Sch. a m. sec. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. *cum et cet.*—17 M *tractaverit.*—18 Voss. 2. *si quid acc.*—19 *Culpa* non est in Leid. 3.—20 Pro *potuisse*, M habet *oportuisse.*—1 ω 1. *et quod non pot.* M *quod non oportuerit.*—2 Vulg. *vis implicata demonstrabit.* Verbum

considerabitur.[3] De utroque distinctius in deliberativo genere dicetur. Deinde omnia facta esse ab reo,[h] [4] quæ in ipsius fuerint potestate; quod minus, quam convenerit,[5] factum sit,[i] culpa id alterius accidisse. 90. Deinde in alterius culpa[6] exponenda demonstrandum est, quantum voluntatis et studii fuerit in ipso: et id signis confirmandum[7] hujusmodi; ex cetera diligentia; ex ante factis, aut dictis; atque hoc ipsi utile fuisse facere, inutile autem non facere; et cum cetera vita[8] magis hoc fuisse consentaneum, quam quod propter alterius culpam non fecerit. XXX. Si autem[9] non in hominem certum, sed in rem aliquam causa dimovebitur, ut[10] in hac eadem re,[k] si quæstor mortuus esset, et idcirco legatis pecunia data non esset; accusatione alterius, et culpæ depulsione[11] demta ceteris similiter uti locis oportebit, et ex concessionis partibus, quæ convenient,[12] assumere: de quibus post[13] nobis dicendum erit. 91. Loci autem communes iidem utrisque[14] fere, qui superioribus assumtivis, incident: hi tamen certissimi:[15] accusatoris, facti indignatio; defensoris,[16] cum in alio culpa sit, in ipso[17] non sit, supplicio se affici[18] non oportere.

Ipsius autem rei fit remotio, cum id, quod datur crimini,

[h] *Ab eo qui accusatur.*
[i] *Si quid minus factum sit quam expediret.*
[k] *Si culpa transferatur in rem aliquam, ut in hoc eodem exemplo.*

*demonstrabit* delevit Ern. et id non habent Sch. a m. pr. Leid. 2. duo Mss. ap. Lamb. cum Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell.—3 Sch. *quod deb.* omissa negativa particula, improb. Oud. Leid. 2. *ex honestatis cons.* non improb. Orell. Leid. 1. *ex honesto cons.*—4 Sch. *facta ea ab reo.*—5 M *convenerint.*—6 Voss. 2. *alt. in culpa:* Sch. *alt. culpa*, sine præpositione.—7 M *signis demonstrandum est hujusm.*—8 Sch. *ceteræ vitæ*, prob. Oud.

CAP. XXX. 9 Al. *Sin autem.* In ω 2. *Si aut.*—10 *Ut* non est in θ. Mox κ *mortuus*, omisso *esset.*—11 κ *defensione;* sed *depulsione* in marg. scribitur.—12 M *conveniunt:* Voss. 2. *conveniant.*—13 L M θ, Sch. Leid. 1. Voss. 2. carent *post.*—14 B L M, ω 1. Grev. Pal. 2. 3. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. et Lamb. *utrique:* Pal. 1. *utriusque.*—15 θ κ, ω 1. Voss. 1. *hic tamen:* Sch. a m. pr. *hi tunc:* ω 2. Voss. 1. Leid. 3. *hi autem.* Tum Orell. e B L M, ω 1. 2. et omn. Mss. Oud. ac ed. Omnib. dedit *certissime.*—16 Voss. 1. *indignatio est;* et M *defensoris vero, cum.*—17 ω 2. *culpa, aut in ipso:* L et pauci alii *culpa sit, et in ipso:* B M W θ κ, quinque Mss. Oud. cum edd. ante Grut. *culpa sit, aut in ipso:* Leid. 3. *culpa sit, autem in ipso.* Vulg. *culpa sit, in ipso.*—18 Edd. pr. *se reum aff.* Plures Mss. et vulg. *reum aff.* E libris scriptis, Leid. 1. 2. Cass. Guelf. 2. *se aff.* dedit Ern. quem Schutz. Wetzel. Orell. sequuntur; et

negat neque ad se, neque ad officium suum [19] reus pertinuisse: [l] nec, si quod in eo sit delictum,[20] sibi attribui oportere. Id genus causæ est hujusmodi: In eo fœdere, quod factum est quondam [1] cum Samnitibus,[e] quidam adolescens nobilis [2] porcam sustinuit [f] jussu imperatoris.[m] Fœdere autem ab senatu [3] improbato, et imperatore Samnitibus dedito, quidam in senatu eum quoque dicit,[4] qui porcam tenuerit, dedi oportere. 92. Intentio est, Dedi oportet. Depulsio est, Non oportet.[5] Quæstio est,[6] Oporteatne. Ratio est, Non enim meum fuit [7] officium, nec mea potestas,[8] cum et id ætatis,[9] et privatus essem, et esset summa cum auctoritate et potestate [10] imperator, qui videret,[11] ut satis honestum fœdus feriretur.[n] Infirmatio

[l] *Cum is qui accusatur dicit objectum crimen neque ad se, neque ad suum officium spectare.*

[m] *Tenuit jubente duce.*

[n] *Qui poterat dare operam ut honestum fœdus percuteretur.*

sic M B, ω 2. In ω 1. *affici*, sine *se* et *reum.*—19 M *aut ad se, aut ad off. suum.*—20 Voss. 1. Leid. 3. *si quid . . . delicti*, prob. Oud. Schutz. e Guelf. 2. *si quid . . . delictum sit*, prob. Ern. Orell. *si quid . . . sit delictum.* Vulg. *si quod . . . sit delictum.* Dein *sibi* in M deest.—1 M non habet *quondam.*—2 L et Leid. 2. *prænobilis:* ω 2. *pernobilis.*—3 Leid. 2. *Fœd. autem hoc a sen.* In ω 1. præpositio deest.—4 ω 2. Leid. 1. ed. Omnib. *dicunt.*—5 κ *Intentio*, sine *est.* ω 2. *Dedi oportere. Dep. est: Non oportere.* In B W θ et Sch. *Dep.* sine *est.* Tum Leid. 3. *Dedi non oportere.*—6 Hic quoque quidam Mss. omittunt *est.* Pro *Oporteatne*, M habet *Oportueritne.*—7 *Enim* non est in Voss. 1. Leid. 3. nec *fuit* in B.—8 κ *aut mea post.*—9 In quibusdam Mss. et edd. vett. *et id ætatis non haberem:* B κ et Sch. *et id ætatis non habui.*—10 *Et potestate* in

## NOTÆ

[e] *Samnitibus*] Italiæ populis in ea regione, quæ hodie vocatur *Abruzzo* in regno Neapolitano. Hos inter et Romanos gravissimum maximeque diuturnum bellum exarsit. A. U. C. 433. T. Veturius Calvinus et Sp. Postumius Albinus consules cum ad furcas Caudinas turpissimis conditionibus pacem fecissent, jussu senatus Samnitibus dediti sunt, atque ita Romanis religione exsolutis bellum renovatum est. Hoc fœdus designat Tullius hoc loco. Quanquam, quemadmodum observat Livius l. IX. non ut vulgo credunt et aliqui scripsere, fœdere pax Caudina, sed per sponsionem facta est.

[f] *Porcam sustinuit*] Nam, ut ait Virgil. 'Cæsa jungebant fœdera porca.' Qui Virgilium hic falli putavit Servius, ipse falsus est, qui porci vocem in fecialium libris scriptam dici de fœmina non meminerit. Tullius de Leg. l. II. § 57. 'Censet habendas triduum ferias et porco fœmina piaculum pati.'

est, At enim [12] quoniam tu particeps factus [13] es in turpissimo fœdere summæ religionis, dedi te convenit. Judicatio est, Cum is, qui potestatis nihil habuerit, jussu imperatoris in fœdere, et in tanta religione interfuerit, dedendus [14] sit hostibus, necne? Hoc genus causæ [g] cum superiore [15] hoc differt, quod in illo concedit se reus oportuisse facere id, quod fieri dicat accusator oportuisse,[16] sed alicui rei, aut homini causam attribuit,[17] quæ voluntati [18] suæ fuerit impedimento, sine concessionis partibus; [*p.* 74.] nam earum [19] major quædam vis est; quod paulo post intelligetur: [o] [20] 93. in hoc autem non accusare [1] alterum, nec culpam in alium transferre debet, sed demonstrare,[2] eam rem nihil [3] ad se, neque ad potestatem,[4] neque ad officium suum

[o] *Non tamen utitur concessionis partibus, purgatione scilicet et deprecatione; partes enim purgationis, ut inferius patebit, majorem habent vim quam remotio in rem.*

ω 1. desunt.—11 Sch. *imp. mandavit, qui videret.*—12 Al. *Attamen.*—13 B L M W, ac Oliv. *tu particeps es*, omisso *factus.*—14 Vulg. *dedendusne.* Ern. delevit *ne;* quod abest ab L W θ, Guelf. 1. Sch. Voss. 1. Leid. 3. et id omittunt Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell.—15 E Sch. Leid. 2. Guelf. 2. cum κ, Schutz. Wetzel. et Orell. *cum sup.* dedit Ern. Vulg. *in sup.*—16 *Oportuisse* abest a Voss. 2.—17 Leid. 1. Voss. 2. *tribuit.*—18 θ *voluntatis.*—19 Voss. 2. et ed. Omnib. *eorum.*—20 In θ, Sch. Leid. 1. *intelligitur.*—1 Leid. 3. *nec accusare.*—2 W *monstrare.*—3 M non habet *rem.* Pro vulg. *nec*, Ern. e Mss. Oud. et suis et edd. pr. dedit *nihil;* et sic B L M θ κ, ω 1. 2. tres Mss. Gronovii, cum Schutz. Wetzel. et Orell. 'Forte tamen fuit, *nihil neque ad se*,

## NOTÆ

[g] *Hoc genus causæ*] Vix ac ne vix quidem hic sibi constat Tullius in afferendo discrimine, quod reperitur inter utramque remotionem criminis sive in personam sive in rem. Remotio, inquit, in personam tum fit, cum concedit reus se oportuisse facere id quod fieri dicat accusator oportuisse, sed alicui rei, aut homini causam attribuit a qua fuerit prohibitus. Remotio vero in rem culpam in alium non transfert, sed demonstrat eam rem, cujus quis accusatur, ad se non pertinere. Atqui in exemplo superiore remotionis in rem, adolescens rei culpam attribuit nimirum ætati et privatæ conditioni, et summo alterius imperio. Præterea ipsa purgatio, de qua mox disseritur, qua culpa confertur in rem, quomodo differet ab ea remotione quæ in rem fit? Cicero ad purgationem refert imprudentiam, casum, et necessitatem; cetera ad remotionem: verum utriusque discrimen Vossio videtur, quod in remotione concedatur facti intentio, in purgatione vero negetur. Sunt enim quæ homines committunt partim voluntaria, in quibus culpa est, quam in personam aut rem transfert remotio; partim non voluntaria, in quibus est

pertinuisse aut pertinere. Atque in hoc genere [p] hoc accidit novi, quod accusator [h] quoque sæpe ex remotione criminationem conficit. Ut, si quis eum accuset,[5] qui, cum prætor esset, in expeditionem [6] ad arma populum vocarit, cum consules adessent.[7] Nam ut in [8] superiore exemplo reus ab suo officio et a sua potestate [9] factum demovebat; sic in hoc [10] ab ejus officio ac potestate, qui accusatur, ipse accusator factum removendo, hac ipsa ratione confirmat accusationem.[11] 94. In hac ab utroque ex omnibus honestatis et utilitatis partibus,[12] exemplis, signis, ratiocinando, quid cujusque officii, juris, potestatis sit, quæri oportebit, et fueritne ei, quo de agitur,[13] id juris, officii, potestatis [14] attributum, necne. Locos autem communes ex ipsa re, si quid indignationis ac conquestionis [15] habebit, sumi oportebit.

[p] *In remotione criminis in rem.*

quod etiam elegantius foret.' *Ern.*—4 Al. *nec ad pot.*—5 Sch. Voss. 2. *si qui.* Mox vulg. *accusat.* Ern. e Mss. Oud. et edd. pr. dedit *accuset*; et sic Schutz. Wetzel. et Orell.—6 B L κ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *in expeditione*: ω 1. 2. *in seditione.* Porro B *et ad arma*; et M *pop. vocarit.*—7 Sch. Voss. 2. *essent.*—8 ω 2. *Nam sicut*: et ed. Omnib. *sup. exemplo*, omissa præpositione.—9 Vulg. *off. ac pot.* Ern. e Voss. 1. Leid. 3. dedit cum Schutz. Wetzel. et Orell. *off. et a sua pot.* B L M κ, ω 2. Leid. 1. Voss. 2. *off. et a pot.* Leid. 2. *off. ac sua a pot.* non improb. Oud.—10 ω 2. *sic et in hoc*: B κ *sic in hac.*—11 Leid. 2. *ab ipsa rat. &c.* ω 2. et Voss. 1. *hac ipsa rat. remotionis conf. acc.* ω 1. *hac ipsam ratione accusationem conf.*—12 Quædam edd. vett. carent *honestatis et.* Contra B L M W θ κ, ω 1. 2. et omnes Mss. Oud. ostentant, *ex omnibus partibus honestatis, et ex omnibus partibus utilitatis*, vel *util. part.* nisi quod repetita præpositio desit Voss. 1. 2. Leid. 3. 'Mihi videtur scripsisse Cicero, *ex omn. hon., ex omn. util. part.*' Oud.—13 In θ *ei* deest. Tum Sch. *agetur.*—14 Leid. 2. *id juris, ac potestatis et officii.*—15 L, Sch. Voss. 1. *ind. aut conq.*

## NOTÆ

erratum, quod ad purgationem pertinet, quæ culpam removet ac voluntatem defendit.

[h] *Quod accusator, &c.*] Hæc est hujus loci sententia: Id remotionis genus, quo reus utitur, potest accusator ipse adhibere: res exemplis duobus patebit: primum sit, quod jam prolatum est, adolescentis illius qui in fœdere turpi feriendo porcam tenuit jussu imperatoris; alterum ejus qui accuset prætorem quod præsentibus consulibus populum ad arma vocaverit. Adolescens tuebitur se remotione. Neque meum fuit officium fœdus facere, neque integrum erat jubentis ducis imperium detrectare. Actor, qui prætorem accusabit, afferet similiter remotionem. Nec tui fuit officii, nec tui juris, cum adessent consules, ad arma populum convocare.

XXXI. Concessio est, per quam non factum ipsum probatur[16] [i] ab reo: sed ut ignoscatur, id petitur:[17] cujus partes sunt duæ, purgatio et deprecatio. Purgatio est, per quam ejus,[18] qui accusatur, non factum ipsum, sed voluntas defenditur.[19] Ea habet partes tres, imprudentiam, casum, necessitudinem.[20] 95. Imprudentia est, cum scisse aliquid[1] is, qui arguitur, negatur: ut apud quosdam[2] lex erat, Ne quis Dianæ [k] vitulum immolaret. Nautæ quidam, cum adversa tempestate in alto jactarentur,[3] voverunt, si eo portu,[4] quem conspiciebant, potiti essent,[q] ei Deo, qui ibi esset,[5] se vitulum immolaturos. Casu erat[6] in eo portu fanum Dianæ ejus, cui vitulum immolari[7] non licebat. Imprudentes legis,[r] cum exissent, vitulum immolaverunt. Accusantur. Intentio est, Vitulum immolastis ei Deo,[8] cui non licebat. Depulsio est in concessione po-

[q] *Si pervenissent in portum quem videbant.*
[r] *Ignorantes legem.*

CAP. XXXI. 16 ω 1 Leid. 2. Grnt. Græv.-Burm. et al. *improbatur:* Guelf. 1. Sch. Leid. 1. a m. pr. Voss. 2. Pal. 2. et octo Oxonn. Mss. cum Victorin. Junt. Crat. Lamb. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *probatur;* ut legend. esse monuit G. J. Vossius Inst. Orat. I. 9. In Voss. 1. et Leid. 3. *negatur.* Vid. Not. Delph.—17 θ *sed ignoscatur, id pet.* Leid. 3. *sed ut ign., pet.* Oud. ita distinguit, *sed ut ignoscatur id, petitur.*—18 θ non habet *ejus.*—19 *Defenditur* abest a Voss. 2.—20 ψ, Leid. 1. 2. 3. et Victorin. *necessitatem.*—1 θ *scisse se aliquid:* Sch. *scisse aliquod.*—2 ψ, Voss. 1. Leid. 3. *negat:* et ω 2. *ut quosdam apud.*—3 M *in mare jact.* Voss. 1. Leid. 3. *in altum jact.*—4 '*Eum portum* C. Langius ap. Beier. Off. tom. II. p. 146. non male.' *Orell.*—5 Verba *ei Deo, qui ibi esset* non sunt in Leid. 2.—6 κ, Voss. 1. Leid. 2. 3. et Lamb. *Casu autem erat.*—7 θ *ei vitulum:* et κ, Leid. 2. 3. cum Alcuin. *immolare.*—8 Voss. 1.

## NOTÆ

[i] *Per quam non factum ipsum probatur*] Secuti sumus antiquissimam Marii Victorini lectionem. In vulgatis hactenus edd. habetur, *Concessio est per quam non factum ipsum improbatur ab reo:* quem locum depravatum esse manifesta ratio convincit. Si enim in concessione factum ipsum non improbatur, certe in purgatione et deprecatione, quæ partes sunt concessionis, illud idem continget: at in purgatione non factum ipsum defenditur, sed voluntas; in deprecatione ne ipsa quidem voluntas: pugnant autem ista, in concessione factum non improbari sive defendi, et in concessionis partibus factum non defendi sive improbari. Admissa lectione Victorini omnia sibi recte consentiunt.

[k] *Dianæ*] Plures Dianas fuisse tradit Cicero. Celeberrima est illa, quæ eodem cum Apolline partu ex Jove et Latona nata est, sylvarum ac nemorum Dea.

sita. Ratio est, Nescivi non licere. Infirmatio est, Tamen, quoniam fecisti[9] quod non licebat, ex lege supplicio dignus es. Judicatio est, Cum id fecerit,[10] quod non oportuerit, et id[11] non oportere nescierit, sitne supplicio dignus? 96. Casus autem inferetur in concessionem,[12] cum demonstrabitur[13] aliqua fortunæ vis voluntati obstitisse, ut in hac: Cum Lacedæmoniis lex esset, ut,[14] hostias nisi ad sacrificium quoddam redemtor[15] præbuisset,[s] capitale esset,[t][16] hostias is, qui redemerat,[17] cum sacrificii dies instaret, in urbem ex agro cœpit[18] agere. Tum subito magnis commotis[19] tempestatibus fluvius Eurotas[1] is, qui propter Lacedæmonem[u][20] fluit, ita magnus et vehemens factus est, ut eo traduci[1] victimæ nullo modo possent. 97. Redemtor, suæ voluntatis ostendendæ causa, hostias constituit omnes in littore, ut, qui trans flumen[2] essent, videre possent. Cum omnes studio ejus[x] subitam fluminis magnitudinem scirent fuisse impedimento, tamen quidam capitis arcessierunt.[y][3] Intentio est,[4] Hostiæ, quas debuisti ad sacrificium, præsto non fuerunt. Depulsio est,[5] concessio. Ratio,[6] Flumen enim subito[7] accrevit, et ea re[z] traduci

[s] *Qui certo pretio faciendum id susceperat.*
[t] *Morte facinus puniendum esset.*
[u] *Prope Spartam.*
[x] *Ejus voluntati adducendarum victimarum.*
[y] *In judicium vocaverunt tanquam sceleris capitalis reum.*
[z] *Propterea.*

---

et Alcuin. *ei Deæ.*—9 ψ *fecistis*, et mox *dignus estis.*—10 ψ *fecerint.*—11 Sch. *et tamen id.* Tum ψ *nescierint, sintne.*—12 Leid. 1. ed. Omnib. et Alcuin. *infertur.* Voss. 1. 2. *in concessione.*—13 θ *demonstratur.*—14 Cass. Guelf. 1. Grut. et Græv.-Burm. omittunt *ut.*—15 ω 2. *quidam red.* M *certum red.*—16 Duo Mss. Gronovii *capital*, prob. Oud. In Guelf. 1. *esse.*—17 ω 2. *redimerat.*—18 Voss. 2. *cœperit:* κ *incepit.* Dein κ, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *Cum subito.*—19 W ψ, ω 1. 2. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. Junt. Manut. Lamb. *commotus.*—20 M omittit *is.* Dein κ *qui prope Laced.* Sch. Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. Alcuin. *qui præter Laced.*—1 Lamb. malit legi *ut ea trad.*—2 M et Voss. 1. *fluvium.*—3 ω 1. et Lamb. *tamen cum quidam.* Tum ω 1. *arcessierint.*—4 B L *Intentio*, omisso *est.*—5 κ *fuerant.* Sch. Voss. 2. *Depulsio*, sine

## NOTÆ

1 *Eurotas*] Fluvius Laconiæ in Peloponneso, quem Sophianus appellat *Basilipotamo*, hoc est, regium fluvium. Niger ait ab incolis Iris vocari.

non potuerunt.[8] Infirmatio est, Tamen,[9] quoniam, quod lex jubet, factum non est, supplicio dignus es. Judicatio est,[10] Cum in ea re redemtor contra legem fecerit,[11] qua in re studio ejus subita fluminis obstiterit[12] magnitudo, supplicione dignus sit?[13] XXXII. 98. Necessitudo autem infertur,[14] cum vi quadam reus id, quod fecerit, fecisse defenditur, hoc modo: Lex est apud Rhodios, ut, si qua rostrata[m] in portu navis deprehensa sit, publicetur.[a] Cum magna in alto[b][15] tempestas esset; vis ventorum, invitis nautis, Rhodiorum in portum navim coëgit.[c][16] Quæstor navim populi vocat.[d] Navis dominus negat[17] publicari oportere. Intentio est, Rostrata navis in portu deprehensa est. Depulsio est,[18] concessio. Ratio, Vi et necessario sumus in portum coacti. Infirmatio est, Navim ex lege tamen populi[19] esse oportet. Judicatio est, Cum rostratam navim in portu deprehensam lex publicarit,[20] cumque hæc navis, invitis nautis, vi tempestatis in portum conjecta sit;[1] oporteatne eam publicari. 99. Horum trium generum idcirco unum in locum contulimus exempla, quod similis in ea[2] præceptio argumentorum[3] traditur. Nam in his omnibus primum, si quid res ipsa dabit facultatis,

[a] *Redigatur in potestatem populi.*
[b] *In mari.* [c] *Impulit.*
[d] *Ad populum pertinere contendit.*

*est.*—6 κ *Ratio est.*—7 Voss. 1. *in subito:* Leid. 3. *vi subito.*—8 Voss. 1. *trad. victimæ non pot.*—9 Sch. Voss. 1. non habent *est:* nec M vocem *Tamen.*—10 Abest verbum a κ et Voss. 1.—11 Vulg. *aliquid fecerit.* Ern. delevit *aliquid*, quod abest a Sch. a m. pr. prob. Oud. et id omittunt Schutz. Wetzel. et Orell.—12 Voss. 1. Leid. 3. *obstitit:* Cass. *obsisteret.*—13 ω 2. *suppliciis dign. sit:* Leid. 1. 2. *suppliciisne dign. sit:* B *supplicione dignusne sit:* ed. Omnib. *suppliciis dignus ne sit:* Alc. *supplicio dignus ne sit:* Voss. 1. *supplicione dignus est.*

Cap. XXXII. 14 κ *Necess. enim inf.* Leid. 1. *Necess. autem inf.*—15 θ *in altum.*—16 Unus Ms. habet *conjecit.*—17 ω 1. *Navim dominus negat:* κ *dominus negat navim.*—18 M *deprehensa*, omisso *est.* ω 1. Sch. Voss. 2. *Depulsio*, omisso *est.*—19 Ab ω 1. Voss. 1. Leid. 3. abest *tamen.* In Voss. 2. *tamen publicari populi.*—20 Tres Pall. et ed. Lamb. *lex jubeat publicari.*—1 Sch. a m. pr. *co-*

## NOTÆ

[m] *Rostrata*] In bellis navalibus maximo erant usui rostratæ naves. His in prora præfixum erat rostrum æreum, quo in naves hostium vehementissimo impetu allisæ, eas sæpe dissolvebant.

conjecturam induci ab accusatore oportebit, ut id, quod voluntate factum negabitur, consulto factum, suspicione aliqua demonstretur: deinde inducere definitionem necessitudinis, aut casus, aut imprudentiæ, et exempla ad eam definitionem adjungere, in quibus[4] imprudentia fuisse videatur, aut casus, aut necessitudo, et ab his id, quod reus inferat, separare, [id est, ostendere dissimile,] quod levius, facilius,[5] non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit: postea demonstrare, potuisse vitari;[6] et hac ratione provideri[7] potuisse, si hoc, aut illud[8] fecisset; aut ne sic fecisset,[9] præcaveri:[10] et definitionibus ostendere, non hanc imprudentiam, aut casum, aut necessitudinem, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem[11] nominari oportere. **100.** Ac si qua[12] necessitudo turpitudinem videbitur habere, oportebit per locorum communium implicationem redarguentem demonstrare,[13] quidvis perpeti,[e] mori denique satius fuisse, quam ejusmodi necessitudini obtemperare. Atque tum ex his locis,[14] de quibus in negotiali parte dictum est, juris et æquitatis naturam oportebit quærere, et, quasi in absoluta juridiciali, per se hoc ipsum ab rebus omnibus separatim considerare. Atque hoc in loco, si facultas erit, exemplis uti oportebit,[15] quibus in simili excusatione non sit ignotum: et contentione,[16] magis illis ignoscendum[17] fuisse: [*p.* 75.] et ex deliberationis partibus, turpe aut inutile esse concedi eam rem, quæ ab ad-

[e] *Accusator debebit variis locis communibus ostendere melius fuisse omnia tolerare, &c.*

*acta sit.*—2 κ *in eo.*—3 In Voss. 1. deest *argumentorum.*—4 ω 1 *in quibus rebus.* —5 In B L *id,* sine verbo: et ψ *ost. quod dissim.* Schutz. delevit voces quas Ern. uncis inclusit. Dein ω 1. *quod lenius et fac.* κ *quod levius, quod facilius.*—6 Voss. 1. *evitari:* L W θ *devitari.*—7 Sch. a m. pr. *ac rat. provideri.* In κ *providere:* ψ *prævideri.*—8 Leid. 2. *si aut hoc aut illud.*—9 ψ, ω 1. 2. Ald. Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. Lall. et Orell. *aut nisi fec.* Schutz. e Leid. 2. habet *aut ni sic fec.* Gulielmius e plerisque Suffridi libris scribebat *aut nec fec.* B L M W θ κ, quinque Mss. Oud. et Mss. ap. Lamb. atque edd. pr. cum Wetzel. *aut ne sic fec.* Lamb. habet *aut ne sic faceret* e conj. in quam inclinabat Ern.—10 ω 2. *præcaveri posse.*—11 θ *fortuitatem.*—12 ψ *siquam.*—13 Pro *implicationem,* κ habet *amplificationem.* Tum ω 1. *redarguere et demonstrare.*—14 Al. *ex iis locis.*—15 ω 2. Lamb. Schutz. et Wetzel. *uti eorum hominum op.*—16 ω 1. *et cum contentione.* Pro *contentione,* B exhibet *contendere;* et sic suprascr. in M.—17 Voss. 1. *ignoscendis.* Mox Sch. *et delib.* omissa

versario commissa sit;[f] permagnum esse et magno [18] futurum detrimento, si ea res ab iis, qui potestatem habent vindicandi,[19] neglecta sit. XXXIII. 101. Defensor autem conversis omnibus his partibus poterit uti. Maxime autem in voluntate defendenda commorabitur,[20] et in ea re adaugenda,[1] quæ voluntati [2] fuerit impedimento: et se plus, quam fecerit, facere non potuisse: et in omnibus rebus voluntatem [3] spectari oportere: et se [4] convinci non posse, quod non absit a culpa:[g] et ex suo [5] nomine[h] communem hominum infirmitatem posse [6] damnari. Deinde nihil indignius esse, quam eum, qui culpa careat, supplicio non carere. Loci autem communes [7] accusatoris, unus in confessione, et alter, quanta [8] potestas peccandi relinquatur,[i] [9] si semel institutum sit, ut non de facto, sed de facti causa quæratur: 102. defensoris conquestio [10] calamitatis ejus,[k] quæ non culpa, sed vi majore quadam acciderit, et de fortunæ potestate, et hominum infirmitate, et uti suum animum, non eventum considerent.[11] In quibus omnibus conquestionem suarum ærumnarum, et crudelitatis adversa-

[f] *Afferenda erunt eorum exempla, quibus, cum simili excusatione uterentur, venia non fuit concessa; et instituta comparatione illis veniam fuisse potius concedendam.*

[g] *Quod admiserit culpam.* [h] *In hac sua causa.*

[i] *Unus sumitur ex eo quod reus factum confiteatur, alter ex eo quod potestas magna peccandi relinquatur, &c.*

[k] *Defensoris loci sunt conquestio de calamitate, &c.*

præpositione.—18 Omnib. *permagno.*—19 Schutz. e conj. cum Wetzel. *habeant.* Pro *vindicandi,* ω 2. Voss. 2. Leid. 2. et ed. Omnib. Victor. Manut. habent *judicandi.*

Cap. XXXIII. 20 M *immorabitur.*—1 M *augenda:* in θ deest.—2 θ *voluntatis:* ψ *voluntati suæ.*—3 Leid. 3. *omn. in rebus;* et Leid. 1. *voluntates.*—4 *Se* suspectum Ernestio.—5 ω 1. *ex suo,* sine copula. Sch. a m. pr. *suo* sine copula et præpositione. Schutz. Wetzel. et Orell. *et suo.*—6 Leid. 2. caret *posse;* et id Schutz. et Orell. deleverunt. Wetzel. uncis inclusit.—7 B *Loci hiis comm.* κ *Loci hi sunt comm.*—8 B θ *acc. in conf., quanta:* M et ω 1. *acc. in confessionem, et quanta:* W *acc. in confessione, et quanta:* κ *acc. primus in conf. alius, quanta.* Omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. carent vocibus *unus* et *alter.* A Sch. m. pr. abest etiam copula *et;* quam Schutz. delevit. In Mss. Gronovii deest *alter.* Præterea omnes Mss. Oud. excepto Leid. 2. dant *in confessionem,* sive *contra* pro *quanta.* Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. habent quoque *in confessionem.*—9 Voss. 1. Leid. 3. *relinquetur.*—10 B L M W ψ, ω 1. Voss. 1. Leid. 3. Junt. Lamb. Oliv. et Lall. *Def. autem;* et B L M W θ κ, ω 1. 2. et omnes Mss. Oud. *conq. est,* vel *est conq.*—11 θ *considerant:* in M

riorum indignationem inesse oportebit. Ac neminem mirari conveniet, si aut in his, aut in aliis exemplis scripti quoque controversiam adjunctam videbit. Quo de genere post erit nobis separatim dicendum, propterea quod quædam genera causarum simpliciter et[12] ex sua vi considerantur; quædam autem sibi aliud quoque aliquod controversiæ genus assumunt.[13] 103. Quare omnibus cognitis, non erit difficile in unamquamque causam transferre, quod ex eo quoque genere[14] conveniet: ut in his exemplis concessionis inest omnibus scripti controversia[n] ea, quæ ex scripto et sententia nominatur: sed quia de concessione loquebamur, in eam præcepta dedimus. Alio autem loco de scripto et sententia[15] dicemus. Nunc in alteram concessionis partem considerationem intendemus.[16]

XXXIV. 104. Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur.[l] Hoc genus[m] vix in judicio probari potest, ideo quod concesso peccato, difficile est ab eo, qui peccatorum vindex esse debet, ut ignoscat, impetrare. Quare parte ejus generis, cum causam non in eo constitueris, uti licebit.[n] [17] Ut si pro aliquo claro aut

[l] *Non factum defenditur, sed venia petitur.*
[m] *Deprecationis.*
[n] *Pars deprecationis est adhibenda aliquando in judiciis, et sæpe ea tota utendum est in senatu et in concilio.*

deest.—12 Copula abest a B, ω 1. Sch. Leid. 1. 2.—13 Verba *quædam autem ... assumunt* in B desunt.—14 Lamb. e Ms. habet *ex uno quoque gen.*—15 ω 1. 2. Sch. Voss. 2. Leid. 1. 3. *de scr. et de sent.*—16 Schutz. e conj. *ad alt.* Tum Sch. a m. pr. cum Schutz. et Orell. *partem jam contendemus;* sed Schutz. non habet *jam.* Voss. 2. *partem consideremus:* B *partem aciem tendemus.*

CAP. XXXIV. 17 Leid. 2. *partem ejus gen.* Lamb. *parce ejus gen.* Tum L W θ κ, Voss. 1. Leid. 2. 3. et quidam Mss. ap. Lamb. atque ed. Lamb. *cum causam non in eo, ut depreceris, constitueris, uti licebit:* ψ *cum causam non in eo*

## NOTÆ

[n] *Inest omnibus scripti controversia*] Hoc manifestum est exemplis propositis. Lex est Rhodiorum: navis rostrata in portu deprehensa, publicetur: rostrata navis vi ventorum in portum impellitur. Concessio est: neque enim aut latam legem, aut delatam navim negare nautæ possunt. At contendunt non esse publicandam navim rostratam, quæ tempestate in portum jactata fuerit: non ipsa legis verba, sed potius legislatoris mentem esse considerandam. En scripti et sententiæ controversia, quæ in concessione implicatur.

forti[18] viro, cujus in rempublicam multa sint[19] beneficia, dixeris; possis, cum videaris non[20] uti deprecatione, uti tamen, ad hunc modum: Quod si, judices, hic pro suis beneficiis, pro suo studio,[1] quod in vos habuit[2] semper, tali suo tempore, multorum suorum recte factorum causa, uni delicto ut ignosceretis postularet, tam dignum vestra mansuetudine, quam virtute[3] hujus esset, judices,[4] a vobis hanc rem, hoc postulante, impetrari. Deinde augere[5] beneficia licebit, et judices per locum communem ad ignoscendi voluntatem deducere.[6] 105. Quare hoc genus, quanquam in judiciis non versatur, nisi quadam ex parte; tamen[7] quia et pars ipsa inducenda nonnunquam est, et in senatu, aut in consilio[8] sæpe omni in genere tractanda,[9] in id quoque præcepta ponemus. Nam in senatu, et in consilio, de Syphace[o][10] diu deliberatum est; et de Q. Numitorio[10] Pullo[p]

[o] *Utrum Syphaci venia esset concedenda.*

*const., ut depreceris, uti lic.* ω 1. *cum causam non in eo ut depreceris, (ut) const., uti lic.* ω 2. *cum causam non in eo ut depreceris, uti lic.* in aliis, teste Lamb. *cum causam in eo const., ut depreceris, uti lic.*—18 Voss. 1. Leid. 3. *cl. et forti.* —19 κ et omnes Mss. Oud. *sunt.* Dein pro *dixeris,* B M Sch. a m. pr. et ed. Omnib. habent *dicere.*—20 In uno Ms. ap. Lamb. deest *non.*—1 Leid. 1. *suo pro studio.*—2 M *habuerit.*—3 B, Sch. Pal. 1. *tunc dign. vestra mans., dign. virt.* L M θ κ *tam dign. vestra mans., dign. virt.* Pauci Mss. cum Oliv. et Lall. *tamen dign. vestra mans., dign. virt.* ω 1. 2. *tam vestra mans. dign. quam virt.* W ψ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. Pal. 3. Victorin. Grut. Græv.-Burm. Schutz. Wetzel. et Orell. *tam dign. vestra mans., quam virt.*—4 ω 2. *o judices.* —5 Leid. 2. et ed. Omnib. *augeris.*—6 B *perducere:* Pal. 1. *inducere:* B M W θ κ, ω 1. Voss. 1. Leid. 1. 3. et ed. Junt. Grut. Oliv. et Græv.-Burm. *ducere:* L ψ, ω 2. Leid. 2. Voss. 2. Pal. 2. et duo Mss. Gronovii, et edd. pr. cum Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *deducere.*—7 Deest *nisi* Sch. a m. pr. in quo *nunc* pro *tamen.* Tum B, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *pars hæc ipsa.*—8 ω 2. *aut in sen. aut in cons.* Plerique Mss. et edd. ante Ern. *et in sen. aut cons.* Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *et in sen. aut in cons.*—9 Schutz. e conj. edidit *sæpe omnino tractandum.*—10 Voss. Leid. 1. et ed Omnib. *Munitorio,*

## NOTÆ

[o] *De Syphace*] Syphax, Massylorum in Numidia rex, societatem primum iniit cum P. Scipione; fracta deinde fide Hasdrubali adhæsit: tandem deletus, captus, ac per triumphum a Scipione circumductus, paulo post in custodia Tibure obiit, A. U. C. 553. ante Chr. 201. Polyb. Livius lib. XXX. sub fin. ante triumphum obiisse narrat.

[p] *Q. Numitorio Pullo*] Hic Fregellanorum princeps, suspectis de conjuratione civibus, causam dicere jussus a L. Opimio prætore, sociorum consilia prodidit. Fregellis excisis Opimius nascentis belli flammam extinxit A. U. C. 629. ante Chr. 125. Livius, Velleius, &c.

apud L. Opimium[11] et ejus consilium diu dictum est.[12] E tmagis in hoc quidem[13] ignoscendi, quam cognoscendi postulatio valuit:[p] nam semper animo bono se in populum Romanum fuisse non tam[14] facile probabat, cum conjecturali constitutione uteretur, quam ut, propter posterius[15] beneficium, sibi ignosceretur,[16] cum deprecationis partes adjungeret.[17] XXXV. 106. Oportebit[q] igitur eum, qui sibi ut ignoscatur,[18] postulabit, commemorare, si qua sua poterit beneficia, et si poterit, ostendere,[19] ea majora esse, quam hæc, quæ deliquerit,[20] ut plus ab eo boni quam mali profectum esse videatur: deinde majorum suorum beneficia, si qua exstabunt, proferre: deinde ostendere, non odio, neque crudelitate fecisse, quod fecerit, sed aut stultitia,[1] aut impulsu alicujus, aut aliqua honesta aut probabili causa: postea polliceri, et confirmare, se et hoc peccato doctum,[2] et beneficio eorum, qui sibi ignoverint,[3] confirmatum, omni tempore a tali ratione abfuturum: deinde spem ostendere, aliquo se in loco, magno iis, qui sibi concesserint, usui futurum:[q] 107. postea, si facultas erit, se, aut consanguineum, aut jam a majoribus inprimis amicum esse demonstrabit;[r] et amplitudinem suæ voluntatis, et nobilitatem generis eorum, qui se salvum velint, et dignitatem

[p] *In causa Numitorii Pulli plus profuit orare ut parceretur ipsi, quam de illo inquireretur.*

[q] *Fore ut in aliqua occasione maxime prosit iis, qui sibi veniam indulserint.*

[r] *Ostendet se coluisse amicitiam a majoribus transmissam erga eos quos deprecatur.*

vel *Mumitorio.*—11 Post *Opimium*, Schutz. addit *pratorem*, ut Ursini amicus voluerat.—12 Leid. 1. et Sch. a m. pr. *et jus et cons.* In θ κ, ω 1. 2. quinque Mss. Oud. et Sch. a m. sec. cum ed. Omnib. *diu ductum est.*—13 *In hoc* absunt ab M, et *quidem* a Sch.—14 *Tam* non est in Leid. 1. 3.—15 Voss. 2. caret *posterius.*—16 θ *cognosceretur.*—17 Lamb. *adjungeret, petebat.*

Cap. xxxv. 18 Leid. 3. *Op. igitur, cum is qui ut ign.*—19 ω 1. *si qua sua beneficia poterit ostendere.*—20 Leid. 1. *dereliquerit.*—1 Leid. 3. *fec. quæ fec.* L *fec. se quod fec.* Tum θ *si aut stult.*—2 κ, Leid. 3. et Sch. a m. sec. *hoc pacto,* et sic suprascr. in M. In Voss. 2. *hoc pecc. solum doctum:* ed. Omnib. *hoc pecc. edoctum.*—3 θ *nocuerint:* κ *ignoscerent.* Mox M *a tali rat. cautum affuturum:* Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. et unus Ms. ap. Lamb. *a tali rat. cautum futurum:* amicus

## NOTÆ

[q] *Oportebit*] Luculentum deprecationis exemplum attulimus e Ligariana, in notis ad lib. I. Heren. § 24.

ostendere,[4] et cetera ea,[5] quæ personis ad honestatem et amplitudinem sunt attributa, cum conquestione,[6] sine arrogantia, in se esse demonstrabit,[7] ut honore potius aliquo, quam ullo supplicio dignus esse videatur: deinde ceteros[8] proferre, quibus majora delicta concessa sint. Ac multum proficiet, si se misericordem in potestate, et[9] propensum ad ignoscendum fuisse ostendet.[10] Atque ipsum illud peccatum erit extenuandum, ut quam minimum obfuisse videatur; et aut turpe, aut inutile demonstrandum, tali de homine supplicium sumere. 108. Deinde locis[11] communibus misericordiam captare oportebit ex iis præceptis, quæ in primo libro sunt exposita.[12] XXXVI. Adversarius autem malefacta[13] augebit: nihil imprudenter, sed omnia ex crudelitate et malitia facta dicet;[14] ipsum immisericordem, superbum[15] fuisse; et, si poterit, ostendet, semper inimicum fuisse,[16] et amicum fieri nullo modo posse.[17] Si beneficia proferet;[18] aut aliqua de causa facta, non propter benivolentiam demonstrabit; aut postea odium esse acre susceptum,[19] aut illa omnia maleficiis esse deleta; aut leviora beneficia, quam maleficia; [*p.* 76.] aut, cum beneficiis honos habitus sit,[20] pro maleficio pœnam[1] sumi

Lambini putabat legend. *sibi a tali rat. cauturum.*—4 κ et ω 2. *consang. esse.* Voces *aut jam* non sunt in L M; in quibus *a maj. aut primis:* ω 1. *a maj. primis:* ω 2. et Grev. *maj. aut primis.* In Leid. 2. 3. *aut maj. primis:* ed. Omnib. *aut etiam a maj. et primis.* Pro *demonstrabit,* M exhibet *demonstrare oportebit.* Lamb. ita locum constituit: *aut consanguineum, maj. in primis eorum, qui se salvum velint, aut amicum esse demonstrabit; et amplitudinem suæ voluntatis, et nobilitatem generis, et dignitatem ostendet.* In B M W θ, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. *nobilitatem,* sine copula. θ κ et Voss. 2. habent *gen. et eorum.* Porro B M W θ κ et omnes Mss. Oud. *dignitatem* sine copula. Orell. censet locum ita legend. *aut consang. maj. inpr. eorum, qui se salvum velint, aut amicum esse demonstrare; et amplitudinem suæ voluntatis, et nobilitatem generis, et dignitatem ostendere.*—5 Schutz. delevit *ea,* prob. Orell.—6 Sch. a m. pr. *cum questu:* θ et Voss. 1. *cum questione.* In κ præpositio deest.—7 Lamb. *demonstrare,* prob. Orell.—8 M *ceteros,* suprascr. *majores.*—9 κ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. et ed. Omnib. non habent copulam.—10 ω 1. *ostendetur.*—11 W θ *Deinde a locis.* —12 Voss. 1. *sunt posita.*

CAP. XXXVI. 13 B L *maleficia:* W θ *mala facta.*—14 κ et Lamb. *facta esse dicet.*—15 Al. *immis. et sup.*—16 *Fuisse* non est in Voss. 1. Leid. 3.—17 M, ω 2. et Leid. 2. *potuisse.*—18 Lamb. *benef. sua reus prof.*—19 Pal. 1. *od. esse ab re susc.* ψ, Pal. 2. 3. et unus Ms. ap. Lamb. *od. esse hac re susc.* Leid. 2. *od. hac re susc.*—20 ω 2. et Lamb. *cum pro benef.* Tum κ *honos debitus sit:* ψ *bonus habitus sit:* Voss. 2. *honos adhibitus sit.*—1 κ, Sch. Voss. 1. Leid.

oportere. Deinde, turpe esse, aut inutile,[2] ignosci. 109. Deinde, de quo ut potestas esset, sæpe[3] optarint, in eum potestate non uti, summam esse stultitiam:[s] et[4] cogitare oportere, quem animum in eum, vel quale odium habuerint.[5] Locus autem communis erit,[6] indignatio maleficii, et alter, eorum[7] misereri oportere, qui propter fortunam, non propter[8] malitiam in miseriis sint. Quoniam igitur[9] in generali constitutione tamdiu propter ejus partium multitudinem commoramur, ne forte varietate et dissimilitudine rerum diductus[t] [10] alicujus animus in quendam errorem deferatur;[11] quid etiam nobis ex eo genere restet, et quare restet,[12] admonendum videtur.

Juridicialem causam esse dicebamus, in qua æqui et iniqui natura, præmii aut pœnæ[13] ratio quæreretur. Eas causas,[14] in quibus de æquo et iniquo quæritur, exposuimus. XXXVII. 110. Restat nunc, ut[15] de præmio et de pœna explicemus. Sunt enim multæ causæ, quæ ex præmii alicujus petitione[16] constant: nam et apud judices de[17] præmio sæpe accusatorum[r] quæritur, et a senatu, aut a consilio[18] aliquod præmium sæpe petitur.[19] Ac ne-

[s] *Maximam esse stultitiam facultate puniendi non uti contra eum, cujus puniendi facultatem sæpe desiderarunt.*

[t] *In diversa distractus.*

3. *pœnas.*—2 θ, Leid. 1. et Sch. a m. sec. *Denique turpe esse.* Voss. 1. Leid. 3. *aut inutile esse.*—3 Leid. 2. *semper.*—4 Deest copula Sch. Leid. 2.—5 L M W κ, Leid. 2. *et quale odium hab.* Voss. 1. 2. ed. Omnib. *et quam optime hab.* B *in eum, quale odium et quam optime hab.* lineola *quale odium* subnotantur, ac si deleri debeant.—6 Lamb. *erit hic.*—7 κ, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *et alter locus eorum:* Voss. 2. *et alter locus communis eorum.*—8 Schutz. e conj. *non qui propter.*—9 ω 1. Leid. 2. 3. *Quoniam ergo.*—10 Lamb. *ductus:* al. *deductus.*—11 Voss. 1. *differatur:* Voss. 2. *diferatur:* κ *efferatur.*—12 In M et ω 1. desunt verba *et quare restet.*—13 B *aut præm. aut pœnæ:* κ *et præm. et pœnæ:* L M W, ω 1. Tur. omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. Schutz. et Orell. *et præmii aut pœnæ.* Vulg. *præmii aut pœnæ.*—14 θ *quæreret:* κ *quæratur:* ω 2. *quæritur.* Tum M *Et eas causas.*

Cap. XXXVII. 15 Abest *ut* a Leid. 3.—16 Voss. 1. *expetitione.*—17 θ *et de.*—18 M *et in sen. aut in concilio:* Leid. 2. *et a sen. et cons.* Alii *et a sen. aut*

## NOTÆ

[r] *De præmio sæpe accusatorum*] Accusatoribus lege præmia dabantur; hoc ipso quod accusabant, inquit Victorinus in h. l. Tullius nullo se præmio adductum ad Verris accusationem aiebat, 'Non enim spolia C. Verris concupivi.'

minem conveniet arbitrari, nos, cum aliquod exemplum ponamus,[20] quod in senatu agatur,[u] ab judiciali genere exemplorum recedere. Quicquid enim de homine probando, aut improbando dicitur, cum ad eam dictionem sententiarum quoque ratio accommodetur,[1] id non, etsi per sententiæ[2] dictionem agitur, deliberativum est: sed quia de homine statuitur, judiciale est habendum.[x] Omnino autem qui diligenter omnium causarum vim et naturam cognoverit, tum genere,[s] tum etiam forma[3] eas intelliget dissidere. Ceteris autem partibus aptas inter se omnes, et aliam in aliam[4] implicatam videbit. **111.** Nunc de præmiis consideremus. L.[5] Licinius Crassus[t] consul quosdam in cite-

[u] *Ubi fere semper adhibetur deliberativum genus.*

[x] *Nam quod dicitur, sive ad laudationem, sive ad vituperationem hominis, licet postea ferenda sit sententia; non ideo tamen ad genus deliberativum pertinet: sed quia de homine vel absolvendo vel condemnando disceptatur, ad genus judiciale revocandum est. Scilicet dicere sententiam est aliquid utrique generi commune.*

*consilio* vel *concilio*.—19 Voss. 1. Leid. 3. *expetitur*.—20 κ *aliq. exempl. ponimus*: Leid. 3. *aliq. exempl. de Syphace ponamus*.—1 κ et Lamb. *accommodatur*. —2 Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. Oxonn. Mss. et edd. ante Ern. cum Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *si per sent.* Leid. 2. Schutz. Wetzel. et Orell. *etsi per sent.* prob. Oud. ω 1. *si per sententiarum*.—3 Voss. 2. *cum gen. primo, tum forma*: B *genere et prima confirmatione*, suprascr. *genere primo et forma*: M *cum genere, etiam tum forma*: W θ *genere primo, tum et forma*: ω 1. *tum genere tum forma*: Grev. *genere primo et forma*: Sch. *genere et prima conformatione*, suprascr. *de genere primo et forma*: Vulg. *cum genere primo, tum etiam forma*. Ern. delevit *primo*, quod abest ab L, ω 2. Cass. Pall. Voss. 1. Leid. 1. et id deleverunt Schutz. Wetzel. et Orell. Dein B et Voss. 1. *intelligit diss.*—4 θ, Voss. 1. Leid. 2. 3. *in alia*. Pro *implicatam*, alii habent *implicitam*.—5 In M præ-

NOTÆ

[s] *Tum* [*cum*] *genere*] Causæ omnes primo quidem differunt genere: aliæ enim ad judiciale, aliæ ad demonstrativum, aliæ ad deliberativum genus pertinent: deinde specie discrepant; aliæ sub genere judiciali referuntur ad defensionem, aliæ ad accusationem; sub demonstrativo aliæ ad laudem, aliæ ad vituperationem; sub deliberativo aliæ ad suasionem, ad dissuasionem aliæ. Nihilominus ceteris partibus cognatæ sunt. Quod enim ut honestum verbi gratia laudaveris, illud idem sine controversia et defendere et suadere possis: quod viperabis ut turpe, recte et accuses et dissuadeas. Ita causæ omnes sibi mutuo implicantur.

[t] *L. Licinius Crassus*] Consulatum gessit Q. Mucio Scævola A. U. C. 659. ante Chr. 95. Triumphi cupidissimus fuit, ut indicat Tullius in Pison. 'Spiculis,' inquit, 'prope scrutatus est Alpes, ut, ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quæreret.' Addit tamen eum inter-

riore Gallia, nullo illustri, neque[6] certo duce, neque eo nomine,[u] neque numero[7] [x] præditos, ut digni essent, qui hostes[8] populi Romani dicerentur;[9] quod tamen excursionibus[10] et latrociniis infestam provinciam redderent, consectatus est, et confecit: Romam redit: triumphum[11] ab senatu postulat. Hic, ut et in deprecatione,[12] nihil ad nos attinet,[13] rationibus et infirmationibus rationum supponendis, ad judicationem pervenire: propterea quod, nisi alia quoque incidet[14] constitutio, aut pars constitutionis, simplex erit judicatio, et in[15] quæstione ipsa continebitur. In deprecatione, hujusmodi, Oporteatne pœna affici? in hac, hujusmodi, Oporteatne præmium dari?[16]

XXXVIII. 112. Nunc ad præmii quæstionem appositos locos exponemus. Ratio igitur præmii quatuor est in partes distributa; in beneficia, in hominem, in præmii genus, in facultates. Beneficia[y] ex sua vi, ex tempore, ex animo ejus qui

nomen omittitur.—6 In eodem Ms. desunt verba *illustri neque.*—7 M *neque eo numero.*—8 B *qui digni essent, ut hostes.*—9 Vulg. *Rom. esse dic.* Verbum *esse* cum Lamb. delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur: in κ etiam deest.—10 θ κ, ω 1. Voss. 2. Leid. 2 *qui tamen:* ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 1. *qui tunc:* B et M *quod tunc.* Dein Sch. *excursibus:* Voss. 1. Leid. 3. *ex concursibus.*—11 Voss. 1. *redit, et triumph.*—12 Orell. e B et Tur. delevit vocem *ut;* quæ abest etiam a Sch. Leid. 1. a m. pr. et ed. Omnib. In Voss. 1. Leid. 3. *etiam ut in depr.*—13 Lamb. *nihil att.* omissis *ad nos.*—14 B κ et Sch. *incidat.*—15 Leid. 3. et Lamb. non habent præpositionem.—16 ω 2. *affici? in præmii petitione oporteatne dari præmium:* Sch. a m. pr. *affici? in præmii petitione oporteatne præm. dari.*

## NOTÆ

cedente collega non triumphasse, qui cum animadverteret, ut observat Pædianus, Crasso propter summam ejus in rep. potentiam senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit reipublicæ magis quam collegæ habere rationem.

[u] *Neque eo nomine*] Inimici sunt quibuscum privata odia exercemus: hostes, quibus populus Romanus publice bellum indixit, vel qui populo Romano indixere: cæteri latrunculi et prædones appellantur. Hostis autem ab hostiendo sive æquando dicitur, quoniam æquali causa ad bellum venit, et par adversario videtur.

[x] *Neque numero*] 'Ob levia prælia quidam imperatores triumphos sibi decerni desiderabant: quibus ut occurreretur lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui quinque millia hostium una acie cecidisset. . . .' Lex etiam 'pœnam imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum civium falsum numerum literis senatui ausi essent referre.' Val. Max. II. 8.

[y] *Beneficia*] Sumitur hic beneficium pro gratia, quam sic definit Aristot.

fecit, ex casu [17] considerantur. Ex sua vi quærentur [18] hoc modo: magna, an parva; facilia, an difficilia; singularia sint, an vulgaria; [19] vera, an falsa quadam ex ratione [20] honestentur: [y] ex tempore [z] autem, si tum, cum indigeremus; [a] cum ceteri non possent, [b] aut nollent opitulari; si tum, [1] cum spes deseruisset: ex animo, si non sui commodi cau-

[y] *An falsa sint beneficia, et nihilominus verbis ornentur tanquam vera.*

CAP. XXXVIII. 17 Octo Oxonn. Mss. cum Oliv. *fecerit*. Dein quædam edd. vett. *ex causa*: ω 1. 2. Leid. 1. *et ex casu*.—18 Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. *quæruntur*: ω 1. *considerantur*: Lamb. *considerabuntur*.—19 L M κ omittunt *sint*: deest etiam a Voss. 1. Leid. 3. in quibus *an communia*.—20 B W θ κ, Sch. a m. pr. et ed. Omnib. *quanam*: L *sed quadam*. Tum Voss. 1. Leid. 3. Schutz. et Orell. *exornatione*: L M ψ, ω 1. Leid. 2. 3. Voss. 1. 2. et vulg. *ex oratione*, sed suprascr. in M *ex ornatione*. E Leid. 1. Sch. a m. sec. Cass. Guelf. Mss. Gronov. et edd. pr. *ex ratione* dedit Ern. et sic quoque B. W θ κ, ω 2. Tur. Wetzel.—1 Voss. 1. Leid. 3. *aut si tum*. Dein Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. octo Oxonn. Mss. et edd. ante Grut. cum Oliv. habent *deseru-*

NOTÆ

Rhet. l. II. Χάρις ἐστὶ, καθ' ἣν ὁ ἔχων λέγεται χάριν ὑπουργεῖν δεομένῳ, μὴ αντί τινος, μηδ' ἵν' αὐτῷ τῷ ὑπουργοῦντι, ἀλλ' ἵν' ἐκείνῳ τι. *Gratia est, per quam is qui habet, dicitur gratiam conferre indigenti, non ut aliquid referatur, neque ut ipsi conferenti, sed ei tantum cui confertur, bene sit.* Quibus autem ex capitibus vel crescat vel imminuatur beneficii ratio, idem egregie more suo docet. Quadrifariam amplificatur: 1. si valde indigentibus tribuitur. 2. si magnum quid ac difficile detur. 3. si opportuno tempore ac loco. 4. si aut solus, aut primus conferas gratiam. Extenuatur sex modis beneficium: 1. si quis id commodi sui causa præstiterit. 2. si casu vel necessitate. 3. si non tam confertur gratia quam refertur. 4. si non tempore ac loco opportuno. 5. si nulla sint animi benevoli signa. 6. si res sint viles.

[z] *Ex tempore*] Eleganter Ausonius Epigr. LXXXI. 'Gratia quæ tarda est, ingrata est gratia; namque Cum fieri properat, gratia grata magis.' Et aliunde notum illud, 'Bis dat, qui cito dat.'

[a] *Si tum, cum indigeremus*] Ex hoc capite Cæsaris beneficium extollit Cic. Philipp. III. § 3. 'C. Cæsar adolescens, pæne potius puer, incredibili ac divina quadam mente atque virtute, tum cum maxime furor arderet Antonii, cumque ejus a Brundisio crudelis et pestifer reditus timeretur, nec postulantibus, nec cogitantibus, nec opinantibus quidem nobis, quia fieri posse non videbatur, firmissimum exercitum invicto genere veteranorum militum comparavit, patrimoniumque suum effudit: quanquam non sumus usi eo verbo quo decuit; non enim effudit, sed in reip. salute collocavit.'

[b] *Cum ceteri non possent*] Quomodo Didonis gratiam exaggerat Æneas l. I. Æneid. 'O sola infandos Trojæ miserata labores, Quæ nos, relliquias Danaum, terræque marisque Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos, Urbe, domo, socias! grates persolvere dignas Non opis est nostræ.'

sa,[c] sed eo consilio fecit[2] omnia, ut hoc[3] conficere posset: ex casu, si non fortuna, sed industria factum[4] videbitur, aut si industriæ fortuna obstitisse.[z] [5] 113. In hominem autem; quibus rationibus[6] vixerit, quid sumtus in eam rem aut laboris insumserit;[7] ecquid aliquando tale fecerit, num alieni laboris, aut Deorum bonitatis præmium sibi postulet;[a] num aliquando ipse talem ob causam præmio aliquem affici negarit oportere; aut num jam satis pro eo, quod fecerit, honos[8] habitus sit; aut num necesse fuerit ei facere id[9] quod fecerit; aut num hujusmodi sit[10] factum, ut, nisi fecisset,[11] supplicio dignus esset, non, quia fecerit, præmio;[12] aut num ante tempus præmium petat, et spem incertam certo venditet pretio;[b] [13] aut num, quo[14] supplicium aliquod vitet, eo præmium postulet, uti de se[15] præjudicium factum esse videatur. XXXIX. In præmii autem genere, quid,[16] et quantum, et quamobrem postuletur, et quo, et quanto[17] quæque res præmio[18] digna sit, considerabitur: deinde, apud majores[19] quibus hominibus, et quibus de causis talis[20] honos sit habitus, quæretur: deinde, ne is honos nimium pervagetur.[c] [1] 114. Atque hic

[z] *Aut si casus impedierit beneficii conferendi voluntatem.*
[a] *Quod sola Deorum benignitate rependitur.*
[b] *Num velit certo pretio vendere rem incertam.*
[c] *Communis fiat.*

*issent, opitulatus sit: ex animo.*—2 ω 2. Sch. Leid. 3. *si co cons.* κ et Leid. 2. *fecerit.*—3 Voss. 1. *ut in hoc.*—4 κ *esse factum.*—5 Leid. 3. *aut ind.* omisso *si.* Tum B L M W θ κ, ω 2. omnes Mss. Oud. et Tur. cum ed. Omnib. *obstitisset:* ψ, ω 1. Junt. et Oliv. *obstiterit.*—6 Voss. 1. *si quibus rat.*—7 W θ κ *consumserit;* et sic suprascr. in M.—8 Editio Lambini habet appositum oræ, 'Forte *honoris.*'—9 M non habet *id.*—10 W *ejusmodi ejus sit:* θ *hujusmodi ejus sit:* Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. Tur. et Orell. *ejusmodi sit.* Vulg. *hujusmodi sit.*—11 Sch. *ut ni fec.*—12 Sch. *nunc quia fec.* et κ *præmio dignus.*—13 Voss. 2. *spem certam.* Voss. 2. Leid. 1. *vindicet:* B M *vendicet.* Pro *pretio,* κ et Leid. 2. habent *præmio.*—14 W θ, Leid. 2. 3. ed. Omnib. et Lamb. *quod.*—15 ω 1. 2. Sch. Voss. 1. Leid. 3. *ut de se:* Voss. 2. *ita de se.* Mox Leid. 2. omittit *esse.*

Cap. XXXIX. 16 W *quid sit.*—17 W *quanto*, omissa copula.—18 *Præmio* abest a Voss. 1. Leid. 3.—19 θ *apud quos maj.*—20 B non habet *talis.*—1 Quidam

## NOTÆ

[c] *Si non sui commodi causa*] Jason Medeæ beneficium sic elevabat, ut ex Euripide refert Tullius Quæst. Tusc. l. IV. 'Tu me amoris magis quam honoris servasti gratia.'

ejus, qui contra aliquem præmium postulantem dicet, locus erit communis;[2] præmia virtutis et officii sancta et casta esse oportere, neque ea aut[3] cum improbis communicari,[4] aut in mediocribus hominibus pervulgari: et[5] alter, minus homines virtutis cupidos fore, virtutis præmio pervulgato; quæ enim rara, et ardua sint, ea ex præmio[6][d] pulchra et jucunda hominibus videri: et tertius, si existant,[7] qui apud majores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt;[8] nonne de sua gloria, cum pari præmio tales homines affici videant, delibari[e][d] putent?[9] et eorum enumeratio,[10] et cum eis, quos contra dicat,[11] comparatio. Ejus autem, qui præmium petet, facti sui amplificatio,[f] et eorum, qui præmio[12] affecti sunt, cum suis factis contentio.[g] 115. Deinde ceteros a virtutis studio repulsum iri, si ipse præmio non sit affectus. Facultates autem considerantur,[13] cum aliquod pecuniarum præmium postulatur: in quo utrum copia[14] sit agri, vectigalium, pecuniæ, an penuria, consideratur.[15] Loci communes, Facultates augere, non minuere[16] oportere, et Impudentem[17] esse, qui pro beneficio non gratiam,

[d] *Si cedant in præmium.* [e] *Imminui.*
[f] *Locus erit.* [g] *Comparatio.*

doctus putabat legendum *pervulgetur*, teste Lambino.—2 M *est comm.*—3 *Aut* non est in θ.—4 B L M W κ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *communicare.*—5 Deest copula Voss. 1. Leid. 3.—6 M κ *ardua sunt.* Pro *ex præmio*, B L M W θ κ ψ, Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. atque Orell. habent *experiendo:* Schutz. e conj. edidit *ex præmiis ea.*—7 M *extant.*—8 M *tali hon. vel donati sunt.*—9 Voss. 1. Leid. 3. *derogari:* Voss. 2. Leid. 1. 2. Tur. octo Oxonn. Mss. et quatuor Mss. Lambini, cum Oliv. et Græv.-Burm. *deliberari:* al. *deliberare:* Lamb. *delibrari.* Ern. e Ms. Gron. recepit *delibari;* et sic Junt. Crat. Schutz. Wetzel. et Orell. In L *vid., vel derogari deliberari put.* Vid. Nott. Var.—10 Sch. a m. pr. *dinumeratio.*—11 θ, Tur. et Sch. a m. pr. *contra dicas:* κ *contradicant:* Voss. 1. Leid. 1. 3. suprascr. in Sch. ed. Omnib. *contra dicant:* Schutz. e conj. *contra dicet;* et sic Orell.—12 Sch. *qui eodem præmio.*—13 ω 1. *Fac. autem tunc cons.* Tum ω 2. et Leid. 3. *aliquid pecuniarum in præmium.* B M W θ κ, *aliquod pecuniarum præmium:* margo Sch. *aliter aliquid pecuniarum in præmio:* Leid. 1. 2. et ed. Omnib. *aliquod pecuniarum in præmium.*—14 Voss. 1. Leid. 3. *utrumne copia:* vulgo *utrumne copia.* W κ, Guelf. 2. *ne copia,* omisso *utrum.* ω 1. et Sch. *utrum copia;* et sic edidit Ern. quem Wetzel. et Orell. sequuntur.—15 κ *considerantur.*—16 Voss. 1. *et non min.*—17 Sch. a m. pr. Voss. 1.

NOTÆ

[d] *Delibari*] Ita legendum ducimus, cum in aliis edd. *deliberari* habeatur. Eadem locutione utitur Cicero hoc ipso lib. § 174. 'Quod sit in præsentia de honestate delibatum.' Legit Lambinus *delibrari*, metaphora ducta

verum mercedem postulet: contra autem de pecunia ratiocinari,[h] sordidum esse, cum de gratia referenda deliberetur:[18] et se non pretium[19] pro facto, sed honorem [ita ut factitatum sit[i] [20]] pro beneficio postulare. [p. 77.] Ac de constitutionibus quidem satis dictum est:[1] nunc de iis controversiis, quæ in scripto versantur,[2] dicendum videtur.

XL. 116. In scripto[e] versatur controversia,[3] cum ex scriptionis ratione aliquid dubii nascitur. Id fit ex ambiguo, ex scripto et sententia,[4] ex contrariis legibus,[5] ex ratiocinatione, ex definitione.[6] Ex ambiguo autem nascitur controversia, cum quid senserit scriptor, obscurum est, quod scriptum duas pluresve res significat, ad hunc modum: Paterfamilias, cum filium hæredem faceret, vasorum argenteorum centum pondo uxori suæ[7] sic legavit: 'Hæres meus uxori meæ vasorum argenteorum pondo centum,[k] quæ volet,[f] dato.' Post mortem ejus vasa magnifica et pretiose cælata petit a filio[8] mater. Ille se, quæ ipse vellet,[9] debere dicit. Primum,[10] si fieri poterit,[11] demonstrandum est, non esse ambigue scriptum; propterea quod[12] omnes in consuetudine sermonis[13] sic uti soleant eo[14] ver-

[h] *Computare pecuniam sibi numerandam.*
[i] *Ut sæpe factum est.*
[k] *Libras centum.*

2. ed. Omnib. *Imprudentem.*—18 W *deliberaretur.*—19 θ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. et ed. Omnib. *pretium non.*—20 Voss. 1. *ita fact. sit:* ω 1. Leid. 1. et Orell. *ita uti fact. sit:* Guelf. 1. Sch. a m. pr. *ita ut facti tantum sit.* Ern. judicat verba *ita ut factit. sit* spuria esse: Schutz. ea delevit: Wetzel. uncis includit.—1 Voss. 1. *dictum sit.*—2 ω 1. *nam de his controv.* et Voss. 1. Leid. 3. *quæ in scripto autem vers.*

CAP. XL. 3 B *versantur controversiæ.*—4 B *et ex scripto et ex sent.* W *et ex scr. et sent.* κ *ex scr. et ex sent.* M *ex scr., sent.* Voss. 1. *et scr. et sent.* Sch. *ex scr., ex sent.*—5 B κ *et ex contr. leg.*—6 Voss. 1. *et def.* B *et ex def.*—7 Tur. Lamb. et Orell. *pondo centum.* Voces *uxori suæ* in κ desunt.—8 Guelf. 1. a m. sec. *vasa magnifica et pretiosa cælata:* Schutz. e conj. Ern. *vasa pretiosa et magnifice cæl.* Vid. l. II. ad Herenn. c. 12. Dein Sch. *petit e filio.*—9 Tur. et Wetzel. *volet:* Schutz. e conj. Ern. *velit.*—10 L *Hic primum.*—11 κ *potest.*—12 Leid. 3. *propterea quia.*—13 *Sermonis* in κ deest.—14 Vulg. *solent:* Ern. e Leid. 3. dedit *soleant;* et sic Schutz.

NOTÆ

a libro et cortice, ita ut idem sit quod decorticari et detrahi.

[e] *In scripto*] De controversia ex scripto et sententia jam dictum l. II. ad Heren. § 13.

[f] *Quæ volet*] Ambiguum an quæ volet hæres, an quæ volet uxor.

bo uno pluribusve in eam sententiam, in quam [15] is, qui dicet,[16] accipiendum esse demonstrabit. 117. Deinde ex superiore et ex inferiore scriptura [17] docendum, id, quod quæratur, fieri [18] perspicuum. Quare si ipsa separatim ex se verba considerentur, omnia, aut plèraque, ambigua visum iri. Quæ autem ex omni considerata scriptura perspicua fiant, hæc ambigua non oportere existimari. Deinde, qua in sententia scriptor fuerit, ex ceteris ejus scriptis, factis, dictis,[19] animo, atque vita ejus [20] sumi oportebit, et eam ipsam scripturam, in qua inerit [1] illud ambiguum, de quo quæritur,[2] totam omnibus ex partibus pertentare,[l] [3] si quid, aut ad id appositum [4] sit, quod nos interpretemur, aut ei, quod adversarius intelligat, adversetur. Nam facile, quid verisimile sit eum voluisse, qui scripsit, ex omni scriptura, et ex persona scriptoris, atque iis rebus [5] quæ personis attributæ sunt, considerabitur.[m] 118. Deinde erit demonstrandum, si quid ex ipsa re dabitur facultatis, id, quod adversarius intelligat, multo minus commode [6] fieri posse, quam id, quod nos accipimus,[7] quod illius rei [8] neque administratio, neque exitus ullus exstet;[n] nos quod dicamus,[9] facile et commode transigi posse. Ut in hac lege (nihil enim prohibet fictam exempli [10] loco ponere, quo facilius res intelligatur): 'Meretrix coronam [g] auream ne habeto:[11]

[l] *Explorare.* [m] *Considerando invenietur.*
[n] *Quod illud neque usui esse, neque perfici possit.*

Wetzel. et Orell. Tum B *eo*, suprascr. *vel ambiguo.*—15 ω 1. Tur. et Mss. Oud. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *in eam sententiam in quam:* ut Lamb. conjecerat legend. Al. edd. et Mss. *in ea sententia in qua.*—16 Voss. 1. 2. Leid. 3. *dicit.*—17 Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. et ed. Omnib. *et inferiore*, omissa præpositione. Pro *scriptura*, κ habet *scripta.*—18 *Fieri* non est in Voss. 1. Leid. 3. —19 θ *ex cet. ipsis scriptis.* Tum B L. ω 2. Leid. 1. Voss. 2. *et ex factis, dictis:* κ *ac ex factis, dictis:* Sch. *et factis, dictis:* ed. Omnib. *dictis et factis.* —20 Lamb. delevit *ejus.*—1 Leid. 1. *in qua inerat:* ω 2. Leid. 2. *in qua erit:* κ *in qua etiam erit.*—2 ω 2. Tur. Lamb. et Orell. *quæretur.*—3 ω 1. *pertentari:* Voss. 1. Leid. 3. *tentare.*—4 κ *oppositum.*—5 Voss. 1. *et his rebus:* Leid. 3. *et ex his rebus.*—6 Sch. non habet *commode.*—7 ω 1. *accepimus;* Schutz. e conj. cum Wetzel. *accipiamus.*—8 Leid. 2. *ejus rei.*—9 L M *constet:* Leid. 2. *existet.* Tum ω 1. *sed nos quod dicamus.*—10 B *ficta exempli:* W *fictam rem exempli:* ω 1. et Tur. *fictum exempli:* θ *factam rem exempli:* κ, Voss. 1. Leid.

NOTÆ

[g] '*Meretrix coronam*] Hermogenes in hoc ipso exemplo ambiguitatem ac-

si habuerit, publica esto:[g] contra eum, qui meretricem publicari dicat ex lege oportere, posset dici,[12] neque administrationem esse ullam publicæ meretricis,[13] neque exitum legis[h] in meretrice publicanda: at in auro publicando et administrationem et exitum[14] facilem esse, et incommodi nihil inesse.[15] XLI. 119. Ac diligenter illud quoque[16] attendere oportebit, num, illo probato, quod adversarius intelligat,[17] utilior res, aut honestior,[18] aut magis necessaria, a scriptore neglecta videatur. Id fiet, si id, quod nos demonstrabimus, honestum, aut utile, aut necessarium demonstrabimus;[19] et, si id, quod ab adversariis dicetur, minime ejusmodi dicemus esse.[20] Deinde si in lege erit ex ambiguo controversia, dare operam oportebit, ut de eo, quod adversarius intelligat, alia in lege cautum esse doceatur.[o][1] 120. Permultum autem proficiet,[2] illud demonstrare, quemadmodum scripsisset, si id, quod adversarius accipiat, fieri, aut intelligi voluisset: ut in hac causa, in qua de vasis argenteis quæritur, possit mulier dicere, nihil attinuisse, ascribi, quæ volet, si hæredis voluntati permitteret: eo enim non ascripto, nihil inesse[3] dubitationis, quin

[o] *Ostendatur esse provisum.*

3. Victorin. Junt. Lamb. *fictam legem exempli.*—11 M W, Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *non habeto.*—12 θ *posse dici:* Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *possit dici.*—13 B *adm. ullam,* omisso *esse:* Voss. 2. *adm. fuisse ullam:* et ω 2. *publicandæ meretricis.*—14 Lamb. e Ms. *exitum legis fac.* Vox *esse* in ω 2. deest.—15 ω 2. Sch. Leid. 3. *esse.*

CAP. XLI. 16 Ed. Omnib. *Ac dilig. hic quoque.*—17 B *illo quoque prob.* et Sch. *quod adv. intelligit.*—18 M *atque hon.*—19 ω 1. Leid. 2. *aut necess. demonstrabitur.* Voces *si id quod nos dem . . . aut nec. dem.; et* non sunt in ψ.—20 Leid. 2. *hujusmodi dicamus esse:* Tur. et Lamb. *ejusm. esse dicemus.*—1 Voss. 1. *cautum esse videatur.*—2 Ed. Omnib. *permultum prof.* Leid. 3. *et*

NOTÆ

centus constituit, ΕΤΑΙΡΑ, ΧΡΥΣΙΑ ΕΙ ΦΟΡΟΙΗ, ΔΗΜΟΣΙΑ ΕΣΤΩ. *Meretrix, auream coronam si ferat, publica esto.* Accusator pronuntiat δημοσία accentu in penultima, neque enim illæ vocum notæ antiquis adhibebantur, adeoque ex lege vult meretricem publicari, sive mancipium fieri civitatis. Antepenultimam acuet defensor, contendet pronuntiandum esse δημόσια, adeoque ex scripto et sententia legis coronam tantum, non ipsam mulierem publicandam.

[h] *Neque exitum legis*] Neque lege cautum esse, ut dissolutæ mulieres publicarentur, ne turpe vectigal videretur colligi.

hæres, quæ ipse vellet, daret. Amentiam[4] igitur fuisse, cum hæredi vellet cavere, id ascribere, quo non ascripto, nihilominus hæredi caveretur. 121. Quare hoc genere[5] magnopere talibus in causis uti oportebit:[6] si hoc modo scripsisset, isto verbo usus non esset, non isto loco verbum istud[7] collocasset. Nam ex his sententia scriptoris maxime perspicitur.[8] Deinde quo tempore scriptum sit, quærendum est, ut, quid eum voluisse in ejusmodi tempore[9] verisimile sit, intelligatur. Post ex deliberationis partibus: quid utilius, et quid honestius,[10] et illi ad scribendum,[11] et his ad comprobandum sit, demonstrandum:[12] et ex his, si quid amplificationis dabitur, communibus utrosque[13] locis[i] uti oportebit.[p]

XLII. Ex scripto et sententia controversia consistit,[14] cum alter verbis ipsis, quæ scripta sunt, utitur; alter ad id, quod scriptorem sensisse dicet, omnem adjungit[15] dictionem.[q] 122. Scriptoris autem sententia ab eo, qui sententia se defendet, tum semper ad idem spectare,[16] et idem velle

[p] *Ex his rebus si quid amplificatione tractandum sit, sunt loci communes quibus in utramque partem uti oportebit.*
[q] *Convertit totam orationem scriptoris.*

*permultum hic prof.*—3 M, Sch. Voss. 1. 2. *esse.*—4 Tur. *Amentia*: vulg. *Amentiæ.* Ern. e Mss. Guelf. Voss. 2. Schol. ed. Omnib. Med. Junt. edidit *Amentiam*; et sic B M, Schutz. Wetzel. et Orell.—5 Sch. *Quare hoc in gen.* —6 κ *uti hoc modo oport.*—7 Voss. 1. Leid. 3. *verbum illud.*—8 Post *perspicitur*, in θ additur: *Verbi causa, si magis dilexit filium quam matrem, aut matrem quam filium.*—9 ω 1. *in hoc temp.*—10 Leid. 2. Victorin. *quid hon.* sine copula. —11 M *describendum.*—12 ω 1. *dem. est.*—13 Voss. 1. Leid. 3. *utrique*: M, Leid. 2. *utrisque*: ed. Omnib. *utroque*: B L W θ κ, ω 1. Tur. Sch. Voss. 2. Cass. Guelf. 2. Lamb. et Orell. *utrinque*: Junt. Grut. Oliv. Græv.-Burm. et Lall. *utrunque*: Guelf. 1. Leid. 1. Schutz. et Wetzel. *utrosque.*

CAP. XLII. 14 Voss. 1. *controv. constat*: Leid. 3. *controv. nascitur.*—15 κ, tres Mss. Oud. et ed. Omnib. *adjunget.*—16 ω 1. *sententia se defendet, ali-*

## NOTÆ

[i] *Communibus utrosque locis*] In exemplo superiore de muliere servituti subjicienda, ex legislatoris sententia, quæ utrique parti communis est, dicet accusator, æquissimis legibus pares delictis pœnas debere rependi, grave scelus esse bonisque moribus maxime contrarium ejusmodi mulierculas turpitudine vitæ infames coronam auream ferre, et matronarum insignibus ornari. Defensor concedet æquissimas esse leges, adeoque maxime a crudelitate abhorrentes; neque vero peccato mediocri gravissimam pœnam, cujusmodi servitus est, irrogare.

demonstrabitur:[r] tum aut [17] ex facto, aut ex eventu aliquo ad tempus id, quod instituit, accommodabitur.[18] Semper ad idem spectare,[19][k] hoc modo: Paterfamilias cum liberorum nihil haberet,[s] uxorem autem haberet,[20] in testamento ita scripsit:[1] 'Si mihi filius genitus unus,[2] pluresve, is mihi hæres esto.'[3] Deinde quæ assolent.[4] Postea, 'Si filius ante moritur,[5] quam in tutelam suam venerit,[t] tu mihi,' dicebat, 'secundus hæres esto.'[6] Filius non est natus. Ambigunt agnati cum eo, qui est hæres,[7] si filius ante, quam in suam tutelam veniat,[8] mortuus sit.[u] 123. In hoc genere non potest hoc [9] dici, ad tempus, aut ad eventum [10] aliquem sententiam scriptoris oportere accommodari, propterea, quod ea sola demonstratur,[11] qua fretus ille, qui contra scriptum dicit, suam esse hæreditatem defendit.[12] Alte-

[r] *Qui dicet pro sententia scriptoris, ostendet sententiam scriptoris; aut unum eundemque semper habere sensum; aut hoc præsenti tempore talem habere sensum propter aliquem casum.*

[s] *Cum nullos haberet filios.*

[t] *Antequam sui juris esse cœperit.*

[u] *Consanguinei patrisfamilias de cernenda hæreditate disceptant cum illo quem paterfamilias testamento substituit hæredem, si forte filius moreretur antequam fieret sui juris annos natus quatuordecim.*

*quando tenenda est cum determinatione aliquando sine determinatione, tum semper ad idem spectare.*—17 M κ, ω 1. Sch. Voss. 2. carent *aut.*—18 M, Voss. 1. 2. Leid. 1. a m. pr. item Leid. 3. *instituitur:* edd. pr. *instituerit*, probb. Oud. et Ern. Dein M W θ κ, Sch. Voss. 1. Leid. 1. *accommodatur.*—19 M *spectat.*—20 Sch. a m. pr. *liberos filios hab. nihil.* In Voss. 1. *habuisset.* Verba *uxorem autem habet* in B desunt.—1 M *in test. ei scr.* ω 1. *in test. scr.*—2 M, Sch. ed. Omnib. *genitus sit unus*, suprascr. in Sch. *gignitur:* Voss. 1. Leid. 3. ed. Junt. *genitus fuerit unus:* B L W θ, Tur. *gignitur:* Lamb. et Orell. *genitur.* Vulg. *genitus unus.* Vid. Var. Lectt. ad l. II. de Orat. c. 32.—3 B *is*, suprascr. *hi.* Idem Ms. *heres esto*, suprascr. *heredes sint.*—4 κ *Denique:* et Sch. Leid. 1. *quæ solent.*—5 M *moriatur:* ψ *moreretur.*—6 ψ *veniret.* Tum M *tu mihi, dic., heres esto:* ω 1. *tu mihi heres esto:* Sch. a m. pr. *tum mihi, dicet, heres esto:* Tur. *tu mihi, dicet, heres esto:* Voss. 1. 2. *tum mihi, dicebat, heres esto.*—7 Octo Oxonn. Mss. cum Junt. Lamb. Oliv. et Lall. *qui est secundus heres.*—8 L W θ κ, Victorin. et Orell. *venerit:* Schutz. e conj. cum Wetzel. *veniret.*—9 ω 1. non habet *hoc.*—10 M θ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. *et ad eventum:* B *et ad ventum.*—11 κ, Sch. Voss. 2. ed. Omnib. et Lamb. *sola esse dem.*—12 Leid. 3. et ed. Omnib. *dicet:* et mox Leid. 3. *defendet.*—13 B et ed.

NOTÆ

[k] *Semper ad idem spectare*] Unum et eundem semper habere sensum aliquando scriptoris sententiam probatur exemplo consequenti. Hæres secundus testamento scriptus interpretatur se legitimum hæredem, sive patrifamilias natus esset filius futurus primus hæres, sive natus non esset.

rum autem genus est eorum,[13] qui sententiam inducunt. In quo[14] non simplex voluntas scriptoris ostenditur, quæ in omne tempus, et in omne factum idem valeat:[x] sed ex quodam facto, aut eventu ad tempus interpretanda dicitur.[15] Ea partibus[16] juridicialis assumtivæ maxime sustinetur.[y] [*p.* 78.] Nam tum inducitur comparatio, ut in eum,[17] qui, cum lex aperiri portas noctu vetaret, aperuit quodam in bello, et auxilia quædam[18] in oppidum recepit, ne ab hostibus opprimerentur, si foris essent, quod prope muros hostes[19] castra haberent: 124. tum relatio criminis, ut in eo milite,[20] qui, cum communis lex omnium hominem occidere vetaret,[l] tribunum [militum][1] suum,[m] qui vim sibi afferre conaretur,[2] occidit: tum remotio criminis, ut in eo, qui, cum lex, quibus diebus in legationem[3] proficisceretur, præstituerat,[4] quia sumtum quæstor[5] non dedit, profectus

[x] *Habeat eundem sensum.*
[y] *Potissimum continetur judiciali constitutione, quæ dicitur assumtiva.*

Omnib. *Illud autem gen. eorum:* W *Aliud autem gen. eorum:* θ *Aliud autem gen. est eorum:* κ *Alt. autem gen. eorum:* Sch. *Aliud autem gen. est eo*, suprascr. *illud.*—14 Schutz. Wetzel. et Orell. ita distinguunt, *inducunt, in quo.*—15 B *ducitur.*—16 κ et ed. Omnib. *Ea ex part.*—17 ω 2. Leid. 1. Voss. 2. Sch. a m. sec. Junt. Lamb. et Orell. *in eo.*—18 M, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *auxilio quosdam:* κ *auxilium quoddam.*—19 Sch. non agnoscit vocem *hostes.*—20 Vulgo vox *milite* omittitur. Ern. eam inseruit e Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. Guelf. 1. Cass. edd. pr. et eam agnoscunt B M κ ψ, ω 1. 2. Schutz. Wetzel. et Orell.—1 ψ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3. ed. Omnib. *tribunus:* κ *tribunus plebis.* Tum Tur. et quinque Mss. Oud. cum ed. Omnib. *militem;* quod Schutz. delevit. Lamb. putat *militaris* legend.—2 Vulg. *inferre.* Ern. e Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. Guelf. 1. 2. edidit *afferre;* et sic M W, Tur. Schutz. Wetzel. et Orell. Pro *conaretur*, κ, Leid. 3. ω 2. Junt. Lamb. habent *conabatur.*—3 κ *ut in legatione.*—

## NOTÆ

[l] *Occidere vetaret*] Pro vita aut pudicitia, quæ vitæ adæquatur, tuenda, injustum aggressorem, si non alia suppetat evadendi via, fas est occidere. Julius Paulus Sentent. v. tit. 23. 'Qui latronem cædem sibi inferentem, vel alium quemlibet stuprum inferentem occiderit, puniri non placuit. Alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit.' Augustin. de Libero Arbitrio I. 5. 'Lex dat potestatem vel viatori ut latronem, ne ab eo ipse occidatur, occidat; vel cuipiam viro aut fœminæ, ut violenter sibi stupratorem irruentem, aut post illatum stuprum, si possit, interimat.'

[m] *Tribunum militum suum*] Trebonius C. Lusium Marii sororis filium noctu vim adhibere parantem stricto gladio confodit. Marius re audita, nedum juvenem plecteret, corona donavit. Plutarch. in Mario.

non est:[z] tum concessio per purgationem, et per imprudentiam, ut in vituli[6] immolatione: et per vim, ut in navi rostrata: et per casum, ut in Eurotæ fluminis[7] magnitudine. Quare aut ita sententia inducetur, ut unum quiddam[a][8] voluisse scriptor demonstretur: aut sic, ut in ejusmodi re et tempore,[9] hoc voluisse doceatur.[10]

XLIII. 125. Ergo is, qui scriptum defendit, his locis[11] plerumque omnibus, majore autem parte[12] semper poterit uti: Primum scriptoris collaudatione, et loco communi, nihil eos, qui judicent, nisi id, quod scriptum sit,[13] spectare oportere: et hoc eo magis, si legitimum scriptum proferetur, id est, aut lex ipsa, aut ex lege aliquid.[14] Postea quod vehementissimum est, facti, aut intentionis adversariorum cum ipso scripto contentione,[b] quid scriptum sit,[c] quid factum, quid juratus judex:[d] quem locum multis modis[15] variare oportebit. Tum ipsum secum admirantem, quidnam contra dici possit: tum ad judicis officium revertentem, et ab eo quærentem, quid præterea audire, aut expectare debeat: tum ipsum adversarium, quasi intentantis loco,[e] producendo, hoc est, interrogando,[16] utrum scriptum neget esse eo modo, an ab se contra factum esse, aut contra contendi neget:[17] utrum ne-

[z] *Ut in illo qui, propterea quod quæstor impensas non suppeditavit, in legationem non est profectus eo die quem lex præfinierat.*
[a] *Semper.*
[b] *Poterit uti comparatione.* [c] *Ostendet.*
[d] *Debeat facere juramento obligatus legi servandæ.*
[e] *Quasi actionem intenderet.*

4 Ed. Lamb. *præstitueret.*—5 M *prætor.*—6 ω 1. et Sch. *per imprud. factum,* suprascr. in Sch. *facta:* ed. Omnib. *per impr. facti.* Dein M *ut factum est in vituli: θ ut est in vit.*—7 Vox *fluminis* abest ab M, ω 1. Tur. Sch. et eam delevit Schutz.—8 Sch. ed. Omnib. *quoddam.*—9 ω 1. *ut cum ejusm.* Leid. 3. *re aut temp.*—10 L *demonstretur.*

Cap. xliii. 11 κ, Sch. Voss. 1. Leid. 2. Victorin. ed. Omnib. Schutz. et Orell. *defendet.* Tum Sch. *et his locis.*—12 Sch. *majore tum parte:* Lamb. et Schutz. *majorem autem partem.*—13 B κ, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *scriptum est.*—14 Tur. et Lamb. *aliquid ex lege.*—15 ω 1. *multimodis: θ multis locis.* Tum M *oportet.*—16 κ *quasi tentantis loco:* M *quasi intentantis loco,* suprascr. *minitantis,* et in marg. '*intemptantis* vel *intendentis.*' ω 1. *quasi in testis loco:* Sch. a m. pr. *quasi intendentis loco:* Altorf. *quasi intentantis locum;* unde Schutz. edidit, *quasi in intentionis locum.* Lamb. putabat verba *intentantis loco* delenda esse, seu *intendentis loco* legend. Vulg. *quasi intentantis loco.* Dein ω 1. Sch. Voss. 2. Leid. 2. *producendum, hoc est, interrogandum: θ* in marg. *producendum, interrogandum.*—17 *θ κ an contra;* et ω 2. Leid. 1. Voss. 2. Sch.

gare ausus sit, se dicere desiturum. 126. Si neutrum[18] neget, et contra tamen dicat: nihil esse, quo hominem impudentiorem[19] quisquam se visurum arbitretur. In hoc ita commorari conveniet, quasi nihil præterea dicendum sit, et quasi contra dici nihil possit, sæpe id, quod scriptum est, recitando; sæpe cum scripto factum adversarii confligendo;[20] atque interdum acriter ad judicem ipsum[1] revertendo. Quo in loco judici demonstrandum est, quid juratus sit,[2] quid sequi debeat: duabus de causis judicem dubitare oportere, si aut scriptum sit obscure, aut neget aliquid[3] adversarius: XLIV. 127. cum et scriptum[4] aperte sit, et adversarius omnia confiteatur, tum judicem[5] legi parere, non interpretari legem oportere. Hoc loco confirmato, tum diluere ea, quæ contra dici poterant,[6] oportebit. Contra autem dicetur, si aut prorsus aliud sensisse scriptor, et scripsisse aliud demonstrabitur:[7] ut in illa de testamento, quam posuimus, controversia, aut causa assumtiva[n] inferetur, quamobrem scripto non potuerit, aut non oportuerit obtemperari.[8] 128. Si aliud sensisse scriptor, aliud scripsisse dicetur,[9] is, qui scripto utetur, hoc dicet,[10] non oportere de ejus voluntate nos argumentari, qui, ne id facere possemus, indicium[11] nobis reliquerit[12] suæ voluntatis:[f] multa incommoda consequi, si instituatur, ut a

[f] *Quam talem esse scriptum demonstrat.*

a m. sec. et ed. Crat. *cont. posse neget:* Lamb. suspicabatur legend. *aut contra dici posse contendat.*—18 θ *Vel si neutr.*—19 Lamb. et Orell. *quod hom.* M et Sch. *imprudentiorem:* Voss. 1. *imprudentem.*—20 L M κ, Leid. 2. ed. Omnib. *comparando ;* sic θ in marg. et sic suprascr. in W.—1 κ non habet *ipsum.* —2 ω 1. *quod jur. sit.*—3 M *aliquis.*

CAP. XLIV. 4 κ et Leid. 3. *Cum autem et scr.*—5 Sch. *judex*, suprascr. *judices;* ut est in M W, Voss. 1. 2. Leid. 1. 3.—6 W θ, Sch. *potuerunt:* M, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. Tur. Lamb. Schutz. et Orell. *poterunt.* Vulg. *poterant.*—7 ω 1. *prorsus aliud quidem sensisse scriptorem demonstrabitur, et scrips. aliud dem.*—8 Leid. 3. *obtemperare.*—9 Voss. 1. *aut scrips.* et Sch. Voss. 1. 2. *dicatur.*—10 ω 1. *hæc dicet.* κ et Leid. 3. carent pronomine.—11 Leid. 2. 3. Voss. 1. Junt. Grut. et Græv.-Burm. *judicium:* Pal. 2. 3. Grev. Sch. Leid. 1. Voss. 2. Guelf. 1. 2. Cass. omnes Oxonn. Mss. cum Oliv. Lall. Schutz. Wet-

NOTÆ

[n] *Causa assumtiva*] Causa assumtiva, ut patet ex antedictis, tum est, cum infirma per se defensio colore, hoc est, probabili facti ratione extrinsecus assumta corroboratur.

scripto recedatur. Nam et eos, qui aliquid scribant,[13] non existimaturos, id, quod scripserint, ratum futurum: et eos, qui judicent, certum, quod sequantur,[14] nihil habituros, si semel a scripto recedere consueverint.[15] Quodsi voluntas scriptoris conservanda sit, se,[16] non adversarios, a voluntate ejus stare:[g] nam multo propius accedere ad scriptoris voluntatem eum, qui ex ipsius eam literis interpretetur, quam illum, qui sententiam scriptoris non ex ipsius scripto spectet, quod ille[17] suæ voluntatis quasi imaginem reliquerit, sed domesticis suspicionibus perscrutetur.[h] 129. Sin causam afferet is,[i][18] qui a sententia stabit, primum erit contra dicendum: quam absurdum,[19] non negare contra legem fecisse, sed quare fecerit, causam aliquam invenire: deinde conversa omnia esse:[k] ante solitos[20] esse accusatores judicibus persuadere, affinem[l] esse[1] alicujus culpæ eum, qui accusaretur; causam proferre,[2] quæ eum ad peccandum impulisset:[3] nunc ipsum reum causam afferre,[4] quare deliquerit. 130. Deinde hanc inducere partitionem, cujus in singulas partes[5] multæ convenient argumentationes:[6] primum nulla in lege ullam causam contra scriptum accipi convenire:[7] deinde si in ceteris legibus conveniat, hanc esse hujusmodi[8] legem, ut in ea non oporteat: postremo si in hac quoque lege oporteat, hanc quidem causam accipi[9] minime oportere. XLV. Prima pars

[g] *Se qui pugnat pro scripto voluntati scriptoris adhærere, non adversarios qui pugnant pro sententia.*

[h] *Sed privatis conjecturis investiget.*

[i] *Cur recedendum sit a scripto.*

[k] *Mutatam esse omnem judicii rationem.*

[l] *Reum.*

zel. et Orell. *indicium.*—12 Leid. 3. *reliquit.*—13 W θ *scribebant.*—14 Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *quid seq.*—15 ω 1. *consuerant.*—16 Leid. 3. *conserv. est:* unus Ms. ap. Lamb. *observanda sit.* Tum θ omittit *se.*—17 B *illac.*—18 θ *Sin causam dabit is:* ψ *Sin causam afferret is.*—19 Voss. 1. Leid. 3. *quam esse absurdum:* M, ω 1. 2. Leid. 2. cum Orell. *quam abs. sit;* et sic κ in marg.—20 ω 1. Tur. Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *esse omnia.* Tum M *nam ante solitos.* —1 θ non habet *esse.*—2 M *qui accusatur:* κ, ω 2. *et causam prof.*—3 L et M *impulerit:* B *compulisset*, suprascr. 'vel *impulisset.*'—4 Leid. 2. *nunc eum ipsum causam.* Sch. Voss. 1. Leid. 3. Schutz. et Orell. *inferre.*—5 θ *hanc rationem ind. part.* ω 1. Sch. et ed. Omnib. *in singulis partibus.*—6 B W, Sch. Voss. 1. ed. Omnib. *conveniunt.* Pro *argumentationes*, Sch. Voss. 1. Leid. 3. habent *orationes.*—7 κ *oportere*, sed in marg. *convenire.*—8 Sch. Voss. 2. Leid. 3. et Lamb. *ejusmodi.*—9 M *hanc quoque causam.* Leid. 2. non habet verbum *accipi.*

his fere locis[10] confirmabitur: scriptori neque ingenium, neque operam, neque ullam facultatem defuisse,[m] quo minus posset aperte perscribere id[11] quod cogitaret: non fuisse ei grave, nec difficile, eam causam excipere,[12] quam adversarii proferant, si quicquam excipiendum[13] putasset: consuesse[14] eos, qui leges scribant, exceptionibus uti. **131.** Deinde oportet[15] recitare leges cum exceptionibus scriptas, et maxime videre, si qua in ea ipsa lege, qua de agitur,[16] sit exceptio aliquo in capite,[n] aut apud eundem[17] legis scriptorem,[o] quo magis eum probetur fuisse excepturum, si quid excipiendum putaret: et ostendere, causam accipere,[p] nihil aliud esse,[18] nisi legem tollere: ideo quod,[19] cum semel causa consideretur, nihil attineat eam ex lege considerare, quippe quæ in lege[20] scripta non sit. Quod si sit institutum; omnibus causam dari et potestatem peccandi, cum intellexerint, vos ex ingenio ejus, qui contra legem fecerit, non ex lege, in quam jurati sitis,[1] rem judicare:[q] deinde et ipsis judicibus judicandi, et ceteris civibus vivendi rationes perturbatum iri, si semel a legibus recessum sit: **132.** nam et judices neque quid sequantur,[2] [*p.* 79.] habituros, si ab eo, quod scriptum sit,[3] recedant: neque, quo pacto aliis improbare[4] possint, quod contra legem judicarint: et ceteros cives, quid agant, ignoraturos,

[m] *Neque industrium neque verba defuisse.*
[n] *Alio.* [o] *In aliqua alia lege.*
[p] *Admittere exceptionem quæ non est apposita a legislatore.*
[q] *Secundum quam judicium vos laturos jurejurando promisistis.*

CAP. XLV. 10 Leid. 2. *his omnibus fere locis.*—11 Tur. et Lamb. *aperte posset perscr. id:* Voss. 2. *aperte describere id.*—12 Voss. 1. *recipere.*—13 Idem Ms. *accipiendum.*—14 Voss. 1. *consuescere.* Dein ω 1. et Voss. 1. *qui legem scribant.*—15 κ in marg. *oportebit.*—16 ω 1. *videre hoc:* θ et Leid. 2. *videre hæc:* Sch. a m. pr. *videre quæ.* Tum al. *si quæ.* Abest *ipsa* ab L et Voss. 1. Porro ω 2. Leid. 1. 2. *agatur.*—17 M *ejusdem.*—18 Voss. 1. Leid. 3. et Var. Lect. Sch. *excipere;* et sic suprascr. in M. Dein κ *non aliud esse.*—19 ω 2. *ideo quia.*—20 κ *quippe quæ causa in lege.* Verba *in lege* non sunt in Voss. 1. —1 κ, Leid. 3. ed. Omnib. *in qua.* L, Voss. 1. Leid. 3. *jurati estis.*—2 θ *nam et jud. nequit seq.*—3 B *scriptum est.*—4 B, Sch. Junt. Crat. Victor. *alios improbare,* prob. Oud. ω 1. Tur. *aliis probare:* Lamb. Schutz. Wetzel. et Orell. *in aliis improbare.* Grut. suspic. *improperare* vel *exprobrare.* Orell. h. l. ut corruptum denotavit. Tum W, ω 1. *qui contra leg.* Leid. 3. *quod illi contra leg.* tres Mss. Lambini *quid contra leg.* unde ipse conjecit legend. *si quid*

si ex suo quisque consilio, et ex ea ratione,[5] quæ in mentem aut in libidinem venerit,[6] non ex communi præscripto civitatis unamquamque rem administrarit:[7] postea quærere[8] ab judicibus ipsis, quare in alienis[9] detineantur negotiis:[r] cur reipublicæ munere[10] impediantur,[s] cum sæpius suis rebus[11] et commodis servire[12] possint: cur in certa verba[t] jurent: cur certo tempore conveniant, certo discedant: nihil quisquam[13] afferat causæ, quo minus frequenter operam reipublicæ det, nisi quæ causa in lege[14] excepta sit: an se legibus obstrictos in tantis molestiis esse æquum censeant, adversarios nostros leges negligere[15] concedant:[u] 133. deinde item[16] quærere ab judicibus, si ejus rei causam, propter quam[17] se reus contra legem fecisse dicat, exceptionem[18] ipse in lege ascribat, passurine sint: postea hoc, quod faciat, indignius et impudentius esse, quam si ascribat:[19] age porro, quid si ipsi velint[20] judices ascri-

[r] *Quare occupentur negotiis alienis.* [s] *Fungantur.*
[t] *Certa juramenti formula.*
[u] *Quivis judicum, si quo tempore reipublicæ non serviat judicio ferendo, non aliam causam proferet, nisi eam quæ in legibus expressa sit: si in tam gravibus curis judices putant justum esse se legibus obligari; an permittent adversarios nostros iisdem legibus non teneri?*

*contra leg.*—5 θ, Leid. 3. *et ex sua rat.*—6 Voss. 1. *aut lib. venerint:* ed. Omnib. *aut lib. venerit,* improb. Oud.—7 *Administrabit* omnes Mss. et edd. ante Ern. qui e conj. dedit *administrarit;* et sic Sch. Wetzel. et Orell.—8 ω 1. *quæres.*—9 B *quære;* et W θ, ω 1. *in aliis.*—10 κ *muneribus.*—11 B W ψ, Grev. Pall. 2. 3. Leid. 1. Voss. 1. 2. Grut. Græv.-Burm. et Lall. *cum sæpius seriis suis rebus:* θ *cum sæpe seriis suis rebus:* L *cum sæpius et suis rebus:* ω 1. *cum seriis suis rebus:* Leid. 3. *cum sæpius serius suis rebus:* Tur. *quo sæpius secius suis rebus:* Schutz. e conj. atque etiam Orell. *quo secius suis rebus:* M κ, ω 2. Leid. 2. Sch. a m. pr. Junt. Lamb. Oliv. et Wetzel. *cum sæpius suis rebus.* —12 θ *servare.*—13 L, ω 2. *cur certo disc.* M *cur certoque disc.* Sch. ed. Omnib. et Lamb. *certoque disc.* Leid. 2. *in forum, cur disc.* Tum L M, Leid. 3. ed. Omnib. *cur nihil quisq.* sed in M *cur* punctis subnotatur.—14 W *causæ* in M deest. Dein vulg. *ex lege.* L M W ψ, ω 1. 2. Tur. omnes Mss. Oud. et edd. ante Ald. cum Oliv. Schutz. Wetzel. et Orell. *in lege.*—15 M W θ *advers. vero nostros:* et Leid. 3. *legem negl.*—16 κ et ω 1. carent *item.*—17 W θ κ et Sch. *si ejus rei causæ:* M, Lamb. et Schutz. *si ejus causæ:* B, Tur. Pall. Leid. 1. Voss. 2. *si ejus rei causa:* L, Leid. 2. 3. Voss. 1. et unus Ms. ap. Lamb. *si ejus rei,* omisso *causam;* quam vocem Ern. putat spuriam esse. Wetzel. et Orell. eam uncis includunt. Dein M *per quam.*—18 In Voss. 1. et Leid. 3. vox *exceptionem* præponitur illis *propter quam, &c.*—19 Leid. 2. *atque impud. esse:* Voss. 1. *et imprudentius esse.* In eodem Ms. *in quam si ascr.* ed. Omnib. *quam si quid ascr.* Sch. a m. pr. *quam si ascribatur.*—20 ω 1. *quod si.* Ern. putabat, aut *quid* delendum, aut transponendum, *si quid.* Schutz. delevit *quid:* Wetzel. uncis includit. Tum B L M W θ κ, ω 1. Tur.

bere: passurusne sit populus? atque hoc [1] esse indignius, quam rem verbo et literis mutare non possint, eam re ipsa, et judicio maxime,[2] commutare: 134. deinde indignum esse[3] de lege aliquid derogari,[o] aut legem abrogari,[4] aut aliqua ex parte commutari, cum populo cognoscendi,[5] [p] et probandi, aut improbandi potestas nulla fiat: hoc ipsis judicibus invidiosissimum [6] futurum: non hunc locum esse, neque hoc tempus [7] legum corrigendarum: apud populum [q] hoc, et per populum agi convenire:[8] quod si nunc id agant, velle se scire, qui lator sit,[9] qui sint accepturi: se actiones[10] videre et dissuadere velle: quodsi hæc cum summe inutilia, tum multo turpissima sint: legem, cujuscemodi [x] [11] sit, in

[x] *Qualiscunque.*

et omnes Mss. Oud. *vellent.*—1 Sch. a m. pr. *at hoc.*—2 Sch. Voss. 1. *maximo.*—3 *θ ind. est.*—4 Verba *aut legem abrogari* absunt ab uno Ms. ap. Lamb. —5 Voss. 1. Leid. 1. *agnoscendi.*—6 Ed. Omnib. *invidiosum.*—7 M *neque tempus*, omisso *hoc.*—8 B *κ ψ apud pop. hæc:* et Voss. 1. Leid. 3. *et per pop. magis conv.*—9 *κ ψ*, Voss. 1. 2. Leid. 3. et unus Ms. ap. Lamb. *lator legis sit:* alius ap. Lamb. *legis lator sit.*—10 Quidam libri Mss. habent *eas se actiones:* quidam vir doctus legend. putabat *eam se rogationem:* Lamb. putabat potius reponendum *eam se rationem.* In Pal. 1. *se accessiones*, prob. Grut. Schutz. e conj. dedit *se captionem;* et sic Orell. Ern. conj. *se actionem.* Pro *videre*, Schutz. e conj. edidit *ostendere.*—11 Leid. 2. Sch. a m. sec. *cujusmodi:* ed. Omnib. *cujuscunque modi:* Lamb. *cujuscujusmodi:* Schutz. e conj. Lamb. *cui-*

## NOTÆ

[o] *Derogari*] Abrogare, derogare, exrogare, obrogare, diversum quid significant. Abrogatur legi, inquit Modestinus, cum lex prorsus tollitur: derogatur cum pars detrahitur: exrogare, auctore Festo, ex lege vetere aliquid eximere per legem novam: obrogare, legis prioris infirmandæ causa legem novam ferre.

[p] *Cum populo cognoscendi, &c.*] Abrogabat quidem populus legem, sed ut abrogaretur, senatus statuebat; nisi quando temeritate nonnullorum jura perverterentur. Quare leges cognoscendi, probandi, aut improbandi summa potestas populo non erat.

[q] *Apud populum*] A quatuor magistratibus majoribus, prætore et consule, dictatore et interrege, ferebatur lex, consulto, quo plus haberet auctoritatis, senatu. Deinde promulgabatur, sive in publico proponebatur cujusvis censuræ obnoxia per trinundinum. Quo spatio elapso magistratus populo convocato recitabat et suadebat legem, quæ suffragiis populi comprobata in æs incidebatur. Itaque penes populum erat leges sancire, corrigere, aut etiam rejicere, adeo ut Ateius Capito apud Gell. x. 20. legem definiat, 'generale jussum populi aut plebis, rogante magistratu.' Verum ut hinc patet, magistratuum erat rogare populum, an vellet, juberet aliquid fieri.

præsentia conservari [12] ab judicibus, post, si displiceat, a populo corrigi convenire: deinde, si [13] scriptum non extaret, magnopere quæreremus: [14] neque isti, ne si extra periculum quidem esset, crederemus.[15] Nunc [16] cum scriptum sit, amentiam esse, ejus, qui [17] peccarit potius quam legis ipsius verba cognoscere. His et hujusmodi [18] rationibus ostenditur, causam extra scriptum accipi [19] non oportere. XLVI. 135. Secunda pars est,[20] in qua est[1] ostendendum, si in ceteris legibus oporteat,[2] in hac non oportere. Hoc demonstrabitur, si lex aut [3] ad res maximas, utilissimas,[4] honestissimas, religiosissimas videbitur pertinere: aut inutile,[5] aut turpe, aut nefas esse tali in re non diligentissime legi obtemperare: [6] aut ita [7] lex diligenter perscripta demonstrabitur,[8] ita cautum unaquaque de re, ita [9] quod oportuerit, exceptum, ut minime conveniat quicquam in tam diligenti scriptura præteritum arbitrari. Tertius locus est ei, qui pro scripto dicet, maxime necessarius, per quem ostendat oportet,[10] si conveniat causam contra scriptum accipi,[y] eam tamen minime [11] oportere, quæ ab adversariis afferatur. 136. Qui locus idcirco est huic necessarius, quod semper is, qui contra scriptum dicit,[12] æquitatis aliquid afferat oportet. Nam summa impudentia sit,[13] eum, qui contra quam quod scriptum sit,[14] aliquid probare [15]

[y] *Si expediat admitti rationem sequendi sententiam scriptoris contra scriptum.*

*cuimodi.* Vulg. *cujuscemodi.* Orell. ait esse corruptum.—12 Sch. *conveniat in præsentia observari.* In M κ quoque *observari.*—13 Schutz. suspicatur legend. esse, *deinde quod, si.*—14 Leid. 3. *magno requireremus.*—15 M θ κ ψ, Leid. 1. 3. Voss. 2. ed. Omnib. *nisi extra:* Voss. 1. *nec etiam si extra:* Sch. a m. pr. et Leid. 2. *si extra*, omisso *ni.* Dein Sch. Voss. 1. Leid. 2. *esset quidem cred.*—16 Pro *nunc,* κ habet *Deinde.*—17 B L M W θ κ, Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. et ed. Omnib. *ejus rei qui.*—18 In ω 1. *His et* desunt. Tur. *ejusmodi:* Sch. *hujuscemodi.*—19 ω 1. *extra scriptum aut contra scriptum accipi.*

CAP. XLVI. 20 ω 2. *Sec. pars ejus est.*—1 Sch. omittit *est*, prob. Oud.—2 θ *causam accipi oporteat.*—3 θ caret *aut.*—4 *Utilissimas* non est in ω 1.—5 Sch. a m. pr. *ut inut.*—6 M, Sch. a m. pr. *obtemperare videatur.*—7 Lamb. *aut si ita.*—8 W θ, Leid. 2. *perscr. esse dem.* Pro *demonstretur*, Lamb. edidit *ostendetur.*—9 Junt. Lamb. *et ita.*—10 ω 1. 2. *oportet, ostendat:* Leid. 3. *oportet ut ostendat.*—11 ω 1. *eam tamen tunc min.*—12 θ *dicat:* Tur. *dicet.*—13 θ κ ψ, Voss. 1. ed. Omnib. *summa imprudentia est:* Leid. 2. *summæ impudentiæ:* vulg. *summa impudentia est.* Pro *est*, Ern. dedit *sit* e Mss. suis omnibus, Sch. Leid. 1. Voss. 2. et sic Tur. Schutz. Wetzel. et Orell.—14 B, Sch. Voss.

velit, non æquitatis præsidio id facere conari. Si quid igitur ex hac ipsa quidpiam[16] accusator deroget,[z] [17] omnibus partibus justius et probabilius accusare videatur. Nam superior oratio[r] hoc omnis[18] faciebat, ut judices,[19] etiamsi nollent, necesse esset; hæc autem, etiamsi[20] necesse non esset, ut vellent contra judicare. 137. Id autem fiet, si, quibus ex locis culpa demonstrabitur non esse[1] in eo, qui comparatione aut remotione, aut relatione criminis, aut concessionis partibus se defendit, (de quibus ante, ut potuimus, diligenter perscripsimus; de his locis,[2] quæ res[3] postulabit, ad causam adversariorum improbandam transferemus:) aut causæ[4] et rationes afferentur, quare, et quo consilio ita sit in lege, aut in testamento scriptum; ut sententia quoque, et voluntate scriptoris, non ipsa[5] solum scripturæ causa confirmatum[6] esse videatur: aut aliis quoque constitutionibus[s] factum coarguetur.[7]

XLVII. 138. Contra scriptum autem qui dicet, primum

[z] *Detrahat.*

2. *contra quam scr.* Vulg. *contra quod scr.* Ern. e Mss. suis et duobus ap. Gronov. atque Leid. 1. edd. pr. dedit *contra quam quod scr.* et sic ω 2. Schutz. Wetzel. et Orell. Præterea ω 2. *scriptum est.*—15 B *probari.*—16 Victorin. Junt. et al. *Si quidem igitur.* κ in marg. *ex hac ipsa causa.* Sch. a m. pr. cum Medic. et septem Oxonn. Mss. carent voce *quidpiam.* In Leid. 3. *quicquam.* 'Vel vox delenda est, vel cum altero Medic. *quipiam* sive *quispiam* est legendum.' *Oud.* *Quipiam* quoque in Guelf. 1. 'Ego delendum puto alterutrum aut *quid* aut *quidpiam.*' Ern. Oliv. Lall. et Schutz. deleverunt *quidpiam:* Wetzel. et Orell. uncis includunt.—17 ω 1. et Sch. a m. pr. *derogat.*—18 Omnib. *or. hæc omnis:* Lamb. *omnis oratio hoc:* Schutz. *or. hæc omnis.*—19 Omnes Mss. Oud. *ut jud.*—20 M, ω 2. *necesse esset judicare.* Tum M *hoc autem etiamsi.* Deest *autem* Leid. 3.—1 Sch. a m. pr. Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. ed. Omnib. Lamb. Schutz. et Orell. omittunt negativam particulam *non.* Pro *esse*, Voss. 1. Leid. 3. Schutz. et Orell. habent *inesse.*—2 Septem Oxonn. Mss. et Oliv. *si de iis locis:* Voss. 1. *si de his locis.*—3 Sch. a m. pr. et ed. Omnib. *quos res;* et sic suprascr. in M. Leid. 2. *quas res.*—4 Quinque Oxonn. Mss. cum Lamb. Oliv. et Lall. *aut si causæ.*—5 B M *ex vol. script., non ex ipsa.*—6 Schutz. e conj. ac Orell. *scriptura.* Dein B M, ω 2. Tur. Leid. 3. Lamb. Schutz. et Orell. *confirmata.*—7 ω 1. *aut in aliis.* Mox L κ, ω 2. Leid. 2. 3. *coarguatur.* In Voss. 1. desunt verba *aut aliis ... coarguetur.*

NOTÆ

[r] *Superior oratio*] Qua scilicet præcepta tradidit superius, quibus ostenderetur nulla in lege ullam causam contra scriptum accipi convenire.

[s] *Aut aliis quoque constitutionibus*] Puta conjecturali aut definitiva constitutione malitiosam adversarii in inquirenda scriptoris sententia, interpretationem exagitabit.

eum inducet locum, per quem æquitas causæ demonstretur:[8] aut ostendet, quo animo, quo consilio, qua de causa[9] fecerit: et, quamcumque causam assumet, assumtionis partibus[1] se[10] defendet, de quibus ante[11] dictum est. Atque hoc in loco cum diutius commoratus,[12] sui facti rationem et æquitatem causæ exornaverit,[13] tum ex his locis fere contra adversarios dicet oportere causas accipi. Demonstrabit, nullam[14] esse legem, quæ aliquam rem inutilem aut iniquam fieri velit; omnia supplicia,[15] quæ a legibus proficiscantur, culpæ ac malitiæ vindicandæ causa constituta esse; 139. scriptorem ipsum, si existat, factum hoc probaturum; et idem ipsum, si ei talis res accidisset,[16] facturum fuisse; et ea re[17] legis scriptorem certo ex ordine judices, certa ætate præditos constituisse, ut essent, non qui scriptum suum recitarent, quod quivis puer[18] facere posset, sed qui cogitationem assequi possent, et voluntatem interpretari: deinde illum scriptorem, si scripta sua stultis hominibus et barbaris judicibus committeret, omnia summa diligentia perscripturum fuisse: nunc vero, quod intelligeret, quales viri judicaturi essent,[19] idcirco eum, quæ perspicua videret esse,[20] non ascripsisse: neque enim vos scripti sui recitatores, sed voluntatis interpretes[1] fore putavit: 140. postea quærere[2] ab adversariis, quid si hoc fecissem? quid si hoc accidisset?[3] eorum aliquid, in qui-

Cap. xlvii. 8 Voss. 2. ed. Omnib. *æquitatis causæ demonstrentur.* In Voss. 1. *demonstraretur.*—9 Abest præpositio a Leid. 2. 3.—10 M caret *se.*—11 Leid. 3. *jam ante.*—12 M *comm. sit.*—13 M et Sch. a m. pr. *exornabit.*—14 Leid. 3. *Dem. quia nullam:* Leid. 1. *Demonstrabitque nullam.*—15 M *et omnia suppl.*—16 θ *tales res accidissent.*—17 κ *et ea res.* In Leid. 3. et Sch. a m. pr. copula deest.—18 ω 1. *quisque puer.*—19 ω 1. *nunc vero ideo intell.* Tum L W θ Sch. Leid. 2. Voss. 2. Tur. et duo Mss. Gronovii, *quales viri res jud. essent.*—20 Voss. 1. *eam quæ persp.* Leid. 3. Junt. et Lamb. *videret,* omisso *esse.*—1 Voss. 1. *interpretatores.*—2 Schutz. e conj. cum Wetzel. *quæ-*

NOTÆ

[1] *Assumtionis partibus*] Comparatione videlicet, relatione, remotione, et purgatione: quibus sic reus se defendet contra scriptum: Feci quidem contra verba legis; at in eo rerum flexu sic agere satius fuit, quam legi parere: at ille potius in judicium vocandus, qui eo me adegit, &c.

bus aut[4] causa sit honestissima, aut necessitudo certissima; tumne accusaretis?[5] Atqui hoc lex nusquam excepit:[6] Non ergo omnia scriptis, sed quædam, quæ perspicua sint,[7] tacitis exceptionibus caveri: [*p.* 80.] deinde nullam rem neque legibus,[8] neque scriptura ulla, denique ne in sermone[9] quidem quotidiano atque imperiis domesticis recte posse administrari, si unusquisque velit verba spectare,[10] et non ad voluntatem ejus, qui verba habuerit,[11] accedere: XLVIII. **141.** deinde ex utilitatis et honestatis[12] partibus ostendere, quam inutile, aut quam turpe sit id, quod adversarii dicant fieri oportuisse, aut oportere:[13] et id, quod nos fecerimus, aut postulemus, quam utile, aut quam honestum sit:[14] deinde leges nobis caras esse non propter literas, quæ tenues et obscuræ notæ sint[15] voluntatis, sed propter earum rerum, quibus de[16] scriptum est, utilitatem, et eorum, qui scripserint,[17] sapientiam et diligentiam: postea, quid sit lex,[u] describere,[18] ut ea videatur in sententiis, non in verbis consistere: et judex is videatur[19] legi obtemperare, qui sententiam ejus, non qui scripturam sequatur: deinde, quam indignum sit,[20] eodem affici supplicio eum, qui propter aliquod scelus et audaciam contra legem[1] fecerit, et eum, qui honesta aut necessaria de cau-

*ret.*—3 ω 1. *quid si acc.* in M desunt.—4 Leid. 2. 3. carent *aut.*—5 ω 1. et Sch. a m. pr. *tunc ne accusarent.*—6 θ et Leid. 2. *Atque.* M *hæc lex nusquam excepit:* ω 2. *hæc lex nusquam excipitur:* Sch. a m. pr. *hæc lex numquam excipit:* Voss. 1. 2. Leid. 2. *hoc lex nunquam excipit.*—7 Vulgo *sunt.* Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. Tur. octo Oxonn. Mss. et Mss. ap. Ern. atque edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *sint.* In κ deest. Sch. omittit *quæ persp. sint.*—8 Leid. 2. *neque lege.*—9 Sch. a m. pr. cum Voss. 2. *deinde:* et M W θ κ, ω 2. Sch. a m. sec. Voss. 1. Leid. 1. 3. *neque in serm.*—10 B L M κ, ω 1. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *expectare.*—11 θ κ, ω 2. Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. *qui ea verba*, prob. Oud. Tum Voss. 1. Leid. 3. *habuit.*

CAP. XLVIII. 12 ω 2. *in util. et hon.* M *ex inutilitatis et inhonestatis*, suprascr. 'vel *utilitatis et honestatis.*' Dein pro *ostendere*, Schutz. e conj. cum Wetzel. dedit *ostendet.*—13 *Aut oportere* in ω 1. desunt. Lamb. habet *potuisse, aut oportuisse: et id.*—14 κ non habet *sit.*—15 ω 1. *propter literas, si obscuræ notæ sint.*—16 Lamb. *quibus de rebus*, prob. Orell.—17 Sch. Leid. 2. et edd. vett. *scripserunt.*—18 L W *describere debet:* θ *describere debeat:* Schutz. e conj. ac Orell. *describet.*—19 Sch. a m. pr. *judex is vid.* omissa copula. In ω 1. *et ut vid.* Voss. 1. *ut judex is vid.*—20 θ *sequitur:* et M *deinde quod ind.*

NOTÆ

[u] *Quid sit lex*] Definitionem attulimus in notis ad l. II. Herenn. § 19.

sa, non ab sententia, sed ab literis legis recesserit: atque his, et hujusmodi rationibus, et accipi causam, et in hac lege accipi, et eam causam, quam ipse afferat, oportere accipi demonstrabit. 142. Et quemadmodum ei dicebamus, qui a scripto diceret, hoc fore utilissimum,[2] si quid de æquitate ea, quæ cum adversario[3] staret, derogasset; sic huic, qui contra scriptum dicet, plurimum proderit, ex ipsa scriptura,[4] aliquid ad suam causam[5] convertere, aut ambigue[6] aliquid scriptum ostendere: deinde ex illo ambiguo eam partem,[7] quæ sibi prosit,[8] defendere, aut verbi definitionem inducere, et illius verbi vim, quo urgeri videatur, ad[9] suæ causæ commodum traducere, aut ex scripto non scriptum aliquod[10] inducere per ratiocinationem, de qua post dicemus.[11] 143. Quacumque autem in re,[x] quamvis leviter[12] probabili, scripto ipso se defenderit,[13] etiam cum æquitate causa abundabit, necessario multum[14] proficiet, ideo quod, si id, quo nititur adversariorum[15] causa, subduxerit, omnem illam ejus vim[16] et acrimoniam lenierit ac diluerit. Loci autem communes ceteri[17] ex assumtionis partibus in utramque partem convenient.[18] Præterea ejus,

*sit.*—1 B M, ω 2. Tur. Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. et ed. Omnib. *contra leges.*—2 θ *hoc forte util.* Leid. 3. *hoc fore utillimum.*—3 Sch. a manu pr. *qua:* et ω 1. Leid. 2. *de advers.*—4 κ *ex ea scripta*, sed in marg. *scriptura.*—5 In θ *causam* deest.—6 Ed. Omnib. *tum ambiguum.*—7 Leid. 2. *illam partem.*—8 θ non habet *prosit.*—9 ω 1. *vid.*, *aut ad.*—10 Sch. Leid. 1. Voss. 2. *aliquid.*—11 Ed. Omnib. *posterius:* et Leid. 1. *dicimus.*—12 Tur. *autem re:* Schutz. e conj. *autem ratione.* Pro *quamvis*, in M *quis* legitur. Dein M, Leid. 3. ed. Omnib. *leniter.*—13 Leid. 3. et septem Oxonn. Mss. ac Oliv. *ipse se def.* Sch. *ipse def.* Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. *defendet.*—13 Sch. a m. pr. *abundat.*—14 θ *in multum.*—15 Pro *nititur*, in Voss. 2. *utitur.* Tum κ *adversarii.*—16 ω 2 *omnem illius vim:* vulg. *omnem illam ejus vim.* E Ms. Cass. *illam* deleverunt Schutz. et Orell. Dein Leid. 2. *atque acr.*—17 Sch. Pal. 3. *ceteris:* vulg. *certis.* ω 1. Grev. Pal. 1. 2. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. et ed. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *ceteri.*—18 M *conveniunt.* Tum ψ *Propterea ejus:* M κ, Sch. Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Omnib. *Præterea autem ejus.* In ω 1. *Præ-*

NOTÆ

[x] *Quacumque autem in re*] Adversarius qui pro scripto contendit, in eo firmissimum causæ præsidium statuit, quod ex ipsis legis vocibus judicium ferri debeat: præcipuum illud argumentum corruit, si qui pro sententia pugnat, in ipsis verbis, ejus quam interpretatur, voluntatis etiam tenue vestigium reperiat, et a mente scriptoris demonstret verba ipsa non dissidere.

qui a scripto dicet, leges ex se, non ex ejus, qui contra commiserit, utilitate spectari oportere, et legibus antiquius haberi [19] nihil oportere. Contra scriptum, leges in consilio scriptoris, et utilitate communi, non in verbis consistere. Quam indignum sit,[20] æquitatem literis urgeri, quæ voluntate ejus, qui scripserit, defendatur.

XLIX. 144. Ex contrariis autem [1] legibus controversia nascitur, cum inter se duæ videntur leges, aut plures discrepare, hoc modo: Lex est,[2] 'Qui tyrannum occiderit, Olympionicarum [y] præmium [3] capito, et quam [4] volet sibi rem a magistratu deposcito, et magistratus ei [5] concedito.' Et altera lex,[6] 'Tyranno occiso, quinque ejus proximos cognatione, magistratus necato.'[7] Alexandrum,[z] qui apud Pheræos [a] in Thessalia tyrannidem occuparat, uxor sua, cui Thebe nomen fuit, noctu, cum [8] simul cubaret,[9] occidit. Hæc filium suum, quem ex tyranno habebat, sibi in præmii loco [10] deposcit. Sunt, qui ex lege puerum occidi

*terea qui a scripto: dicet leges.*—19 M *habere.*—20 κ *et quam ind. sit:* ψ *et quod ind. sit.*

CAP. XLIX. 1 Deest *autem* Leid. 2.—2 L κ, Tur. Sch. Leid. 1. 2. Cass. Gnelf. 1. non habent *est*, prob. Oud.—3 B *olimpicarum:* L M W θ κ, omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. *Olympicarum*, cum glossa in Sch. 'sc. coronarum, quæ dantur in Olympico ludo Jovis.' 'Si quid mutandum, posset scribi *Olympiacum præmium*.' Oud. In Sch. et ed. Omnib. *præmia.*—4 L *quamcunque.*—5 In M *ei* deest.—6 Leid. 1. 2. *Alt. lex*, omissa copula: ed. Omnib. *Et alt. lex est.*—7 In L *magistratus* deest. Pro *necato*, B habet *occidito*, suprascr. *necato.*—8 L *nocte, cum:* M *noctu eum cum.*—9 B, Voss. 1. Leid. 2. 3. et Lamb. *cubarent:* ω 1. *accubarent.*—10 Voss. 1. Leid. 3. omittunt *sibi*. In uno Ms. ap. Lamb. *sibi in præmii locum:* alius ap. eundem, *sibi in præmium dep.* Vulgo præpositio omittitur: Ern. eam inseruit e Leid. 1. 2. Voss. 2. ed. Omnib. Alcuin. et Mss. suis, atque etiam edd. pr. Eam quoque habent

NOTÆ

[y] *Olympionicarum*] Olympia ludi magnificentissimi ad Jovem colendum ab Hercule instituti ad Olympiam urbem Elidis, a qua et nomen habent. Olympionices victor in certamine Olympiaco: νίκη Græcis est *victoria*.

[z] *Alexandrum*] Qui crudelitate et perfidia insignis, structis ab uxore Thebe et fratribus Tisiphono, Pytholao, et Lycophrone insidiis, occisus est circa an. 4. Olymp. CV. ante Chr. 357. Diod. Sic. l. XV. Plutarch. in Pelopida, &c.

[a] *Pheræos*] Urbs Pheræ a Ptolemæo et Livio in Pelasgia Macedoniæ regione, a Pausania et Cic. de Div. l. I. in Thessalia collocatur. Nunc aliis *Jenizar*, aliis *Sidro*, aliis *Jerusat* appellatur.

dicant oportere.[11] Res in judicio est. In hoc genere utramque in partem iidem loci, atque eadem præcepta convenient,[12] ideo quod uterque suam legem confirmare, contrariam infirmare [13] debebit. 145. Primum igitur leges oportet [14] contendere,[a] considerando,[15] utra lex ad majores, hoc est, ad utiliores, ad honestiores ac magis necessarias res [16] pertineat: ex quo conficitur, ut, si leges duæ, aut si plures, aut, quotquot [17] erunt, conservari non possint,[18] quia discrepent [19] inter se; ea maxime conservanda putetur,[20] quæ ad maximas res pertinere videatur: deinde, utra lex posterius lata sit; nam postrema quæque gravissima est: [b] [b] deinde utra lex jubeat aliquid, utra permittat.[1] [c] Nam id, quod imperatur, necessarium: [2] illud, quod permittitur, voluntarium est: deinde in utra lege, si non obtemperatum sit, pœna afficiatur, aut in utra major pœna statuatur: [3] 146. nam maxime conservanda [4] est ea, quæ diligentissime sancta est: [c] [d] deinde utra lex jubeat, utra

[a] *Comparare.* [b] *Maxime obligat.*
[c] *Cui maxime cavetur gravissima violatoribus pœna constituta.*

Schutz. Wetzel. et Orell.—11 Post *oportere,* adduntur in Leid. 2. *Sunt qui dicant matri oportere reddi loco præmii.*—12 Sch. *loci, eademque præcepta.* κ *conveniunt.*—13 ω 1. Leid. 2. ed. Omnib. *et contr. inf.*—14 Leid. 2. *Primo.* Dein M, Sch. et ed. Omnib. *oportebit.*—15 M, Sch. a m. pr. *considerandum,* sed in M punctis subnotatur.—16 *Hoc est* in M et ω 1. desunt. κ *ad utiliores, ad meliores, ac magis necess. res:* ω 1. *ad utiliores, superiores, honestiores, magis necess. res.*—17 Leid. 3. *aut plures erunt:* ω 2. *aut si plures.* Voces *aut quotquot* absunt ab θ et κ.—18 M *cons. non possunt:* ed. Omnib. *quæ cons. non possunt.*—19 κ, Leid. 1. Car. Steph. et Lamb. *discrepant.*—20 Sch. *sed ea max.* ω 1. *confirmanda:* et θ *putatur.*—1 ψ *utrum lex;* et mox *utrum perm.*—2 θ κ *necess. est.*—3 '*Pœna afficiatur, &c.*] Hoc sane corruptum. *Afficiatur* delevit Schutz. e suspicione. (Lamb. 1566. ita: *deinde utra lege, si non obtemp. sit, pœna statuatur, aut utra major pœna statuatur;* id quod haud minus displicet.) Pro *afficiatur, adjiciatur* Oud. suspicio parum probabilis. Fuitne, *utra lege, si non obt. sit, pœna* (ablativ.) *sanciatur?*' Orell. Pro *major pœna,* ψ habet *mitior pœna.*—4 Sch. a m. pr. Voss. 2. *consideranda,* non improb. Oud.—

## NOTÆ

[b] *Postrema quæque gravissima est*] Lex prior censetur abrogari posteriore contraria sancita; sicut præcedens consequente mandato revocatur.

[c] *Utra permittat*] Omnis lex, si proprie loquimur, vel jubet vel vetat aliquid fieri; ipsa quæ videtur permittere, verbi causa, adulterum cum adultera in flagranti delicto interficere, vetat ne interfector homicidii reus vocetur in jus.

[d] *Quæ diligentissime sancta est*] Sanctionem jurisconsulti vocant eam

vetet:[5] nam sæpe ea, quæ vetat,[e] quasi exceptione quadam corrigere videtur[6] illam, quæ jubet: deinde, utra lex de genere omni; utra de parte quadam; utra communiter in plures; utra in aliquam certam rem scripta[7] videatur: nam quæ in partem aliquam,[f] et quæ in certam quandam rem scripta est, promtius[8] ad causam accedere videtur,[7] et ad judicium magis[9] pertinere: deinde, ex lege utrum statim[10] fieri necesse sit: utrum habeat[11] aliquam moram et sustentationem; nam id, quod statim faciendum sit, perfici[12] prius oportet: 147. deinde operam dare, ut sua lex ipso scripto videatur niti:[13] contraria autem aut per ambiguum, aut per ratiocinationem, aut per definitionem induci; quo sanctius[14] et firmius id videatur esse, quod apertius scriptum[15] sit: deinde suæ legis ad scriptum, ipsam[16] sententiam quoque adjungere, contrariam legem item ad aliam sententiam[17] traducere, ut, si fieri poterit,[18] ne discrepare quidem vide-

5 M κ *quæ diligentissima et sanctissima est:* L θ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. Mss. ap. Lamb. et ed. Junt. *quæ diligentissima et sancta est:* ed. Omnib. *quæ diligentissima est et sancta.* In B desunt verba *quæ diligentissime ... quæ vetat.*—6 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. *videatur.*—7 *Rem* non est in M, nec *scripta* in Voss. 1. Leid. 3.—8 Abest *rem* a Leid. 2. Tum pro vulg. *promtius,* Guelf. 1. habet *promittit; θ propinquius; κ,* ω 2. Tur. Lamb. Oliv. Schutz. et Orell. *propius,* quam lectionem Ern. censet elegantem esse. Verba *nam quæ ... promtius* non sunt in κ, sed in marg. *nam quæ ... propinquius.*—9 L caret *magis.*—10 M *magis ex lege utrum statim:* Schutz. e conj. *utra ex lege statim.*—11 ω 1. *et utrum hab.* Sch. e conj. *utra hab.*—12 M *perspici: κ percipi.*—13 Leid. 3. ed. Omnib. *ex ipso scripto.* Pro *niti,* B κ *uti,* sed suprascr. in B *niti.*—14 M *quod sanctius:* ω 1. *ei sanctius:* Sch. Leid. 3. *et sanctius:* Voss. 1. *ut sanctius.* Deest *quo* in θ, Leid. 1. Voss. 2. Dein Leid. 2. non habet *id.*—15 Junt. Gruf. et Græv.-Burm. *descriptum:* omnes Oxonn. Mss. et Mss. Oud. atque Mss. ap. Ern. cum Tur. Lamb. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *scriptum.*—16 B *et ipsam:* θ, ω 2. Voss. 1. ed. Omnib. et Lamb. *ipsum.*—17 B *contr. vero legem in al. sent.*—18 Sch. ed. Omnib. *potest:* Voss. 1. 2.

NOTÆ

legum partem, qua pœna constituitur iis qui contra leges fecerint.

[e] *Ea, quæ vetat, &c.*] Legis prohibentis auctoritas est major quam aut permittentis aut imperantis. Lex enim prohibens, inquit Victorinus, permittentem aut etiam imperantem corrigit: e. g. sit lex prohibens, infamis ne militet: hac lege corrigitur illa, quisque militare vel jubetur vel permittitur.

[f] *Quæ in partem aliquam*] Speciatim lex feratur: hominem fortem nemini liceat occidere, multo gravioris erit ponderis, quam si generatim decernatur, hominem nemini liceat occidere.

antur inter se: postremo facere, si causa dabit facultatem, ut nostra ratione [19] utraque lex conservari videatur, adversariorum [20] ratione, altera sit necessario negligenda. Locos autem communes, et quos ipsa causa det, videre oportebit, et ex utilitatis et honestatis [1] amplissimis partibus sumere, demonstrantem [2] per amplificationem, ad utram potius legem accedere oporteat.

L. 148. Ex ratiocinatione nascitur controversia, cum ex eo, quod uspiam est, ad id, quod nusquam scriptum est, pervenitur,[d] hoc pacto: [3] Lex est: [4] 'Si furiosus [g] est,[5] agnatorum gentiliumque [6] in eo pecuniaque ejus potestas esto.' [*p.* 81.] Et lex: 'Paterfamilias uti super familia pecuniaque sua legaverit,[7] ita jus esto.' Et lex: 'Si paterfamilias intestato [8] moritur, familia pecuniaque ejus [9] agnatorum gentiliumque [10] esto.' 149. Quidam judicatus est parentem occidisse. Ei statim,[11] quod effugiendi potestas non fuit, ligneæ soleæ in pedes inductæ [12] sunt: os autem obvolutum est folliculo [13] et præligatum: deinde est in carcerem deductus,[14] ut ibi esset tantisper, dum culeus,[15] in quem conjectus in profluentem deferretur,[16] compararetur. Interea quidam ejus familiares in carcerem tabulas afferunt, et testes adducunt: hæredes, quos ipse [17] jubet,

[d] *Cum ex eo, quod est alicubi, venitur ad id quod nullibi scriptum est.*

Leid. 3. *possit.*—19 Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. *oratione.*—20 Vulg. *et advers.* Ern. delevit copulam, quæ abest a B M θ κ, Tur. omnibus Mss. Oud. et Mss. ap. Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—1 θ omittit voces *utilitatis et.* In Sch. Voss. 1. Leid. 1. 2. *ex util. et ex hon.*—2 Leid. 2. *demonstrative.*

Cap. L. 3 B, ω 1. Tur. Sch. Voss. 1. Leid. 1. 3. *venitur.* Porro κ et Leid. 3. *hoc modo.*—4 M W θ κ ψ, ω 1. 2. Sch. Leid. 1. Tur. ed. Omnib. et Oliv. non habent *est.*—5 Alii *exsistit.* Orell. putat legend. *escit.*—6 Al. *agnatum.* Dein W θ *gentilium:* ω 1. *et gentilium.*—7 Pal. 2. 3. ed. Omnib. *legusset:* Voss. 1. *legavit.*—8 L κ, Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. 3. *intestatus:* ω 2. *intestatur.*—9 κ *pecuniaque sua.*—10 W θ *gentilium.*—11 M θ κ, ω 1. 2. omnes Mss. Oud. *Et statim.*—12 B, Sch. Leid. 2. Cass. Guelf. 1. et Lamb. *inditæ*, prob. Ern. M *indictæ:* ω 1. *indicta:* Guelf. 2. et Orell. *indutæ.* Vulg. *inductæ.*—13 ψ et pauci alii Mss. *folliculo lupino.*—14 θ *ductus.*—15 B L M W, ω 1. et omnes Mss. Oud. *culleus.* Pro *conjectus,* ω 1. *projectus:* Pal. 1. *conlectus.*—

NOTÆ

[g] *Lex est, si furiosus*] Hæc omnia, et quæ § seq. habentur, jam explicata l. I. ad Herenn. § 23.

scribunt:[18] tabulæ obsignantur. De illo post supplicium sumitur. Inter eos, qui hæredes in tabulis scripti sunt, et inter agnatos, de hæreditate[19] controversia est. Hic certa lex, quæ testamenti faciendi iis, qui in eo loco sint, adimat potestatem, nulla profertur. Ex ceteris legibus,[h] et[20] quæ hunc ipsum supplicio hujusmodi afficiunt, et quæ ad testamenti faciendi potestatem pertinent, per ratiocinationem[1] veniendum est ad ejusmodi rationem, ut quæratur, habueritne testamenti faciendi potestatem. 150. Locos autem communes[2] hoc in genere argumentandi, hos, et hujusmodi quosdam esse arbitramur:[3] primum, ejus scripti,[4] quod proferas, laudationem et confirmationem:[5] deinde ejus rei, qua de quæratur,[6] cum eo, de quo constat,[7] collationem ejusmodi,[8] ut id, de quo quæritur, rei, de qua constet,[9] simile esse videatur: postea admirationem per contentionem,[10] qui fieri possit, ut, qui hoc[11] æquum esse concedat, illud neget, quod aut æquius, aut eodem sit in genere: deinde idcirco hac de re nihil esse scriptum, quod, cum de illa esset scriptum, de hac re[12] is, qui scribebat,[13] neminem dubitaturum arbitratus sit:[14] 151. postea multis in legibus multa esse præterita, quæ idcirco prætcrita nemo arbitretur;[15] quod ex ceteris, de quibus scriptum sit,[16] in-

16 κ *proferetur:* M *deveheretur.*—17 θ non habet *ipse.*—18 κ *scribuntur.*—19 *De hæreditate* in κ desunt.—20 M, Sch. et ed. Omnib. omittunt copulam. Mox Tur. et omnes Mss. Oud. *ejusmodi.*—1 κ *et per rat.*—2 ω 2. *Locos hic comm.* Abest *communes* a Leid. 2. et edd. pr. non improb. Ern.—3 M *arbitrabimur.*—4 *Scripti* non est in ω 1.—5 Tur. *laud. atque conf.*—6 B M κ, Sch. Leid. 1. Voss. 2. ed. Omnib. *quæritur.*—7 M, Tur. Sch. Leid. 2. ed. Omnib. *constet.*—8 Leid. 2. et ed. Omnib. *hujusmodi.*—9 Sch. Voss. 2. Leid. 3. *constat.*—10 L *per contemptionem:* ψ *percunctationem:* Leid. 3. *per cunctationem:* Leid. 2. *per cunctationemque:* Voss. 1. *percunctatione.* Vulg. *percontatione*, seu *percunctatione:* B M W θ κ, ω 2. Sch. Leid. 1. Voss. 2. Guelf. 1. 2. Wetzel. *per contentionem.* Schutz. e conj. delevit *per cont.*—11 M caret *hoc.*—12 Sch. a m. sec. et ed. Omnib. *de illa re esset scr.* Vox *re* post *hac* non est in ullo Ms. Oud.—13 κ *scribat.*—14 Leid. 2. *arbitraturus:* Voss. 1. Leid. 3. *arbitratus est.*—15 κ *præt. esse:* et M, Sch. Voss. 1. *arbitratur.*—16 κ *ex quibus;* et

## NOTÆ

[h] *Ex ceteris legibus*] Ex legibus aliis quæ parricidii reum multa facere prohibent, colligi potest nec ipsi licere testamentum facere. Item plurimæ sunt testamenti scribendi leges, ex quibus concluditur id scribere parricidæ non integrum fuisse.

telligi possint: deinde æquitas rei demonstranda est, ut in juridiciali[e] absoluta.[17] Contra autem qui dicet, similitudinem infirmare debebit: quod faciet, si demonstrabit, illud, quod conferatur, ab eo, cui conferatur,[18] diversum esse genere,[19] natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione: si, quo in numero[f] illud, quod per similitudinem affertur,[20] et quo in loco illud, cujus causa affertur,[1] haberi conveniat, ostendetur:[2] deinde, quid res cum re differat, demonstrabitur, ut non idem videatur de utraque existimari[3] oportere. 152. Ac, si ipse quoque poterit ratiocinationibus uti, iisdem ratiocinationibus,[4] quibus ante dictum est, utetur: si non poterit, negabit[5] oportere quicquam, nisi quod scriptum sit, considerare: [periclitari omnia jura, si similitudines accipiantur: nihil esse pæne, quod non alteri simile esse videatur,[6]] multis dissimilibus rebus,[g][7] in unamquamque rem tantum[8] singulas esse leges: omnia posse inter se vel similia vel dissimilia demonstrari.[9] Loci communes a ratiocinatione, oportere conjectura ex eo, quod scriptum sit,[10] ad id, quod[11] non scriptum sit, pervenire: et neminem posse omnes res per scripturam amplecti,[12] sed eum commodissime[13] scribere, qui curet, ut quædam ex quibusdam[14] intelligantur: 153. contra ratiocinationem, hujuscemodi: con-

[e] *Constitutione.* [f] *Pretio.*
[g] *Cum multæ res sint dissimiles.*

B M *scriptum est.*—17 Sch. a m. pr. Cass. Guelf. 1. *in negotiali abs.* Abest *juridiciali* ab ω 1. 2. Leid. 1.—18 Verba *ab eo cui conf.* non sunt in M, Leid. 2. ed. Omnib.—19 Sch. *in gen.*—20 θ non habet *quod.* Pro *affertur,* κ, ω 1. 2. habent *afferetur.*—1 Verba *et quo in* ... *affertur* in ψ desunt. Pro *affertur,* in M legitur *infertur;* θ κ *afferetur.*—2 θ *ostenditur:* M *demonstratur:* Sch. ed. Omnib. *demonstrabitur.*—3 κ *æstimare.*—4 B κ, ω 2. *iisdem rationibus:* M *iisdem ratiocinationibus uti.* Schutz. delevit vocem *ratiocinationibus,* quam uncis includunt Wetzel. et Orell. Locum ita legendum esse censet Orell. *si ipse quoque pot. ratiocinatione uti, iisdem rationibus.* Dein L W ψ, Tur. Leid. 1. et Orell. *prædictum est:* Voss. 2. *prædictentur.*—5 M *negarit.*—6 Vox *jura* in M deest. Verba *periclitari* ... *videatur* absunt a B κ, Sch. Voss. 2. Cass. In ω 2. Leid. 1. ponuntur post *dissim. demonstrari.* Schutz. delevit voces *nihil esse pæne* ... *videatur.*—7 κ, Voss. 1. Leid. 1. 3. Schutz. et Orell. *multas.* W θ, omnes Mss. Oud. cum Schutz. et Orell. *de similibus rebus.*—8 B L M W, Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. *et in unamquamque rem.* Pro *tantum,* Tur. Sch. a m. pr. Voss. 1. ed. Omnib. ac Schutz. habent *tamen,* prob. Oud. In Leid. 2. deest.—9 Voss. 1. Leid. 3. *monstrari.*—10 Al. omittunt *sit.*—11 Ed. Omnib. *ad quod,* omisso *id.*—12 L *complecti.*—13 Voss. 1. Leid. 3. *commode.*—

jecturam divinationem esse, et stulti scriptoris esse, non posse omnibus de rebus cavere, quibus velit.[15]

LI. Definitio est, cum in scripto verbum aliquod est positum,[16] cujus de vi quæritur, hoc modo: Lex,[17] 'Qui in adversa tempestate navim reliquerint, omnia amittunto:[18] eorum navis et onera sunto, qui in navi remanserint.'[h] Duo quidam, cum jam in alto[i] navigarent, et cum[19] eorum alterius navis, alterius onus esset, naufragum quendam natantem, et manus ad se tendentem animadverterunt: misericordia commoti, navim ad eum applicaverunt:[k][20] hominem ad se sustulerunt. 154. Postea aliquanto, ipsos quoque tempestas vehementius jactare cœpit, usque adeo, ut dominus navis, cum idem gubernator esset, in scapham confugeret, et inde funiculo, qui a puppi religatus[1] scapham annexam trahebat, navim,[2] quoad posset, moderaretur;[l] ille autem, cujus merces erant,[3] in gladium ibidem incumberet.[4] Hic ille naufragus ad gubernaculum[5] accessit, et navi, quoad potuit, est opitulatus. Sedatis autem fluctibus, et tempestate jam commutata, navis in portum pervehitur.[6] Ille autem, qui in gladium incubuerat, leviter saucius[7] facile est ex vulnere recreatus.[m][8] Navim cum onere,[9] horum trium suam quisque esse dicit.[10] Hic omnes scripto[11] ad causam accedunt, et ex nominis vi nascitur controversia. Nam et relinquere navem,[12] et remanere in navi, deni-

[h] *Pertineant ad eos qui remanserint in navi.*
[i] *In mari longe a littore.* [k] *Admoverunt.*
[l] *Gubernaret.* [m] *Ex vulnere convaluit.*

14 Leid. 2. *a quibusdam.*—15 M *cavere quid velit.*

CAP. LI. 16 Ed. Omnib. *expositum.*—17 M κ, ω 1. 2. Voss. 1. Leid. 2. 3. ed. Omnib. et Lamb. *Lex est.*—18 Voss. 1. Leid. 1. *amittant:* Voss. 2. *amittendo.*—19 Vulg. *cum* omittitur.—20 Leid. 1. 2. ed. Omnib. *applicuerunt.*—1 Sch. Voss. 2. *religatur.*—2 B L M, Sch. Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. duo Mss. Gronovii et ed. Omnib. *navi.*—3 Sch. *erat.*—4 Vulg. *in gladium in navi ibidem inc.* Ern. delevit voces *in navi;* quæ absunt a Sch. et quas omittunt Schutz. Wetzel. et Orell. In Guelf. 2. deest *ibidem.* Pro *incumberet,* M habet *incubuit.*—5 κ *ad gubernandum.*—6 Vulg. *provehitur.* Ern. cum Schutz. Wetzel. et Orell. dedit *pervehitur;* quod habent ψ, Tur. Cass. Guelf. 1. 2. et quinque Mss. Oud. In ed. Omnib. *in portum incolumis provehitur.*—7 Voss. 2. *incubuerit:* Sch. *incumbebat.* Pro *saucius,* M, Sch. et ed. Omnib. habent *sauciatus.*—8 Sch. *fac. ex vuln. recreatur.*—9 θ *Navim autem cum on.*—10 Voss. 1. *quisque eam dicet:* B W, Sch. Leid. 2. *quisque esse dicebat:* M *quisque esse dixerunt.*—11 Leid. 3. *ex scripto.*—12 Leid. 2. *Namque et rel.* Deest *navem*

que navis ipsa quid sit, definitionibus quæritur.[13] [i] Iisdem autem ex locis[14] omnibus, quibus definitiva constitutio, tractabitur.

155. Nunc, expositis iis argumentationibus, quæ in judiciale causarum genus accommodantur, deinceps in deliberativum genus[15] et demonstrativum, argumentandi locos et præcepta dabimus, non quo non[16] in aliqua constitutione omnis semper causa versetur; sed quia proprii tamen[17] harum causarum quidam[18] loci sunt, non a constitutione separati,[19] sed ad fines horum generum accommodati.[k] 156. Nam placet, in judiciali genere finem esse æquitatem, hoc est, partem quandam honestatis. In deliberativo autem Aristoteli[20] placet utilitatem, nobis et honestatem[1] et utilitatem. In demonstrativo,[2] honestatem. Quare in hoc quoque genere causæ[3] quædam argumentationes communiter, ac similiter tractabuntur: quædam separatius[4] ad finem, quo referri omnem orationem[5] oportet, adjungentur.[n]

[n] *Quædam addentur speciatim, quæ pertinent ad proprium cujusque causæ finem, ad quem referri oportet totam orationem.*

Sch. a m. pr.—13 Tur. *quæretur.*—14 ω 1. *Iisdem hoc ex locis:* κ *Iisdem autem de locis.*—15 *Genus* abest a Voss. 1.—16 θ *non quo in:* Voss. 1. *non quod non.*—17 Vulg. *tantum.* Ern. e Mss. et edd. pr. dedit *tamen;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell.—18 ω 1. non habet *quidam.*—19 Sch. *nunc a const.* et L *separatim.*—20 ω 2. *In delib. autem ut Aristoteli.*—1 L *nobis autem et hon.*—2 Vulgo vox *autem* inseritur post *In demonstrativo.* Ern. Schutz. Wetzel. et Orell. eam deleverunt; et abest a B L W θ, ω 1. 2. omnibus Mss. Oud. ac Mss. ap. Ern. item ab edd. pr.—3 κ *Quapropter in hoc gen.* ω 1. *Quare hoc quoque gen.* Leid. 2. *Quare in hoc quidem gen.* Post *causæ,* in ω 1. adduntur *scilicet demonstrativo et deliberativo;* et in θ *scilicet deliberativo et demonstrativo.*—4 Unus Ms. Lambini *separatim.*—5 Vulg. *rationem.* B L M W θ, ω 1.

NOTÆ

[i] *Definitionibus quæritur*] Dominus navis ita causam suam tuebitur, ut navis nomine ipsam scapham comprehendi contendat, quam ipse non deseruerit: navem ab eo non esse relictam, qui eam e scapha funiculo moderetur: non dicendum remanere in navi qui vel ibi jaceat semianimis, vel sit regendæ navis imperitus. Dicent alii a scapha distinctam esse navim; haud dubie reliquisse navim, qui ex ea fugerit. Hac igitur in causa definitionis est status: nam inquirendum quid nomine navis comprehendatur, quid sit et relinquere navim et remanere in navi.

[k] *Ad fines horum generum accommodati*] Cum generis deliberativi, judicialis, ac demonstrativi fines diversi sint, diversa sunt afferenda argumenta. Aliud enim dicendo persequitur qui utilitatem, aliud qui æquitatem,

Atque uniuscujusque constitutionis[6] exemplum supponere non gravaremur, [p. 82.] nisi illud videremus, quemadmodum[7] res obscuræ[l] dicendo fierent[8] apertiores; sic res apertas, obscuriores fieri[9] oratione. Nunc ad deliberationis præcepta pergamus.

LII. 157. Rerum expetendarum tria genera sunt: par autem numerus vitandarum[m] ex contraria parte. Nam est quiddam,[10] quod sua vi nos allicit[11] ad sese, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate: quod genus[o] [12] virtus, scientia, veritas est. Aliud autem[13] non propter suam vim et naturam, sed propter fructum atque utilitatem, petendum:[p] [14] quod genus[15] pecunia est. Est porro quiddam ex horum partibus junctum,[q] quod et sua vi et dignitate[16] nos inductos ducit,[17] et præ se[18] quandam gerit utilitatem, quo magis expetatur, ut amicitia, bona existimatio. Atque ex his horum contraria facile, tacentibus nobis, intelligentur.[19] 158. Sed ut expeditius ratio

[o] *Cujusmodi.* [p] *Expetendum.*
[q] *Constans ex his duabus partibus.*

2. Tur. omnes Mss. Oud. et edd. pr. cum Schutz. Wetzel. et Orell. *orationem.*—6 ω 2. *unius constitutionis cujusque.*—7 M *quomodo.*—8 *Fierent* non est in ω 1.—9 M non habet *fieri.*

CAP. LII. 10 Sch. *quoddam.*—11 *Alliciat* edd. ante Ern. qui *allicit* correxit e conjectura, et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell.—12 Ed. Omnib. *quod genus est.*—13 ω 2. Sch. *scientia ac veritas.* Pro *scientia*, L habet *sapientia:* et κ omittit *est.* Tum L κ, ω 2. *Est aliud autem:* Sch. Voss. 1. 2. Leid. 2. 3. *Est autem aliud.*—14 Leid. 3. *et util.* Lamb. et Schutz. *expetendum.*—15 *Genus* abest a B L M W θ, ω 2. omnibus Mss. Oud. et ed. Omnib. prob. Oud.—16 Sch. *Est porro quoddam:* Leid. 3. *ex horum part. conjunctum:* et B *quod ex sua vi.* In κ desunt verba *ex horum part. ... et dignitate;* sed in marg. scribuntur *ex horum part. ... ex sua vi et dign.*—17 In Leid. 3. deest *nos.* Pro vulg. *inductos*, Schutz. e Leid. 2. edidit *illectos;* et sic Orell. Porro in θ *dicit.*—18 Sch. *per se.*—19 Sch. *contraria quæ facile, &c.* ω 1. *contr.*

## NOTÆ

aliud qui honestatem sibi proponit persuadendam.

[l] *Quemadmodum res obscuræ*] Desumta sententia ex Aristot. Rhet. III. 3. Ὅταν γὰρ γιγνώσκοντι ἐπεμβάλῃ, διαλύει τὸ σαφὲς τῷ ἐπισκοτεῖν· *Quod enim intelligenti inculcatur, id perspicuitatem tollit effusis tenebris.*

[m] *Par numerus vitandarum*] Tria sunt expetenda, honestum, utile, et id quod ex honesto et utili temperatum est: quare tria sunt evitanda, turpe, perniciosum, et id quod est turpe simul ac perniciosum.

tradatur,[r] ea, quæ posuimus, brevi nominabuntur.[20] Nam in primo genere[1] quæ sunt, honesta appellabuntur: quæ autem in secundo, utilia. Hæc autem[2] tertia, quia partem honestatis continent,[3] et quia major est vis honestatis,[4] junctæ res omnino[5] ex duplici genere intelligentur:[6] sed in meliorem partem vocabuli conferantur,[7] et honesta nominentur.[s][8] Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes sint, honestas et utilitas; vitandarum, turpitudo[9] et inutilitas. His igitur duabus rebus duæ res grandes sunt attributæ, necessitudo et affectio;[n] quarum altera ex vi, altera ex re et personis consideratur:[10] de utraque post apertius perscribemus. Nunc honestatis rationes primum explicemus.

LIII. 159. Quod aut totum, aut aliqua ex parte propter se petitur, honestum nominabimus. Quare cum ejus[11] duæ partes sint,[12] quarum altera simplex, altera juncta[13] sit,[t] simplicem prius consideremus. Est igitur in eo genere[u] omnes res una vi atque uno nomine amplexa virtus. Nam virtus est animi habitus[o] naturæ modo, rationi[14]

[r] *Ut nostra præcepta clariora sint.*

[s] *Nomen sumant a meliore parte quam continent, et appellentur honesta.*

[t] *Altera simplex honestatem solam complectens, altera conjuncta continens honestatem et utilitatem.* [u] *Solius honestatis.*

*facilius nobis intell.*—20 M κ *quæ proposuimus*: Sch. a m. sec. *breviter*: et ψ *vocubuntur.*—1 L W, ed. Omnib. *in pr. quidem gen.*—2 Abest *autem* Sch. a m. pr.—3 Sch. a m. pr. *quæ*: M *partes*: ed. Omnib. *honestatis et utilitatis cont.*—4 W *quia majorem vis hon.*—5 B, ω 1. Sch. a m. pr. *juncta esse*: ed. Omnib. *junctæ esse omn.*—6 Sch. Voss. 2. *intelliguntur.*—7 Lamb. et Schutz. totum locum ita habent: *quia partes honestatis et utilitatis continent, omnino juncta* (Lamb. *junctæ res omnino*) *esse ex dupl. gen. intelligentur, sed quia major vis est honestatis, in meliorem partem vocab. conf.*—8 Voss. 1. Leid. 1. a m. pr. *nominantur.* Sch. *Ex illis illud conf.* ω 1. *ut petendarum.*—9 Pro *turpitudo*, M habet *inhonestas.*—10 Sch. a m. pr. *consideretur*: Leid. 2. *considerantur*, non improb. Oud.

CAP. LIII. 11 κ non habet *ejus.*—12 θ, Sch. Voss. 1. 2. *sunt.*—13 Leid. 3. *conjuncta.*—14 Junt. *naturæ, modo, rat.* Schutz. *naturæ; modo, rat.* Tur.

## NOTÆ

[n] *Necessitudo et affectio*] Quid utriusque nomine sit intelligendum paulo post explicatur § 170. et 176.

[o] *Est animi habitus*] Scientiæ perinde ac virtuti convenit hæc definitio minus accurata. Rectius Aristot. Ethic. II. 6. Ἔστιν ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετικὴ, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένη λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε· *Virtus*, moralis scilicet, *es*

consentaneus:[x] quamobrem omnibus ejus partibus cognitis, tota vis erit simplicis honestatis considerata.[15] Habet igitur partes quatuor; prudentiam, justitiam, fortitudinem, temperantiam. 160. Prudentia est rerum[p] bonarum, et malarum, neutrarumque[16] scientia. Partes ejus, memoria, intelligentia, providentia. Memoria est, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. Intelligentia est,[17] per quam ea perspicit,[18] quæ sunt. Providentia est,[19] per quam futurum aliquid videtur[20] ante quam factum sit.[1] Justitia[2][q] est habitus animi, communi utilitate conservata, suam cuique tribuens[3] dignitatem. Ejus initium est ab natura profectum: deinde quædam in consuetudinem ex utilitatis ratione venerunt: postea res[4] et ab natura profectas, et ab consuetudine probatas, legum metus et religio sanxit. 161. Natura jus[r] est,[5] quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit,[6] ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem. Religio est, quæ

[x] *Regulæ naturali ac rationi consentiens.*

unus Ms. Lambini, et Orell. *naturæ modo, atque rat.*—15 L W θ κ, ω 1. 2. Sch. Leid. 2. 3. Voss. 2. *consideranda.*—16 W θ *Prudentiæ igitur rerum bon.* M *malarumque.* Septem Oxonn. Mss. *utrarumque:* Junt. Grut. Græv. *et utrarumque:* ω 1. 2. Lamb. Oliv. Lall. Schutz. Wetzel. et Orell. *neutrarumque.* 'Forsan legendum est *vitandarumque*, quo facit Pal. 2. *utrarum vitandum.*' Oud.—17 B κ, ω 1. omittunt *est.*—18 Leid. 2. *prospicit.*—19 Al. omittunt *est.*—20 Sch. e conj. cum Wetzel. *videt.*—1 B κ, ω 2. Tur. Voss. 1. Leid. 1. 2. 3. *factum est.*—2 In ω 1. *est* omittitur.—3 θ *suam quoque trib.*—4 κ in marg. *quasdam res.*—5 B L W θ κ ψ, ω 2. Sch. Leid. 1. 2. Voss. 2. et tres Mss. ap. Lamb. *Naturæ jus est:* Leid. 3. *Natura justitia est:* ed. Omnib. *Na-*

NOTÆ

*habitus agens cum electione, in mediocritate consistens, ea quæ refertur ad nos definita ratione, et ut prudens definiret.*

[p] *Prudentia est rerum, &c.*] Λείπεται ἄρα αὐτὴν (φρόνησιν) εἶναι ἕξιν ἀληθῆ μετὰ λόγου πρακτικὴν περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά. Aristot. Ethic. VI. 5. *Superest igitur illam* prudentiam *esse habitum vera cum ratione circa ea quæ homini bona aut mala sunt.* Proposito fine honesto inquirit prudentia illius assequendi rationes, ex inventis rationibus maxime utilem eligit, denique eam adhibet.

[q] *Justitia*] Definitionem ex Ulpiano attulimus in notis ad l. III. Heren. § 3.

[r] *Natura jus*] Jus sive legem naturæ definit Cic. de Leg. l. I. 'Est,' inquit, 'ratio summa insita in natura, quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria.'

superioris cujusdam naturæ (quam divinam vocant) curam cærimoniamque[y] affert: pietas,[7] per quam sanguine conjunctis, patriæque benivolis[8] officium et diligens tribuitur cultus: gratia, in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria[9] et remunerandi[10] voluntas continetur: vindicatio,[11] per quam vis et injuria, et omnino omne,[12] quod obfuturum est, defendendo, aut ulciscendo[s] propulsatur: observantia,[13] per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam et honore dignantur:[z] 162. veritas,[14][t] per quam immutata ea, quæ sunt, aut ante[15] fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. LIV. Consuetudine[u] jus est,[16] quod aut leviter a natura tractum aluit[17] et majus fecit usus,[a] ut religionem:[x] aut si quid[18] eorum, quæ ante diximus, ab natura profectum, majus factum propter consuetudinem videmus,[19] aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit:[b][20] quod genus, pactum,[1] par, judicatum. Pac-

[y] *Cultum.* [z] *Venerantur.*
[a] *Quod ex principiis naturalibus sensim deductum usus confirmavit.*
[b] *Quod, approbante populo, in usum diuturnum transiit.*

*turæ jus erit.*—6 Lamb. et Schutz. *insevit.*—7 L M *pietas est.*—8 Leid. 3. *patriæ benev. et sang. conj.* Lamb. *per quam patriæ sanguineque conj. benevolentia*, prob. Lall. M *sang. conj.*, *patriæ benevolis.* 'Unum voc. *benevolis* corruptum est, legendumque *benevolum.*' Orell.—9 *Memoria* deest Sch. a m. pr. —10 Vulg. *et alterius rem.* Vocem *alterius*, quæ abest Sch. a m. pr. ω 1. Voss. 2. Tur. Cass. a manu pr. et ed. Omnib. delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—11 Al. *vindicatio est.*—12 B L M W θ κ, ω 1. 2. Leid. 2. 3. et ed. Omnib. *vis aut inj.* Tum θ *aut omnino omne.*—13 Al. *observantia est.*—14 Al. *veritas est.*—15 Schutz. delevit vocem *ante*, quæ abest a B M et Leid. 1. a m. pr.

CAP. LIV. 16 κ *Consuetudinis jus est:* ω 1. *Consuetudinum jus est:* ψ *Consuetudine justitia est.*—17 Sch. *valuit.*—18 B *et si quid*, suprascr. *ut:* Sch. *aut si quod.*—19 Verba *aut si quid . . . videmus* Schutz. delevit: Wetzel. ea uncis includit.—20 Unus Ms. ap. Lamb. *produxit.*—1 κ *genus est:* B L M, ω 1.

## NOTÆ

[s] *Aut ulciscendo*] Privata ultio non modo Christianis, sed etiam sapientissimis ethnicis visa est illicita, ut supra jam annotavimus: at publica scelerum vindicatio honestissima est, et ad justitiam, ut vocant, vindicativam pertinet.

[t] *Veritas*] Ad fidem refertur, qua talem se quis exhibet alteri tum verbis tum factis, qualis revera est.

[u] *Consuetudine*] De qua dictum in notis ad l. II. Heren. § 19.

[x] *Ut religionem*] Religionem tamen in Deum non consuetudine tantum didicimus et accepimus; immo ex natura ipsa non leviter, sed penitus arripuimus et expressimus.

tum est, quod inter aliquos convenit: par, quod in omnes æquabile est:[2] judicatum, de quo alicujus, aut aliquorum jam sententiis constitutum est.[3] Lege jus est,[4] quod in eo scripto, quod populo expositum est, ut observet,[5] continetur. 163. Fortitudo [y] est considerata [c] periculorum susceptio, et laborum perpessio. Ejus partes,[6] magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia. Magnificentia [z] est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione [d] agitatio, atque administratio:[7] fidentia [a] est,[8] per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ[9] certa cum spe collocavit: patientia est honestatis aut utilitatis[10] causa, rerum arduarum ac difficilium[11] voluntaria, ac diuturna perpessio:[12] 164. perseverantia est in ratione bene considerata[13] stabilis et perpetua permansio. Temperantia [b] est rationis[14] in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi,[15] firma et moderata dominatio. Ejus partes sunt,[16] conti-

[c] *Prudens.* [d] *Demonstratione.*

Leid. 2. 3. Voss. 1. 2. ed. Omnib. *pactum est.*—2 L M κ, Sch. Leid. 2. et edd. ante Grut. *inter omnes.* In W θ *aquab. sit.*—3 ω 1. *constitutum*; et ω 2. *constitutum judicium*; omisso *est.*—4 M ψ, ω 2. Sch. *Legis jus est*: ω 1. *Legum jus est*: Leid. 3. *Lege justitia est.*—5 M W θ *observaret.*—6 M *Ejus partes sunt.*—7 L, Sch. a m. pr. ed. Omnib. *cogitatio atque adm.* ω 1. 2. *cogitatio et adm.* Leid. 2. *coagitatio atque adm.* M *et cogitatio atque adm.* θ *agitatio atque ministratio.*—8 κ omittit *est.*—9 Voss. 1. Leid. 3. *fidentiæ.* Dein B L M W et Oliv. *certæ.*—10 Leid. 3. *atque util.*—11 M *aut diff.* Voss. 1. Leid. 3. *et diff.*—12 M *aut diut. perp.*—13 M *benevivendi consideranda.*—14 Leid. 3. *ra-*

NOTÆ

[y] *Fortitudo*] Ex Aristot. Ethic. II. 7. et III. 6. plenior hæc fortitudinis definitio colligitur. Virtus est moralis in metu et audacia moderandis posita; qua quis instructus in periculis ita se gerit, ut neque prave timendo, neque temere audendo ab officio desciscat.

[z] *Magnificentia*] Magnis sumtibus et apertis largitionibus aliorum utilitati consulit.

[a] *Fidentia*] Θάρσος, μετὰ φαντασίας ἡ ἔλπις τῶν σωτηρίων ἐστὶν ὡς ἐγγὺς ὄντων, τῶν δὲ φοβερῶν, ἢ μὴ ὄντων, ἢ πόῤῥω ὄντων· Aristot. Rhet. II. 5. *Fiducia est spes conjuncta cum opinione rerum salutarium fere præsentium; metuendarum autem quæ aut non sint, aut procul absint.*

[b] *Temperantia*] Aristot. Ethic. III. 13. *μεσότης ἐστὶ περὶ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη· est mediocritas circa voluptates* et dolores. Ut fortitudo circa timorem et audaciam versatur, ita temperantia in voluptatibus et doloribus moderandis posita est.

nentia, clementia, modestia. Continentia est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur:[17] clementia,[18] per quam animi, temere in odium alicujus concitati[c] invectio,[19] comitate retinetur: modestia,[d] per quam pudor honestus caram[20] et stabilem comparat auctoritatem. Atque hæc omnia propter se solum, ut nihil adjungatur emolumenti,[e] petenda sunt.[1] Quod ut demonstretur, neque ad hoc nostrum institutum pertinet, et a[2] brevitate præcipiendi remotum est. 165. Propter se autem vitanda sunt, non ea modo, quæ his contraria sunt, ut fortitudini ignavia, et justitiæ injustitia: verum etiam illa, quæ propinqua videntur et finitima esse,[3] absunt autem longissime:[4] quod genus, fidentiæ contrarium [*p.* 83.] est diffidentia, et ea re[5] vitium est: audacia non contrarium,[e] sed appositum est ac propinquum, et tamen vitium est. Sic unicuique virtuti finitimum vitium reperietur,[6] aut certo jam nomine appellatum; ut audacia, quæ fidentiæ;[7] pertinacia, quæ perseverantiæ finitima

[e] *Quamvis nihil addatur utilitatis.*

*tione.*—15 A Leid. 2. abest *animi.*—16 ω 1. Leid. 3. Voss. 1. 2. ed. Omnib. carent *sunt.*—17 Pal. 1. *generatione cons. reg.* Grev. *cons. ratione reg.* non improb. Grut. In ed. Omnib. deest vox *gubernatione.*—18 Al. *clem. est;* et mox *modestia est.*—19 ψ, Pal. 2. *alicujus invectio concitata:* B κ *alicujus injectio concitata:* Leid. 3. *alius invectionis concitati:* Sch. a m. pr. *alicujus injectionis concitati:* Leid. 2. *alicujus invectio concitati:* Lamb. e conj. *alicujus inferioris concitati:* Vulg. *alicujus invectionis concitati.* Ern. e conj. edidit *alicujus concitati invectio;* et eum sequuntur Schutz. Wetzel. et Orell. Tum Vulg. *retinentur.* κ *retinetur:* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. Vid. Not. Delph.—20 Vulg. *claram.* Ern. e Mss. suis et Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. dedit *caram;* sic etiam B θ, Schutz. Wetzel. et Orell.—1 Voss. 2. *ut adj. emol. præter se, pet. sunt.*—2 ω 1. et Sch. non habent præpositionem.—3 Lamb. *quæ prop. et fin. vid. esse.*—4 Voss. 1. Leid. 3. *abs. autem quam long.* M κ *abs. tamen long.*

## NOTÆ

[c] *Concitati* [*illecti concitatique*] Veram lectionem restituimus ex Augustin. Quæst. LXXXV. 31. ubi locus hic integer exscribitur: in vulgatis hactenus edd. perperam habetur, *clementia per quam animi in odium alicujus invectionis concitati comitate retinentur.* Nec felicior est conjectura Lambini, qui *inferioris* substituit.

[d] *Modestia*] Virtus est moderationem constituens in actionibus humanis et præcipue externis motibus corporis.

[e] *Audacia non contrarium*] Haud scio an id philosophis probetur, qui statuunt virtutes omnes morales, si forte justitiam excipias, in medio consistere, adeoque inter extrema duo vitia versari. Fiduciæ non minus opponitur audacia per excessum, quam diffidentia per defectum, ut vulgo loquuntur.

est; superstitio, quæ religioni propinqua est: aut sine ullo certo nomine. Quæ omnia item [8] uti contraria rerum bonarum, in rebus vitandis reponemus.[9] Ac de eo quidem genere honestatis, quod omni ex parte propter se petitur, satis dictum est.

LV. 166. Nunc de eo, in quo utilitas quoque adjungitur, quod tamen honestum vocamus, dicendum videtur.[10] Sunt igitur multa, quæ nos cum dignitate,[11] tum fructu quoque suo ducunt:[12] quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria [f] est frequens de aliquo fama cum laude: dignitas, alicujus [13] honesta, et cultu, et honore, et verecundia [f] digna [14] auctoritas: amplitudo,[15] potentiæ, aut majestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia: amicitia,[16] voluntas erga aliquem rerum bonarum, illius ipsius [17] causa, quem diligit, cum ejus pari voluntate.[g] [g] 167. Hic, quia de civilibus causis loquimur,[18] fructus ad amicitiam adjungimus,[19] ut eorum quoque [20] causa petenda videatur: ne forte, qui nos de omni amicitia dicere existiment, reprehendere incipiant.[1] Quanquam

[f] *Reverentia.*

[g] *Amicitia est bene velle alicui propter illum ipsum qui amatur, adeo ut hic ipse amantem redamet.*

—5 M θ *ct ea res.*—6 M W *reperitur.*—7 ω 1. *fiduciæ.*—8 *Item* non est in Leid. 3.—9 Leid. 2. 3. *ponemus:* L κ ψ, Sch. a m. pr. *reponuntur;* M, ω 1. *reponentur;* et sic suprascr. in B: ed. Omnib. *reperiuntur.*

CAP. LV. 10 Verba *Nunc de eo ... videtur* in ψ desunt.—11 Voss. 1. 2. Leid. 1. *tum dign.*—12 Voces *ad se,* quæ vulgo inseruntur post *ducunt,* absunt a B M κ, Leid. 1. 3. Voss. 1. 2. Cass. Guelf. 2. Pal. 2. 3. Grev. edd. pr. et eas delevit Ern. quem Schutz. Wetzel. et Orell. sequuntur.—13 B M, Sch. Leid. 3. *dign. est alic.*—14 Leid. 2. *et reverentia digna.*—15 L M, ω 2. et ed. Lamb. *amplit. est.*—16 M *amic. est.*—17 M caret *ipsius.*—18 *Causis loquimur* absunt a Voss. 1.—19 M *adjungamus.*—20 κ et Sch. omittunt *quoque.*—1 Orell. e Tur. habet *existimans:* vulg. *existimunt.* Ern. e conj. *existiment;* et sic Schutz.

NOTÆ

[f] *Gloria*] 'Ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute.' Cic. Tusc. Qu. I. III.

[g] *Cum ejus pari voluntate*] In eo amicitia differt ab amore, quod amicitia in redamando consistat, amor non item. 'Quid autem est amare, ex quo nomen amicitiæ ductum est, nisi velle bonis aliquem affici quam maximis, etiamsi ad se ex iis nihil redeat?' Cic. de Fin. lib. II.

sunt, qui propter utilitatem modo petendam putent[2] amicitiam; sunt qui propter se solum;[3] sunt qui propter se, et utilitatem: quorum quid verissime[4] constituatur, alius locus erit considerandi.[5] Nunc hoc sic ad usum oratorium relinquatur, utramque propter rem[h] amicitiam esse expetendam.[6] 168. Amicitiarum autem ratio, quoniam partim sunt religionibus junctæ, partim non sunt, et quia partim veteres sunt, partim novæ, partim ab illorum,[i][7] partim ab nostro beneficio profectæ,[8] partim utiliores, partim minus utiles; ex causarum dignitatibus, ex temporum[9] opportunitatibus, ex officiis, ex religionibus, ex vetustatibus[10] habebitur. LVI. Utilitas autem aut in corpore[11] posita est, aut in extraneis[12] rebus: quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum revertitur, ut in[13] republica quædam sunt, quæ (ut sic dicam) ad corpus[14] pertinent civitatis, ut agri, portus, pecunia, classes, nautæ, milites, socii;[15] quibus rebus incolumitatem[16] ac libertatem retinent civitates: alia vero,[17] quæ jam quiddam[18] magis amplum, et minus necessarium conficiunt, ut urbis egregia exornatio atque amplitudo, ut quædam excellens pecuniæ magnitudo, amicitiarum ac societatum multitudo. 169. Quibus rebus non illud solum conficitur, ut salvæ et incolumes, verum etiam, ut amplæ atque potentes[19] sint civitates. Quare utilitatis duæ partes videntur esse, inco-

[h] *Propter et honestatem et utilitatem.*
[i] *Quos amamus.*

ac Wetzel. Dein Orell. e Tur. dedit *incipiat.*—2 *Putant* Mss. et edd. ante Ern. qui e Cass. edidit *putent* cum Schutz. Wetzel. et Orell. In Sch. *petendas putant amicitias.*—3 Voss. 1. *solummodo.*—4 Voss. 2. *verisimile.*—5 B L M W, κ, ω 2. et omnes Mss. Oud. *considerandus.*—6 Lamb. *propter utramque rem.* Sch. *amic. esse petendam.*—7 κ *aliorum,* ut suspicabatur Ernestius.—8 M *ab nostro officio sunt prof.* κ *ab nostro benef. sunt prof.*—9 κ *et ex temp.*—10 κ *et ex vetust.*

CAP. LVI. 11 B, Sch. Voss. 1. Leid. 3. *autem aut in nostris rebus aut in corpore:* ψ *autem aut in nostris rebus atque aut in corp.*—12 Deest *aut* Leid. 1. *In* abest Leid. 3. et Sch. a m. pr. Tum Orell. e Leid. 2. 3. habet *extrariis* pro vulg. *extraneis.*—13 L W θ *ut verbi gratia in.*—14 B *quæ ad corp.*—15 B M, Sch. Voss. 1. Leid. 1. 3. *classis.* Paulo post, abest *socii* a Voss. 2.—16 Leid. 2. *quibus incol. rebus.*—17 Sch. Voss. 2. Leid. 3. *aliæ vero:* ed. Omnib. *alia si:* κ *alia vero sunt:* ω 1. *aliæ vero sunt.*—18 Sch. *quoddam.*

lumitas et potentia. Incolumitas est salutis tuta[20] atque integra conservatio: potentia est ad sua conservanda, et alterius obtinenda, idonearum rerum facultas.[1] Atque in iis[2] omnibus, quæ ante dicta sunt, quid difficulter fieri et quid facile fieri[3] possit, oportet considerare. Facile fieri[h] id dicimus,[4] quod sine magno, aut sine ullo labore, sûmtu, molestia, quam brevissimo tempore confici potest. Difficile autem fieri,[5] quod quanquam laboris, sumtus, molestiæ, longinquitatis indiget,[6] atque aut omnes, aut plurimas, aut maximas causas habet difficultatis, tamen, his susceptis difficultatibus, compleri,[7] atque ad exitum perduci potest.

170. Quoniam ergo de honestate[8] et de utilitate diximus, nunc restat, ut de iis rebus, quas his attributas esse dicebamus, necessitudine et affectione, perscribamus. LVII. Puto igitur esse[9] hanc necessitudinem, cui nulla vi resisti potest;[10] quæ neque mutari, neque leniri potest. Atque, ut apertius hoc sit, exemplis licet vim rei,[11] qualis et quanta[12] sit, cognoscamus. Uri posse flamma ligneam materiam necesse est.[13] Corpus mortale aliquo tempore[14] in-

—19 Sch. *potentissimæ.*—20 Sch. habet *rata*, quod defendit Oudendorpius. 'Audirem forte, si esset *sarta*.' Ern.—1 ω 1 *potentia rerum ad sua conservanda et alterius attendenda idonearum facultas.* Pro *alterius obtinenda*, B habet *alt. adtenenda*, suprascr. *obtinenda*; et Sch. *ad tenenda alt.*—2 Abest *in* Sch. a m. pr. Deest *iis* Voss. 1. Leid. 3. Paulo post, Voss. 1. *antea dicta sunt.*—3 Pro *difficulter*, M et pauci alii habent *difficile*. In B, ω 1. et Tur. deest. Abest *fieri* a B et Leid. 2. Tum voces *et quid facile fieri* non sunt in Voss. 1.—4 Leid. 3. Voss. 1. Tur. omittunt *fieri*. Dein ω 1. *dicemus.*—5 B, Sch. Voss. 2. ed. Omnib. *Posse autem fieri:* M *Diff. autem fieri posse:* W θ *Diff. autem fieri dicimus:* κ *Diff. autem fieri posse dicimus:* ω 1. et Leid. 1. *Posse autem difficile fieri:* Tur. *Ea autem fieri.*—6 κ, ω 2. *indigeat.*—7 Sch. a m. pr. *conferri:* Leid. 1. *complerique.*—8 Leid. 1. *Quoniam igitur de hon.* Deest *ergo* Sch. a m. pr.

CAP. LVII. 9 L *Puto autem esse:* M *Puto esse.*—10 Post *potest*, addit Sch. *quid quod fas et jus facere possunt, perficiat.* Quædam edd. teste Verburgio, addunt, *quo ea secius, id quod facere potest;* et sic Orell.—11 B, Leid. 1. *exemplo.* In Sch. *exemplo scilicet vis rei:* Leid. 2. *exemplis licet veri rei.*—12 Sch. *qualis aut quanta.*—13 In κ *est* omittitur.—14 *Aliquo tempore* in ω 1. desunt.—

NOTÆ

h *Facile fieri*] Locus ex Aristot. Rhet. lib. I. expressus, ubi facilia dicuntur ea quæ vel sine molestia vel brevi tempore fieri possunt: contra, difficilia quæ vel cum molestia vel non sine diuturno tempore conficiuntur.

terire necesse est; atque ita necesse,[15] ut vis postulat ea,[16] quam modo describebamus, necessitudinis, cui nulla vi resisti potest, quæ neque mutari, neque leniri potest.[17] Hujusmodi [necessitudines [18]] cum in dicendi rationes incident,[19] recte necessitudines appellabuntur: sin aliquæ res incident [20] difficiles, in illa superiori, possitne fieri, quæstione considerabimus.[1] 171. Atque etiam hoc mihi videor videre, esse quasdam cum adjunctione necessitudines, quasdam simplices et absolutas. Nam aliter dicere solemus, necesse est Casilinenses [2] [i] se dedere Annibali: [k] aliter autem, necesse est Casilinum [3] venire in Annibalis potestatem. Illic, in superiore,[4] adjunctio est hæc, nisi si malunt [5] fame perire: si enim id malunt, non necesse: [6] hoc inferius [7] non item; propterea quod, sive velint [8] Casilinenses se dedere, sive famem perpeti atque ita [9] perire, necesse est Casilinum venire in Annibalis potestatem. Quid igitur perficere potest [10] hæc necessitudinis distributio? Prope dicam, plurimum,[11] cum is [12] locus necessitu-

15 L M *atque ita esse necesse:* Leid. 2. *atque hoc ita nec. est:* κ, Voss. 1. Leid. 3. Sch. a m. sec. *atque ita nec. est.*—16 Al. *ea post.*—17 Post *resisti potest,* Sch. addit, *quod ea secius id quod facere potest, perficiat;* et Orell. *quo ea secius id, quod facere potest, perficiat.* Tum *quæ* in B deest. Verba *quæ neque mut., neque len. pot.* non sunt in L. Orell. uncis includit verba *cui nulla vi . . . leniri potest.*—18 Pro *necessitudines,* Ern. censet *res* scribendum esse; Schutzius delevit.—19 Schutzius e Purgoldi conj. *in dicendo rationes*: Junt. *in dicendi ratione*: Crat. *in dicendi ratione*: B *indictiones.* Orell. præpositionem uncis includit. Dein quædam edd. vett. *incidunt.*—20 L M, Sch. Voss. 2. *accident:* Leid. 2. *accidunt.*—1 Sch. a m. pr. *considerabitur.*—2 θ κ *Cassalienses:* B L M W θ κ ψ, ω 2. Voss. 1. Oliv. et Lall. *Cassilinenses:* Voss. 2. Leid. 1. 2. 3. Victor. et ed. Omnib. *Cassilienses:* Grut. Schutz. Wetzel. et Orell. *Casilinenses.*—3 M *Cassalium quoddam castrum.*—4 Orell. judicat voces *in superiore* esse e glossa.—5 Voss. 2. *Nisi se malint:* Leid. 2. *nisi malunt.* Vulg. *nisi malint.* Ern. e Mss. suis, et Sch. Voss. 1. Leid. 3. atque edd. pr. correxit *nisi si malunt;* et sic Schutz. Wetzel. et Orell.—6 Tur. omnes Mss. Oud. cum ed. Omnib. Junt. Lamb. Schutz. et Orell. *non est necesse.*—7 Lamb. correxit, *in hoc inferius,* et dicit, 'videtur legend. *in hoc inferiore.*' 'Immo, *hic, in inferiori.*' Ern.—8 θ, Sch. Voss. 2. *si velint.*—9 Leid. 2. caret *ita.*—10 κ *efficere potest:* Leid. 2. *perficere posset,* suprascr. *i.*—11 M *plurimum efficiet.*—12 B, Tur.

NOTÆ

[i] *Casilinenses*] Casilinum oppidum Campaniæ in Italia nunc plane destructum: situm olim fuisse ad Vulturnum fluvium, ibi ubi nunc est Capua Nova, censet Cluverius. Leandro tamen nunc *Castelluzzo* dicitur.

[k] *Annibali*] De quo dictum in notis ad Heren. lib. III. § 2.

dinis videbitur [13] incurrere. Nam cum simplex erit necessitudo,[14] nihil erit quod multa dicamus, cum eam nulla ratione [15] lenire [k] possimus: 172. cum autem [16] ita necesse erit, ut aliquid effugere aut adipisci [17] velimus, tum adjunctio illa quid [18] habeat utilitatis, aut quid honestatis,[19] erit considerandum. Nam si velis attendere, (ita tamen, ut [20] id quæras, quod conveniat ad usum civitatis,) reperias nullam esse rem, quam facere necesse sit,[1] nisi propter aliquam causam quam adjunctionem nominamus; pariter autem esse multas res necessitudinis,[2] ad quas similis adjunctio non accedit: quod genus, ut homines mortales necesse est interire,[3] sine adjunctione: ut cibo utantur, non [4] necesse est, nisi cum illa [5] exceptione, extra quam,[l] si nolint [6] fame perire. 173. Ergo, ut dixi, [*p.* 84.] illud, quod adjungitur, semper, cujusmodi sit, erit considerandum: nam omni tempore id pertinebit, ut [ad honestatem] hoc modo exponenda necessitudo sit: necesse est, si honeste volumus vivere: necesse est, si incolumes volumus esse: necesse est, si sine incommodo volumus vivere.[7] LVIII. Ac summa quidem necessitudo videtur esse honestatis; huic proxima,

[k] *Mutare.* [l] *Nisi velint.*

Sch. a m. pr. Voss. 1. carent *is;* pro quo Leid. 1. habet *eis*, et ed. Omnib. *his.* Wetzel. uncis includit.—13 Leid. 2. *videtur.*—14 Leid. 3. *necessitudinis vis.*—15 Pro *ratione*, B habet *re*, et M *necessitudinem ratione.*—16 κ caret *autem.*—17 Sch. *si aliquod eff.* Tur. et Orell. *si aliquid eff.* Tum Leid. 2. *vel adipisci:* θ *atque adipisci.*—18 Sch. *quod.*—19 Ed. Omnib. *util. atque hon.* —20 Sch. Leid. 1. *ita tantum ut.*—1 B W κ et ed. Omnib. *reperies.* Dein Schutz. e conj. *nonnullam esse rem, quam facere necesse non sit.*—2 ω 2. *preter autem hoc invenies esse multas res necessitatis:* Sch. *partim autem esse multas res necessitatis*, et in marg. *præterea autem invenies, &c.* Voss. 1. 2. Leid. 1. ed. Omnib. *præter hæc autem invenies multas esse res necessitudinis;* nisi quod in ed. Omnib. *necessitatis:* Tur. *partem autem esse multas res necessitatis:* Victorin. Junt. et Orell. *præter hæc autem esse multas invenias res necessitudinis;* sed Victorin. non habet *necessitudinis.* Orell. uncis includit verba *invenias* et *necessitudinis.* Schutz. partim e conj. dedit, *præter hæc autem esse multas necessitudines.* Vulg. *pariter autem esse multas res necessitudinis.* Pro *pariter*, W habet *præter h':* ψ *præter hæc:* θ κ *pariter hoc.* Pro *esse*, B L M W θ κ exhibent *invenies esse.* Denique B L M W θ *necessitatis.*—3 L M *Quod genus est, ut hom.* Glossa Ms. Guelf. 2. *Quod genus est, ut istud hom.* Ern. putabat *ut* delendum esse: Orell. uncis includit. Dein pro *necesse est interire*, B L M W θ, ω 1. Lamb. Oliv. Lall. Schutz. et Wetzel. habent *intereant, necesse est.*—4 B caret *non.*—5 *Cum illa* in M desunt.—6 Lamb. *velint:* Voss. 1. Leid. 3. *nolunt.*—7 Pal. 2. Leid. 2. *ut honestam ad partem:* B, Leid. 1. *ut ad honestam partem:* Voss. 1. Sch. a m. pr. *ut ad honestatis:* θ κ, Grut. Græv.-Burm. et paucæ aliæ edd. *ut aut ad honestatem:* L M W θ ψ, ω 1. 2. Oliv. Lall.

incolumitatis; tertia ac levissima, commoditatis; quæ cum his nunquam [8] poterit duabus [9] contendere. 174. Hasce autem inter se sæpe necesse est comparari,[10] ut quanquam præstet honestas incolumitati, tamen, utri potissimum consulendum sit, deliberetur. Cujus rei certum quoddam [11] præscriptum [m] videtur in perpetuum dari posse. Nam, qua in re fieri poterit, ut, cum incolumitati consuluerimus, quod sit in præsentia de honestate delibatum,[n] [12] virtute aliquando et industria [13] recuperetur, incolumitatis ratio videbitur habenda: [14] cum autem id non poterit,[15] honestatis. Ita in ejusmodi [16] quoque re, cum incolumitati videbimur [17] consulere, vere [18] poterimus dicere, nos honestatis rationem habere, quoniam sine incolumitate eam nullo tempore possumus adipisci. Qua in re [19] vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius descendere, vel in præsentia [20] quiescere, atque aliud tempus expectare oportebit. 175. In commoditatis vero ratione, modo illud atten-

[m] *Præceptum.* [n] *Diminutum.*

Sch. et Orell. *aut ad honestatem, ut.* Paulo post, verba *hoc faciamus,* quæ vulgo inseruntur ante *si hon. vol. vic.*, absunt a Sch. Voss. 1. Leid. 3. ed. Omnib. et ea omittunt Schutz. et Wetzel. In Leid. 1. *hoc faceremus:* Leid. 2. *hoc modo faciamus.* Porro κ *si hon. vivere velimus.* Voss. 2. habet *aut in necessitate incolumitatis,* pro *aut ad incolumitatem hoc modo;* quæ verba non agnoscunt B, Sch. Leid. 1. a m. pr. Rursus, pro *ad commoditatem hoc modo,* quæ verba vulgo inseruntur post *volumus esse,* et absunt a B, Sch. et Leid. 1. a m. pr., habet Voss. 1. *aut in necessitate commoditatis.* Porro Sch. *et si sine incomm.* '*Pertinebit ut ad honest. . . . volumus vivere*] In hoc loco sæpe correximus vulgatum textum. Primo omisimus *aut* ante *ad honest.* deinde *hoc faciamus* post primum *necesse est:* denique *aut ad incolumitatem, hoc modo,* post alterum *necesse est: aut ad commoditatem hoc modo,* post tertium, auctoribus nostris Mss. omnibus, etiam quibusdam ap. Oud. *hoc faciamus* etiam ab edd. pr. abest. Ceterum puto etiam primum *ad honestatem,* sive, ut Guelf. 2. et alii habent, *ad honestam partem,* delendum. Est enim hoc commune omnibus tribus: et hoc servato, sane etiam cetera videantur servari debere propter similitudinem orationis. Uncis inclusi.' *Ern.* quem omnino Wetzel. sequitur. Verba quæ Ern. delevit, Orell. uncis includit.

Cap. lviii. 8 B *nusquam.*—9 κ non habet *duabus.*—10 Lamb. *sæpe nec. est inter se comp.*—11 Leid. 2. 3. *quiddam.*—12 L M, ω 2. Sch. Voss. 1. Pall. 1. 2. 3. ed. Omnib. *deliberatum:* duo Mss. et Lamb. *delibratum.* Vid. Varr Lectt. ad c. 39. In Leid. 1. Voss. 2. desunt voces *quod sit in præs. de hon. delib.*—13 Leid. 1. a m. pr. *virtus aliq. de ind.* ed. Omnib. *virtute aliq. et virtus aliq. industria.*—14 θ κ *tum incol. ratio;* et L M *videtur hab.*—15 Leid. 2. Voss. 2. Sch. a m. sec. ed. Omnib. *potuerit.*—16 Deest *Ita* Voss. 1. Leid. 3. Tum Tur. omnes Mss. Oud. et ed. Omnib. ac Lamb. *hujusmodi.*—17 θ *incolumitate videbit.*—18 Pro *vere,* Leid. 2. habet *jure.*—19 B M, ω 2. *Quare.*—

datur,[1] dignane causa videatur ea, quæ ad utilitatem pertinebit,[2] quare aut[3] de magnificentia aut de honestate quiddam derogetur.[o] Atque in hoc loco mihi caput[p] illud videtur esse, ut[4] quæramus, quid sit illud, quod si adipisci[5] aut effugere[6] velimus, aliqua res nobis sit necessaria, hoc est, quæ sit adjunctio, ut proinde, uti quæque res erit,[7] laboremus, et gravissimam quamque causam vehementissime necessariam judicemus.

176. Affectio est quædam ex tempore, aut ex negotiorum[8] eventu aut administratione, aut hominum studio,[9] commutatio rerum, ut non tales, quales ante[10] habitæ sint, aut plerumque haberi soleant, habendæ videantur esse: ut, ad hostes transire turpe videtur esse;[11] at non illo animo, quo Ulysses transiit:[l] et pecuniam[12] in mare dejicere, inutile; at non eo consilio, quo Aristippus[m] dejecit.[13] Sunt

[o] *Detrahatur.* [p] *Præcipuum.*

20 Al. *et in præs.*—1 B *In comm. tantum necessitudine modo:* L M *In comm. vero rationem modo:* ω 2. *In ratione vero commoditatis modo:* Grev. *In comm. tantummodo illud modo:* Leid. 1. *In necessitudine commoditatis tantum modo:* Voss. 2. *In necessitate commoditatis modo.* In Sch. Leid. 3. Pal. 2. desunt verba *In comm. vero rat.* Tum Leid. 1. *illi attend.*—2 Voss. 2. *pertinebat.*—3 B caret *aut.*—4 Voss. 1. *ut vid. esse.*—5 Leid. 2. *quod si aut adip.*—6 κ *fugere.*—7 Leid. 3. *uti quisque res erit.*—8 Schutz. e Sch. *temporum*, prob. Oud. Dein M κ, Sch. *aut neg.* sine præpositione.—9 Leid. 2. *aut ex adm. aut hom. stud.* Schutz. *aut ex adm. hom., aut stud.*—10 *Ante* abest a θ et Leid. 3.—11 ω 1. *videantur: ut ad hostes transitus turpis videatur esse.* In Sch. Leid. 2. quoque *videatur esse.* Tum B *aut non illo an.* κ *non illo an.* Voss. 1. *at non in illo an.*—12 Voss. 1. *ut pec.*—13 Vulg. *Arist. fecit.* Ern. e Grev. Pal. 2. Leid. 2. correxit *dejecit:* et sic Schutz. Wetzel. et Orell. In M W θ κ, ω 2. quoque *dejecit;* et sic suprascr. in B. Tur. *Arist. dejecit cadavera.* In Guelf. 1. post *Arist. fecit,* adduntur hæc verba: *qui thesauros ad hoc de navi in mare*

## NOTÆ

[l] *Quo Ulysses transiit*] Ulysses rex Ithacæ et Dulichii, cujus varii casus Homeri carmine consignati sunt, Trojam furtim irrepsit de nocte, indeque fatale conservandæ urbi Palladium cæsis custodibus rapuit. Hoc animo ad hostes transire utile, honestum, heroicum est.

[m] *Aristippus*] Philosophus genere Cyrenæus Socratis sectam amplexus est: omni loco, tempori, et personæ serviebat, quare et Dionysio carus et a Diogene regius canis dictus. Cum aliquando navigaret, ubi piraticam esse navem cognovit, qua vehebatur, acceptam numeravit pecuniam, et in mare projecit, sic tanquam imprudenti sibi excidisset. Ferunt nonnulli eum addidisse, satius esse hæc Aristippo, quam propter hæc Aristippum perire. Floruit circa Olymp. xc. an. ante Chr. 420. Laërtius.

igitur res quædam ex tempore, et ex consilio, non ex sua natura considerandæ: quibus in omnibus, quid tempora petant, aut[14] quid personis dignum sit, considerandum est, et non quid,[15] sed quo quidque[16] animo, quicum, quo tempore,[17] quamdiu fiat, attendendum est. His ex partibus[18] ad sententiam dicendam, locos sumi oportere arbitramur. LIX. 177. Laudes[n] autem[19] et vituperationes ex his locis sumentur, qui loci personis sunt attributi,[20 o] de quibus ante[1] dictum est. Sin distributius tractare[q] quis volet,[2] partiatur in animum, et corpus, et extrarias res[r 3] licebit. Animi est virtus,[4] cujus de partibus paulo ante dictum est: corporis, valetudo, dignitas, vires, velocitas: extrariæ,[5] honos, pecunia, affinitas, genus, amici, patria, potentia, et[6] cetera, quæ simili esse in genere intelligentur.[7] Atque in his, id, quod in omnia valet, valere oportebit:[8] contraria quoque, quæ[9] et qualia sint, intelligentur.[10] 178. Videre autem in laudando et in[11] vituperando

[q] *Magis accurata divisione.*
[r] *Res externas.*

*projecit, ut suos liberaret.*—14 B, ω 1. Sch. Voss. 1. Leid. 1. 3. carent *aut*, prob. Oud.—15 Post *quid*, Voss. 2. ed. Omnib. addunt *fiat.*—16 B *quid.*—17 κ *aut quo temp.*—18 Leid. 2. *attend.* omisso *est.* Dein κ *His ergo ex part.*

Cap. LIX. 19 Deest *autem* Leid. 1.—20 Al. *ex iis locis:* al. *ex locis.* κ, Leid. 2. *sumuntur.* Tum κ et Leid. 3. *qui pers.* sine *loci.* Denique θ *sint attrib.*—1 Voss. 1. caret *ante.*—2 Voss. 1. Leid. 3. *qui volet:* L *quis velit.*—3 Voss. 1. *extrarias res,* omissa copula: M W θ κ, ω 2. Voss. 1. 2. Leid. 3. Tur. Junt. Lamb. *et extraneas res:* L et Leid. 2. *et in extraneas res.*—4 ω 1. *An. virtus est:* ed. Omnib. *An. laus virt.*—5 B L M θ, Sch. Voss. 2. Junt. et Lamb. *extraneæ,* suprascr. in Sch. *rei:* Tur. *extranea:* κ *extraneæ res:* Leid. 2. *extrariæ res:* W *extraneæ res sunt.*—6 ω 1. omittit copulam.—7 M *simplici.* Verbum *esse* non habet Pal. 2. Gulielmius id mutabat in *ex se.* Dein B L M W θ κ et quinque Mss. Oud. *intelliguntur:* Leid. 1. *intelligantur:* Schutz. e conj. *versantur.*—8 Leid. 2. Tur. Schutz. et Wetzel. non habent *valet.* B, Voss. 2. et ed. Omnib. non habent *valere,* nec Voss. 2. *oportebit.*—9 Al. *contr. quæ:* al. *contr. quoque et quæ.*—10 B *intelliguntur:* M, Leid. 1. Voss. 2. ed.

## NOTÆ

[n] *Laudes*] Quæ spectant ad genus exornativum præcepta, illustrantur iis quæ dicuntur sub fin. lib. II. de Orat.

[o] *Qui loci personis sunt attributi*] Res personis attributas undecim enumeravit superiore lib. Tullius § 31. et 35. nomen videlicet, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, studia, consilia, facta, casus, orationes; ex quibus laudum aut vituperationum capita ducere facile est.

oportebit, non tam quæ in corpore,[12] aut in extraneis[13] rebus habuerit is, de quo agetur,[14] quam quo pacto his rebus usus sit. Nam fortunam quidem et laudare, stultitia, et vituperare,[15] superbia est: animi autem, et laus honesta,[16] et vituperatio[17] vehemens est. Nunc quoniam omne in causæ genus argumentandi ratio[18] tradita est, de inventione, prima ac maxima parte rhetoricæ, satis dictum videtur.[19] Quare, quoniam et una pars ad exitum hunc ab superiore[20] libro perducta est,[1] et hic liber non parum continet literarum, quæ restant, in reliquis dicemus.

Omnib. et Lamb. *intelligantur:* Junt. *intelligemus.*—11 Sch. Voss. 1. Leid. 2. carent *in.*—12 Voss. 2. *non tam ea quæ:* et Voss. 1. *quæ corp.* sine præpositione.—13 B L M W ψ, ω 1. 2. Tur. Oliv. Lall. et Orell. *extrariis.*—14 ω 2. Sch. Voss. 2. *agitur.*—15 B *stult. vitup.* θ *stult. est et vitup.*—16 Sch. *an. enim et laus:* ω 1. *animi laus.* Voss. 1. *honestas.*—17 *Et vituperatio* . . . usque ad finem in W θ desunt.—18 Leid. 2. *arg. quoque ratio.*—19 ω 1. *dictum esse vid.*—20 Tur. et Orell. *hoc ac sup.* Lamb. *hoc et sup.* prob. Lall.—1 ψ *producta est.*

# M. TULLII CICERONIS

## AD Q. FRATREM

## DIALOGI TRES

# DE ORATORE.

---

## DIALOGUS,[a] SEU LIB. I.

### ARGUMENTUM.

In his libris, in quibus ipse sibi mirifice placuit Cicero, de eloquentia ita præcipit, ut, quod alios docet, ipsum plane assecutum esse appareat. Explicat autem suas de dicendi arte sententias sub Lucii Licinii Crassi et Marci Antonii personis, quod ad hos homines eloquentiæ principatum omnes, superiori sæculo, detulerant. Et in primo quidem libro Crassus et Antonius de universa oratoris perfecti vi disputant, quorum alter ad Ciceronis mentem de ea re disserit, ita, ut oratori omnium scientiarum et artium cognitionem tribuat; alter vero Antonius fratris Quinti sententia eloquentiam ab elegantia doctrinæ segregat, et in quodam ingenii et exercitationis genere ponit. vid. c. II. Primus disputat Crassus, deinde ejus argumentis quæ responderi possunt, affert Antonius. In secundo libro disserendi partes inprimis ad Antonium deferuntur, qui de inventione præcipit, et de collocatione rerum locorumque, qua inprimis valuisse credebatur, v. Cic. de Clar. Orat. c. XXXVII. cum contra non elegantissimo sermone uteretur atque diligenter loquendi laude careret. Ad inventionem rerum autem quoniam pertinet etiam de jocis et facetiis locus, et Cæsar credebatur omnium facetissimus et in jocando lepidissimus esse, vid. c. LIV. ei de his disputandi partes traduntur l. c. usque ad c. LXXI.

Redit ad Crassum in libro tertio disserendi munus, induciturque de ornamentis orationis et tota elocutione præcipiens, in qua ceteris omnibus palmam præripere putabatur. Cic. de Claris Or. c. XXXVIII. s. Docet autem dicendum esse Latine, plane, ornate, et apte, in quorum tertio inprimis multus est. Ornatum autem existere ostendit cum e verborum delectu, tum e tropis, figuris, et numero. Adduntur tandem quædam de

actione. Cap. XIV. seq. digreditur ad laudes eloquentiæ, eique adjungendam esse docet Philosophiam, non Epicuream quidem aut Stoicam, sed Academicam et Peripateticam. In exordio Cicero funestam mortem eorum deplorat, qui in his libris disputantes inducuntur.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 85.] COGITANTI mihi sæpenumero, et memoria vetera[b] repetenti,[a] perbeati fuisse, Quinte frater,[c] illi videri solent, qui in optima republica, cum[1] et honoribus, et rerum gestarum gloria florerent, eum vitæ cursum tenere potuerunt,[b] ut vel in negotio sine periculo, vel in otio[2] cum dignitate esse possent. Ac fuit quidem,[d] cum[3] mihi quoque initium requiescendi, atque animum ad utriusque nostrum præclara studia referendi, fore justum et prope ab omnibus concessum[4] arbitrarer, si infinitus forensium rerum labor, et ambitionis occupatio,[e] decursu honorum,[f][5] etiam ætatis flexu,[g] constitisset.[c] 2. Quam spem

[a] *Superiorum temporum historias revolventi.*
[b] *Eam vitæ rationem servare potuerunt.*
[c] *Si infinito rerum forensium labore defatigatus, et perfunctus laboribus qui in ambiendis honoribus suscipiendi sunt, post gestos ordine magistratus conquiescere potuissem.*

CAP. I. 1 Erl. 2. *quomodo.*—2 Hæc verba, *sine periculo, vel in otio,* desunt in Erl. 1. 2.—3 *Ac fuit tempus illud, cum* Asc. Grut. Crat. Pearce; *Ac fuit quidem,* omisso *cum,* Erl. *fuit* delent Oxon. δ ε. *Ac fuit quidem cum* Ernest. e vestigiis codd. et edd. vett. *Ac nunc mihi quoque* edd. primæ; *Ac nunc quidem mihi quoque* Nor. Junt. Hahn. *Ac fuit cum mihi* Palat., probante Grut. *Ac fuit quidem tempus illud, quum* M L.—4 Junt. *fore justum et .... concessum esse;* Erl. 2. *referendi ad fore.* 'Forsan id scribere debuit.' *Harl.* *referendi fore, just.* Crat. M L, Schutz. Mox *finitus rerum forensium* L. *labor rerum*

## NOTÆ

[a] *Dialogus*] Græca vox Διάλογος sermonem significat, qui ab hominibus habetur interrogantibus per vices ac respondentibus. Latine dicas *Colloquium.*

[b] *Vetera*] Puta monumenta veterum aut Atheniensium aut etiam Romanorum, apud quos clarissimi quique viri maximis afficiebantur honoribus.

[c] *Quinte frater*] M. Tullii frater Quintus Cicero primum quidem legatus Cæsaris in Gallia, tum in Asia proprætor fuit. Non indisertum fuisse ostendit ad M. fratrem de Petitione Consulatus liber. A triumviris proscriptus, cum a satellitibus efflagitaret, ut ante filium interficeretur, filius, ut ante patrem, uterque simul occisus est, A. U. C. 711. ante Chr. 43. Appian. Bell. Civ. l. IV. Plutarch. in Cicerone.

[d] *Ac fuit quidem*] Nempe post consulatum, quem cepit A. U. C. 691. ætatis suæ 44. quo tempore rebus maximis pro salute publica gestis, plurimisque jactatus periculis, reliquum vitæ tempus in otio perquam

cogitationum et consiliorum meorum,[6] cum[7] graves communium temporum,[h] tum varii nostri casus[i] fefellerunt. Nam, qui locus[d] quietis et tranquillitatis plenissimus[8] fore videbatur, in eo maximæ moles molestiarum,[j] et turbulentissimæ tempestates extiterunt. Neque vero nobis cupientibus atque exoptantibus[9] fructus otii[e] datus est ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus,[10] celebrandas,[f] interque nosque recolendas.[11] 3. Nam prima[12] ætate[k] incidimus

[d] *Quæ vitæ pars.* [e] *Quies et vitæ tranquillitas.*
[f] *Assidue tractandas.*

Erl. 1. 2.—5 Pith. Mem. Erl. 1. 2. *cursu honor.* Mox, *ætatis etiam cursu* Oxon. *in ætatis* U Z γ. *et ætatis fluxu* Guelf. 1. *et jam ætatis flexu* Orell. *ætatis etiam flexu* Erl. 2. *et ætatis flexu* Oxon. δ. Oxon. ε habet etiam *flexu*, sed in marg. *deflexu*.—6 Erl. 2. *consiliorum et cogitationum mearum*.—7 Oxon. U *tum*. Mox, *omnium temporum* Oxon. β.—8 Oxon. U γ *plenus*. Mox, *moles* omittunt Guelf. 1. 2. 3. Oxon. U, Erl. 1. 2. Junt. Crat. M, prob. Voss. et F. C. Wolfio.—9 Guelf. 1. 2. Junt. *optantibus*.—10 Erl. 2. *dediti sumus*.—11 Ita ed. Venet. Nor. Junt. omnesque fere vett. usque ad Ald. itemque codd. Cant. Norf. Bod. Bal. Joan. Mag. Nov. Harl. 1. Erl. 1. 2. *interque nos r.*

NOTÆ

honesto traducere jure poterat.

[e] *Et ambitionis occupatio*] Multum laboris sumebant candidati in ambiendis honoribus; obibant urbem et municipia; homines nominatim salutabant, prensabant, deducebant; ludis edendis, largienda clam pecunia suffragia populi captabant. Legit hic Hotomanus Obs. II. 5. *ut ambitionis occupatio*, hoc sensu requiescendi initium justum futurum fuisse, si quemadmodum ambitionis et petendorum magistratuum occupatio decursu honorum; sic etiam infinitus forensium rerum labor ætatis ingravescentis flexu constitisset.

[f] *Decursu honorum*] Erant quidam quasi gradus honorum Romanis decurrendi. A quæstura ad ædilitatem, hinc ad præturam et consulatum aspirabant. Cicero fuit augur, quæstor, ædilis, prætor, consul, et proconsul Asiæ.

[g] *Ætatis flexu*] Senectutem intelligit. Ætas hominum et vita quasi stadium est: utque in stadio erat meta, ad quam cum pervenissent non pergebant ulterius, sed flectebant cursum, et ad eum, unde profecti erant, locum revertebantur; sic in vita senectus est instar metæ, ad quam ubi ventum est, vitæ cursus veluti flectitur et ad interitum declinat.

[h] *Graves communium temporum*] Communia pericula, ut conjuratio Catilinæ.

[i] *Varii nostri casus*] Plurimæ cum sceleratis civibus contentiones, cum Vatinio, cum P. Clodio tribuno plebis, a quo ejectus est in exilium.

[j] *Moles molestiarum*] In verborum collocatione neglexit hic diligentiam Cicero, ut in fragm. Epist. 'Res mihi invisæ visæ sunt;' et in Bruto § 1. 'parentis loco colere.'

[k] *Prima ætate*] A. U. C. 667. et consequenti, cum Tullius ageret an-

in ipsam perturbationem disciplinæ veteris:[g] et consulatu[13] devenimus in medium rerum[l] omnium certamen atque discrimen:[h] et hoc tempus omne post consulatum objecimus[m] iis fluctibus,[14] qui, per nos a communi peste[n] depulsi, in nosmetipsos redundarunt.[i] Sed tamen in his[15] vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis, obsequar studiis nostris,[j] et, quantum mihi vel fraus inimicorum, vel causæ amicorum,[k][16] vel respublica tribuet otii, ad scribendum potissimum conferam. 4. Tibi vero, frater, neque hortanti deero, neque roganti: nam neque auctoritate quispiam apud me plus valere[17] te potest, neque voluntate.[l] II. Ac

[g] *In tempora quibus antiqua reipublicæ administrandæ ratio perturbata est.*
[h] *Adiimus periculum amittendæ patriæ, libertatis, et vitæ.*
[i] *Toto illo tempore quod a meo consulatu fluxit, vexatus sum iis periculis, quibus resp. per me liberata fuerat.*
[j] *Illi desiderio literarum humaniorum, quo uterque incendimur.*
[k] *Quos sæpe in foro defendendos suscipio.*
[l] *Non recusabo quod petis; nam nullus est, cujus auctoritas et voluntas plus apud me ponderis habeat.*

Ald. Lamb. Grut. et seqq.—12 *Nam et prima* Guelf. 3.—13 Hahn. St. et Oxon. U, *et a consulatu;* L *et in consulatu.*—14 Guelf. 2. 3. *his fluctibus;* voc. *iis* deest in Erl. 1. 2. Mox, *peste* delevit Lamb. *peste depulsa* conj. vir quidam doctus ap. Pearc. Deinde, *redundarent* Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Oxon. γ δ, Norib. Junt. 'Haud spernenda lectio.' *Orell.*—15 Erl. 1. 2. Norib. *in eis.*—16 Hæ voces, *vel causæ amicorum,* desunt in Erl. 2. *causa* Guelf. 1.—17 *Apud me plus te valere* Guelf. 1. 2.

## NOTÆ

num vicesimum, exarsere bella civilia Cinnæ, Marii, et Syllæ, qui contra pristinum morem, oppressa patriæ libertate, principatum invadere tentabant.

[l] *In medium rerum, &c.*] Conjurationem Catilinæ, quam ad excidium urbis erumpentem extinxit singulari prudentia Tullius consul A. U. C. 691.

[m] *Post consulatum objecimus*] Cicero post gestum consulatum gravem perditorum civium invidiam sustinuit. Accusatus est a P. Clodio tribuno plebis, quod Lentulum, Cethegum, et alios conjurationis cum Catilina socios interfici jussisset, quasi præter jus fasque cives indicta causa e medio sustulisset. Tueri se poterat opibus amicorum, at abire maluit in exilium, quam sua causa viros probos in periculum adducere. Statim domus ejus a Clodio diruta, bona publicata: atque ii sunt fluctus, quibus cum eripuisset patriam, pæne ipse submersus est. Paucis post mensibus annitente præcipue Pompeio revocatus est, eodem quo expulsus fuerat anno, qui fuit U. C. 696. ante Chr. 58. Cicero, Plutarch. &c. Ac paulo post sedatis tempestatibus hos ad Q. Fratrem libros scripsit.

[n] *Peste*] Redundare vocem illam censet Lambinus: per *commune, τὸ κοινὸν,* quod dicunt Græci, rempubli-

mihi repetenda est veteris cujusdam memoriæ non sane[1] satis explicata recordatio,[m] sed, ut arbitror, apta ad id, quod requiris, ut cognoscas, quæ viri omnium eloquentissimi, clarissimique,[n] senserint de omni ratione dicendi. 5. Vis enim, ut mihi sæpe[2] dixisti; quoniam quæ pueris, aut adolescentulis nobis ex commentariolis nostris[o] inchoata ac rudia exciderunt, vix hac ætate digna, et hoc usu, quem ex causis, quas diximus, tot tantisque consecuti sumus; aliquid iisdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri: solesque nonnunquam hac de re a me in disputationibus nostris dissentire: quod ego prudentissimorum[3] hominum artibus[o] eloquentiam contineri statuam; tu autem illam ab elegantia doctrinæ[p] segregandam putes, et in quodam ingenii atque exercitationis genere ponendam.

6. Ac mihi quidem sæpenumero in[4] summos homines ac summis ingeniis præditos intuenti, quærendum esse visum est, quid esset, cur plures in omnibus rebus, quam in dicendo admirabiles extitissent: nam, quocumque te animo et cogitatione converteris, permultos excellentes in quoque genere videbis, non mediocrium artium,[p] sed prope maxi-

[m] *Hic revocanda est mihi in memoriam antiqua quædam dissertatio inter Crassum et Antonium, cujus non satis distincte memini.*
[n] *L. Crassus et M. Antonius.* [o] *Historia, jurisprudentia, &c.*
[p] *Ab apparatu variarum doctrinarum.*

CAP. II. 1 Voc. *sane* deest in Erl. 1. 2. Mox, *ut cognoscas* desunt in Erl. 1. ubi legitur *requiris quid viri; τὸ quid* habet etiam Lamb. Paulo post, Guelferb. *scripserint de omni rat.*—2 Erl. 2. *ut sæpe mihi.* Mox, *quoniam quædam pueris* Majoragius, *et adolescentibus* Guelferb. 3. *atque aut adolescentulis nobis aut ex, &c.* Erl. 1. 2. Deinde, *vix hac sint ætate* Schutzius et Harlesius.—3 Guelferb. 1. 2. Oxoniens. *α β*, Kob. Nor. Junt. Victor. Majorag. Schutzius *eruditissimorum.*—4 Particula *in* deest in Erl. 2. Oxoniens. U, et nonnullis edd. Mox, *in omnibus artibus* Guelferb. 1. 2. Paulo post, *permultos et excellentes* duo exempl. ap. Orell. *in quocunque genere* Guelf. 1. 2. 3.—

NOTÆ

cam significat.

[o] *Ex commentariolis nostris*] Libros de Inventione sub annum ætatis vicesimum Cicero scripserat, rudes et impolitos, si cum his conferantur. Porro commentarius liber est in quem referimus breviter aliquid memoriæ causa.

[p] *Mediocrium artium*] In pictura Zeuxis, Apelles, Protogenes; in sta-

marum.[q] 7. Quis enim est,[5] qui, si clarorum hominum scientiam rerum gestarum vel utilitate vel magnitudine metiri velit, non anteponat oratori imperatorem?[r] Quis autem dubitet, quin belli duces præstantissimos ex hac una civitate[6] pæne innumerabiles,[s] in dicendo autem excellentes vix paucos proferre possimus? 8. Jam vero, consilio ac sapientia[7] qui regere ac gubernare rempublicam possent, multi nostra, plures patrum memoria,[q] atque etiam majorum extiterunt, cum boni perdiu nulli, vix autem singulis[t] ætatibus[r] singuli tolerabiles oratores invenirentur.[8] Ac, ne quis[9] forte cum aliis studiis, quæ reconditis in arti-

[q] *Ætate.* [r] *Sæculis.*

5 *Quis est enim* Orell. ex H. 3. Mox, *quin* δ ε. 'Norf. Cant. Nov. Wag. Mead. Harl. duo, [Oxon. δ ε, et bini Erl.] cum vet. cod. impresso Rawl. habent in sequentibus *vel utilitatem vel magnitudinem:* quos si sequamur, legendum est, *si clarorum hominum scientia, rerum gestarum vel utilitatem vel magnitudinem metiri velit.*' Pearc. 'Sed recte dissentit Schutz.' *Harl.*—6 Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. Koberg. Junt. et tres ap. Orell. *duces ex hac una civitate præstantissimos;* Erl. 2. *duces ex hac civitate præstantissimos.*—7 Sic Pall. sed alii codd. et Guelf. 1. 2. *consilio ac sententia,* nec displicet Wouwero et Schutzio. Mox, *et gubernare* Oxon. U, in quo etiam *et sapientia.* Idem cum Erl. 1. 2. et Norib. *possint.* Paulo post, *quam boni* Erl. 1. 2. Norib. *quanquam boni* Oxon. δ.—8 Oxon. U ap. Ernest. *inveniuntur;* idem codex ap. Harl. *inveniantur.*—9 *Ac ne qui* Erl. 1. et Orell. *At ne quis* Erl. 2. *reconditis artibus atque aliqua varietate* Erl. 1. 2. *atque in qua* Erl. 1. a m. pr. Mox, *versantur* Guelf. 1. Paulo post, *ante convertat ... circumspiciatque qs in his floruerunt ... multi sint ... et semper fuerit* Oxon. U. *multi sunt* Oxon. δ ε. *quam multi sint: facillime* Nor. et Vict.

## NOTÆ

tuaria Polycletus, Phidias, Lysippus; alii in aliis excelluere.

[q] *Prope maximarum*] In arte imperatoria maximi quique duces tum Græci, tum Romani; in mathematica Euclides et Archimedes; in medicis Hippocrates, ejusque filius Thessalus, Prodicus, Polybius, Dexippus Hippocratis discipuli, et qui secundas ab Hippocrate tenuit Diocles, nomen suum commendarunt. De philosophis dicetur § 9.

[r] *Imperatorem*] Romanæ reip. temporibus hoc nomen ducem significavit, qui rem contra hostes bene ac feliciter gereret: postea illis tributum est, qui rerum summo jure soli potirentur.

[s] *Pæne innumerabiles*] Ut Manlios, Camillos, Fabios, Decios, Scipiones, Catones, &c.

[t] *Vix autem singulis, &c.*] Plurimos quidem oratores ad incendendam eloquentiæ cupiditatem enumerat in Bruto Tullius, sed adeo non excellentes, ut sub libri finem dicat vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles extitisse. Et vero per quingentos et quinquaginta prope annos nullus Romæ fuit orator. Primus omnium, ut ex Q. Ennio refert Cic. in Bruto, eloquens fuit et habitus

bus, atque in quadam varietate literarum versentur, magis hanc dicendi rationem, quam cum imperatoris laude, aut cum boni senatoris prudentia comparandam putet; convertat animum ad ea ipsa artium genera, circumspiciatque, qui in iis floruerint, quamque multi: sic facillime, quanta oratorum sit, semperque fuerit paucitas, judicabit. III. 9. Neque enim te fugit, artium omnium laudatarum[1] procreatricem quandam, et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Græci vocant, ab hominibus[2] doctissimis judicari: in qua difficile est enumerare,[u] quot viri, quanta scientia, quantaque in suis studiis varietate et copia fuerint, qui non una aliqua in re separatim elaborarint,[3] sed omnia,[v] quæcumque possent, vel scientiæ pervestigatione, vel disserendi ratione[s] comprehenderint. 10. Quis ignorat, ii, qui mathematici[w]

[s] *Vel rebus naturalibus inquirendis, vel ratiocinandi arte.*

CAP. III. 1 '*Omnium laud. art.*] Hic ordo verborum est in edd. W. s. l. et a. Lips. quem et Pearcius restituit.' *Ernest.* Ita etiam Ven. Mediol. C. Steph. Lamb. Rom. Nor. Orell. ut et codd. Cant. Gonv. Norf. Mag. Nov. Joann. Erl. 1. 2. et Guelf. 1. *laudatarum artium omnium* Grut. *laudandarum* Guelf. 2. Ald. Junt.—2 Oxon. Z α δ ε, Erl. 1. 2. edd. Rom. Nor. *omnibus.* Mox, *numerare* Erl. 1. 2. edd. Rom. Nor. Vict. Dein, *in hiis studiis* Oxon. Z.—3 Oxon. U, *elaborassent* ; Erl. 1. *elaborasse;* Erl. 2. *elaboravissent.* Mox pro *possent*, quatuor ap. Orell. *essent.* Dein, Schutz. e conj. edidit, *vel scientia et pervestigatione.* Oxon. α β γ, *vel describendi ratione.* Duo ap. Orell. *com-*

NOTÆ

est M. Cornelius Cethegus, qui collega P. Sempronio Tuditano consulatum gessit A. U. C. 550. ante Chr. 204.

[u] *Difficile est enumerare*] Ut omittam Pythagoram, Socratem, et alios vel antiquiores vel minus nobiles, præcipuæ philosophorum sectæ fuerunt omnino decem. Academica, quæ fuit triplex, vetus Platonem habet auctorem, media Arcesilaum, nova Lacyden, aut, ut alii volunt, Carneadem et Clitomachum. Sunt etiam qui quartam addunt Academiam a Philone et Charmida institutam, uti refert Sextus. Cyrenaica fluxit ab Aristippo Cyrenæo, Eliaca a Phædone Eliensi, Megarica ab Euclide Megarensi, Cynica ab Antisthene Atheniensi, Eretrica a Menedemo Eretriate, Dialectica a Clitomacho Calchedonio, Peripatetica ab Aristotele Stagirita, Stoica a Zenone Citieo, Epicurea ab Epicuro Atheniensi. Quorum omnium diversas iisdem de rebus opiniones colligere infinitum sit. Vide Clem. Alexandr. l. I. Stromatum.

[v] *Sed omnia*] Gorgias Leontinus philosophus ad omnia, de quibus quisque audire vellet, paratum se denuntiabat. Carneades item philosophus eloquentiæ præsidio, quicquid vellet, vel ab invitis extorquere poterat.

[w] *Mathematici*] Si unam vim nomi-

vocantur, quanta in obscuritate rerum, et quam recondita[4] in arte et multiplici subtilique, versentur? quo tamen in genere ita multi perfecti[x] homines extiterunt, ut nemo fere[5] studuisse ei scientiæ vehementius videatur, quin, quod voluerit, consecutus sit. Quis musicis,[6] [y] quis huic studio literarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocantur, penitus se dedidit, quin omnem illarum artium pæne infinitam vim et materiam scientiæ cogitatione[7] comprehenderit? 11. Vere mihi hoc[8] videor esse dicturus, ex omnibus iis, qui in harum artium studiis liberalissimis sint doctrinisque versati, minimam copiam poëtarum[z] egregiorum extitisse. Atque[9] in hoc ipso numero, in quo perraro exoritur aliquis excellens, si diligenter, et ex nostrorum, et ex Græcorum copia[10] comparare voles, multo tamen pauciores oratores, quam poëtæ boni reperientur. 12. [*p.* 86.] Quod hoc[11]

*prehenderunt.*—4 Guelf. 2. 3. et Schutz. *rerum, quam recondita*, probante Harl.—5 Erl. 1. Oxon. δ ϵ, Rom. Nor. *ut nemo forte;* Oxon. U, *quod nemo fere.* Mox, *ei* omissum est in Erl. 2. 'Contra Schutz. delevit *scientiæ*, quod deberi glossatori, haud intelligenti, *ei* pertinere ad *quo in genere*, censet.' *Harl.*—6 *Quis musicus* Rom. Paulo post, *se dedit* Erl. 1. 2. Oxon. U δ ϵ, Guelf. 1. Rom. Nor. Junt. Victor. Ascens. *omnium illarum* Ascens. et ed. 1497. probante Scheller.—7 Ed. an. 1497. Oxon. Schutz. et Harl. *scientia et cogitatione*, Guelf. 2. 3. Oxon. δ, Rom. Kob. Junt. *scientia et cognitione;* Erl. 2. uti etiam vett. quædam edd. *materiem scientiæ cognitione.* Pearc. sic edidit et interpunxit, *vim, et materiam scientiæ, cognitione comprehenderit.*—8 *Vere hoc mihi* Erl. 2. Mox, Erl. 1. 2. *liberalissimis studiis.*—9 Grut. Pearc. Gronov. et Oxon. *extitisse: atque;* Erl. 1. 2. edd. s. l. et a. Rom. Lips. Kob. Ernest. Schutz. et Harl. *extitisse. Atque.* Wolf. *Atqui.* 'Postea, censor in Bibl. Berolin. Anhang. III. p. 1835. legere suadet, *numero quanquam perraro;* et ea, quæ sequuntur, *multo tamen*, firmant illam emendationem.' *Harl.*—10 Rom. *et ex Græcorum et nostrorum copia;* Kob. *et ex Græcorum et nostros copia.* 'Paulo post, *oratores* deest in Erl. 2. et a manu recentiore in Erl. 1. est superscriptum.' *Harl.*—11 *Quid hinc* Oliv. *Quid hic . . . videri debet . . .*

## NOTÆ

nis attendamus, mathematicus enim significat qui doctrinam aliquam tenet, nam ἀπὸ τοῦ μανθάνειν *a discendo* dicitur; proprie tamen mathematici nomen cadit in eos qui disciplinis astrologiæ, geometriæ, arithmeticæ, musicæ, &c. operam dant, quasi illæ solæ plane discantur; quippe quæ certissimis demonstrationibus innitantur, non, ut pleræque aliæ, sola opinione constent.

[x] *Ita multi perfecti*] Præter Euclidem et Archimedem artis principes, inter mathematicos claruere Archytas Tarentinus, Eudoxus Gnidius, &c.

[y] *Quis musicis*] Cujus artis peritissimi fuere Aristoxenus cognomento Musicus, Xenophilus, Alcidamas Eleates, &c.

[z] *Minimam copiam poëtarum*] Ante Ciceronis tempora multi quidem poë-

etiam mirabilius debet videri, quia ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur: dicendi autem omnis ratio in medio posita,[t] communi quodam in usu, atque in hominum more et sermone versatur: ut in ceteris id maxime excellat, quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensuque disjunctum,[12] in dicendo autem vitium vel maximum sit a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus abhorrere.[u] IV. 13. Ac ne illud quidem vere dici potest, aut plures ceteris artibus[1] inservire, aut majore delectatione, aut spe uberiore, aut præmiis ad perdiscendum amplioribus commoveri. Atque, ut omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ[2] princeps esse voluit, atque illas omnium doctrinarum inventrices[a] Athenas, in quibus summa dicendi vis et inventa est et perfecta:[3] in hac ipsa civitate profecto nulla unquam vehementius, quam eloquentiæ studia viguerunt. 14. Nam

[t] *Facilis.* [u] *Discedere.*

*fere conditis* Erl. 2. *solet videre* Oxon. α. Mox, *abditis fontibus* Erl. 1. 2. Rom. Kob. Paulo post, Mullerus conj. *in h. ore et sermone.* Oxon. ε habet, *posita est communique . . . atque hominum more*, omissa præpositione *in;* Oxon. α, *quodammodo* pro *quodam.*—12 Erl. 2. *distinctum.* Mox, *maximum est* Grut. et vulgg. *m. sit* codd. Norf. Bal. Bod. cum edd. Vict. Junt. Asc. Steph. Lamb. Schutz.

Cap. IV. 1 Voc. *artibus* abest in Oxon. γ, Erl. 1. 2. melioribus Palat. Pith. Rom. et Kob. Mox, Oxon. U et Erl. 1. *spe liberiore.*—2 Oxon. Z, Memm. Erl. 1. *eloquentia.*—3 Schutz. *in quibus etiam dicendi . . . perfecta:* Rom. *inventa et perfecta est.* Erl. 2. *inventa est: et perfecta in ipsa civitate,*

## NOTÆ

tæ, sed pauci fuerant excellentes. Et in Græcis quidem heroici Homerus tantum et Hesiodus; lyrici Pindarus, Anacreon; comici Aristophanes, Menander; tragici Euripides et Sophocles principatum obtinuere. Ex Latinis autem nonnisi Q. Ennius heroicus et tragicus, Lucilius satiricus, Plautus ac Terentius et alii pauculi nomen suum commendarant.

[a] *Omnium doctrinarum inventrices*] Non ingenuarum modo, sed etiam illiberalium artium ferunt inventores fuisse Athenienses. 'Primi lanificii et olei et vini usum docuere. Arare quoque et serere frumenta glandem vescentibus monstrarunt. Literæ certe ac facundia et hic civilis ordo disciplinæ, veluti templum Athenas habent.' Justin. II. 6. Nihilominus ab Hebræis, Ægyptiis, et Chaldæis, artes fluxisse ad Athenienses apud eruditos constat, et egregia inductione demonstrat Clemens Alexandrinus l. I. Stromatum.

posteaquam, imperio omnium gentium[b] constituto,[v] diuturnitas pacis otium confirmavit, nemo fere laudis cupidus adolescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum putavit.[4] Ac primo quidem totius rationis[w 5] ignari,[c] qui neque exercitationis ullam viam, neque aliquod præceptum artis esse arbitrarentur, tantum, quantum ingenio et cogitatione poterant, consequebantur.[x] Post autem, auditis oratoribus Græcis, cognitisque eorum literis, adhibitisque doctoribus,[6] incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagraverunt. 15. Excitabat eos magnitudo et[7] varietas, multitudoque in omni genere causarum, ut ad eam doctrinam, quam suo quisque studio assecutus esset, adjungeretur usus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret. Erant autem huic studio maxima, quæ nunc quoque sunt, exposita præmia, vel ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem. Ingenia[d] vero (ut multis rebus possumus judicare) nostrorum hominum multum ceteris [hominibus][8] omnium gentium præstiterunt. 16. Quibus de cau-

[v] *Roma totum fere terrarum imperium obtinente.*
[w] *Artis.* [x] *In eloquentia proficiebant.*

*profecto eloquentiæ studia viguerunt.*—4 ‘In codd. Erl. 1. 2. totus hic locus culpa librarii, oculis ab exitu τοῦ *firmavit* ad *putavit* aberrantibus, est omissus.’ *Harl.* Lips. *nemo vere . . . eniti putavit;* duo ap. Orell. *omni studio.*—5 Erl. 1. a m. pr. *regionis;* Rom. Kob. Lips. *orationis.* Mox, loco *viam*, Guelf. 1. Guelf. 3. a m. sec. Oxon. Z γ δ ε, Erl. 1. 2. Rom. Kob. Junt. habent *vim.*—6 Erl. 1. 2. *cognitisque ductoribus*, omissis intermediis.—7 Particula *et* abest in codd. Erl. 1. 2. et Guelf. 1. *ac varietas* Rom. Kob. Paulo post, *studio consecutus* Guelf. 1. 2. Oxon. ε. s. *assecutus* Erl. 1. a m. pr. sed a correctore *consecutus.*—8 Hoc vocab. tanquam spurium uncis inclusit Ernesti, et *ceteris* intelligit *ingeniis.* Censori

## NOTÆ

[b] *Imperio omnium gentium*] Celeberrimas gentes, non tamen omnes, Romani subegere. In Oriente Parthi semper indomiti : Septemtrionem versus ultra Albim Romanum imperium nunquam extensum est, nedum ante Ciceronis ætatem fuisset toto orbe constitutum. Itaque vel hic utitur hyperbole Tullius, vel civium suorum auribus servit potius quam veritati.

[c] *Totius rationis ignari*] Suetonius lib. de Claris Rhetoribus rhetoricam apud Romanos perinde ac grammaticam difficilius receptam, immo vetere senatusconsulto philosophos et rhetores ex urbe ejectos dicit, C. Fannio, Strabone, M. Valerio Messala coss. A. U. C. 594. ante Chr. 160.

[d] *Ingenia*] ‘Nihil præcepta atque artes valent, nisi adjuvante natura,’ inquit Fabius in Procem. lib. I. ‘Qua-

sis, quis non jure miretur, ex omni memoria ætatum, temporum, civitatum, tam exiguum oratorum numerum inveniri?

Sed nimirum[9] majus est hoc quiddam,[y] quam homines opinantur, et pluribus ex artibus studiisque collectum. v. Quis enim aliud,[1] in maxima discentium multitudine, summa magistrorum copia, præstantissimis hominum ingeniis, infinita causarum varietate, amplissimis eloquentiæ propositis præmiis, esse causæ putet, nisi rei quandam incredibilem[2] magnitudinem, ac difficultatem? 17. Est enim et scientia comprehendenda rerum plurimarum, sine qua verborum volubilitas inanis, atque irridenda est:[z] et ipsa oratio conformanda, non solum electione, sed etiam constructione verborum: et omnes animorum motus, quos hominum generi rerum natura[3] tribuit, penitus pernoscendi; quod omnis vis ratioque dicendi, in eorum, qui audiunt, mentibus aut sedandis, aut excitandis expromenda est.[a][4] Accedat eodem oportet lepos quidam facetiæque, et eruditio libero digna, celeritasque et brevitas et respondendi[5] et lacessendi, subtili venustate atque urbanitate conjuncta. 18. Tenenda præterea est omnis antiquitas exemplorumque vis: neque legum, aut juris[6] civilis scientia negligenda est. Nam quid ego de actione ipsa[b][7] plura dicam? quæ motu corporis, quæ gestu, quæ vultu, quæ vocis conformatione ac varietate moderanda est: quæ sola per se ipsa

[y] *Hæc ars eloquentiæ est aliquid difficilius.*
[z] *Oratio profluentibus ac belle sonantibus verbis redundans.*
[a] *Adhibenda est.* [b] *Gestu et pronuntiatione.*

Berolin. ellipsis *ingeniis* durior esse videtur; isque legere malit *hominum multum, certe hominibus o. g. præstiterunt*; Harl. conj. *multum certe, aut multum ceterarum ingeniis o. g. præst.*—9 *Sed enim* Erl. 1. 2.

Cap. v. 1 *Quid enim quis aliud* Erl. 1. 2. Guelf. 1. Oxon. U Z α γ. Schutz. Harl. et Orell. Mox, *causarum* deest in Erl. 1. 2. Præterea Erl. 2. habet *prepositis*.—2 Mull. *incredibilem quandam*.—3 Unus ap. Orell. *natura rerum*.—4 Ita Erl. 2. *exprimenda* Erl. 1. Majorag. et Victor.—5 Duo ap. Orell. *et brevitas respondendi*.—6 Erl. 1. 2. *neque jus legum ac juris*; Vulg. *aut juris*;

NOTÆ

propter ei cui deerit ingenium, non magis hæc de eloquentia scripta sunt, quam de agrorum cultu sterilibus terris.'

quanta sit, histrionum[e] levis ars et scena[c f] declarat: in qua cum omnes in oris, et vocis, et motus moderatione elaborent, quis ignorat,[8] quam pauci sint, fuerintque, quos animo æquo[d] spectare possimus? Quid dicam de thesauro rerum omnium, memoria? quæ nisi custos inventis cogitatisque[9] rebus et verbis adhibeatur, intelligimus, omnia, etiamsi præclarissima fuerint in oratore, peritura. 19. Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis, cum ex iis rebus universis eloquentia constet, quibus in singulis[10] elaborare permagnum est, hortemurque potius liberos nostros, ceterosque, quorum gloria nobis et dignitas cara est, ut animo rei magnitudinem complectantur, neque iis aut præceptis, aut magistris, aut exercitationibus, quibus utuntur omnes,[11] sed aliis quibusdam, se id, quod expetunt, consequi posse confidant. VI. 20. Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus. Etenim ex rerum cognitione efflorescat[1] et redundet oportet oratio: quæ, nisi subest res[2] ab oratore percepta et cognita, inanem quandam habet elocu-

[c] *Fabulæ quæ in theatris exhibentur.*
[d] *Libenter.*

Guelf. 1. *atque juris.*—7 Unus ap. Orell. *ipsa actione.*—8 Erl. 2. *laborent quis ignoret;* Erl. 2. *vocis motus* (sine *et*) *moder. laborent;* edd. Rom. Kob. et Junt. etiam *laborent.* Paulo post, Guelf. 1. 2. *possumus.*—9 Bal. Oxon. β, *cognitisque,* prob. Pearc. *ordinatisque* Schutz. probante Burm. Mox, Grut. Pearc. et vulgg. *fuerint, in oratore peritura.*—10 'Suavior est ordo, *quibus in singulis,* quam is, qui est in Erl. 1. 2. Rom. et Kob. *in quibus singulis.*' Harl. —11 Erl. 2. *utimur omnes.*

Cap. VI. 1 Erl. 1. 2. *florescat.*—2 'Perverse disting. Ernest. *quæ nisi subest, res.*' Orell. 'Erl. 1.2. Palat. aliique ap. Grut. ed. Rom. *quæ nisi sit ab oratore percepta;* Kob. vitiose, *quæ tui sit ab oratore percepta;* et probabilius esse videtur, *nisi sit* aut *subsit res.* Mox, Erl. 2. *quandam elocutionem ha-*

## NOTÆ

[e] *Histrionum*] De quibus in lib. III. ad Herenn. § 26.

[f] *Scena*] In theatro scena erat sive tentorium, sive tabernaculum, sive quæsitum frondibus umbraculum. Scenæ tragicæ quibus ancipites principum casus exhibebantur, columnis, signis, ac regia magnificentia exornabantur pro dignitate argumenti. Comicæ privatarum ædium speciem referebant. Satiricæ mutuo nexis arboribus, montibus, speluncis, aliisque rebus agrestibus, instar topiarii operis, deformabantur. Vitruvius.

tionem et pæne puerilem.[e] 21. Neque vero ego hoc[3] tantum oneris imponam, nostris præsertim oratoribus in hac tanta occupatione urbis, ac vitæ, nihil ut iis putem licere nescire: quanquam vis oratoris, professioque ipsa bene dicendi, hoc suscipere ac polliceri videtur,[4] ut omni de re,[g] quæcumque sit proposita, ab eo ornate, copioseque dicatur. 22. Sed quia non dubito, quin hoc plerisque immensum infinitumque videatur, et[5] quod Græcos homines non solum ingenio et doctrina, sed etiam otio studioque abundantes, partitionem quandam artium fecisse[6] video, neque in universo genere singulos elaborasse,[f] sed seposuisse a ceteris dictionibus eam partem dicendi,[f] quæ in forensibus disceptationibus judiciorum, aut deliberationum[7] versaretur, et id unum genus oratori reliquisse; non complectar in his libris amplius, quam quod huic generi,[g] re quæsita, et multum disputata,[8] summorum hominum prope consensu est tributum: 23. repetamque, non ab incunabulis[h] nostræ veteris puerilisque doctrinæ quendam ordinem præcepto-

[e] *Si careat oratio re quadam illustri, quæ probe sit oratori cognita, verborum ornatus et volubilitas inanis est.*

[f] *A Græcis video artes divisas esse in certas quasdam partes, nec operam dedisse omnibus eloquentiæ partibus aut discendis aut docendis.*

[g] *Quod judicia ac deliberationes spectat.*

[h] *Rudimentis.*

*bet.'* Harl.—3 Rom. Kob. et Vict. *hoc ego.* Schutz. delevit *hoc,* abest enim codd. Erl. 1. 2. et Guelf. 1. 2.—4 Ita Erl. 1. 2. *videatur* Cant. Gonv. Bal. Bod. Mead. ed. s. l. et a. Rom. Kob. Ven. Mediol. Lamb. Oxon. Pearc. Mox, *res sit proposita* edd. vett. ap. Orell. *posita* Pearc. e duobus codd. Gallic. et Norf. et sic Erl. 2. *proposita* Erl. 1. Deinde, Guelf. 1. Erl. 1. 2. Rom. Kob. Schutz. Harl. et Orell. *ornate ab eo copioseque.*—5 Particula *et* abest cod. Erl. 2.—6 'Vulgo legitur, *partit. quandam artium fec.* Sed ego cum Schutzio *artium* expunxi, quia h. l. non de partitione omnium artium, sed de unius artis oratoriæ partitione agitur. Mira autem varietas est in cod. Erl. 1. *habundantes: et post actionem jam quandam artium in universo, &c.* et in cod. Erl. 2. *abundantes video portione quadam artium neque, &c.* Kob. *abundantes partionum quandam artium,' &c.* Harl.—7 Gonv. Guelf. 1. et Pearc. *ac delib.* Erl. 2. *aut deliberatione.* J. H. Voss. conj. *deliberationibus.*—8 Erl. 2. Oxon. U β γ δ ε, *requisitum et multum disputatum.* In cod. Erl. 1. est quoque a m. pr. *requisita . . . disputata;* sed ultimis utriusque verbi syllabis superscriptum *tū.* Mox, *est attributum* Oxon. U. Paulo post, Guelf. 2. *pueri-*

## NOTÆ

[g] *Omni de re*] Quod Gorgias Leontinus aliique nonnulli sophistæ Græci facere se posse jactitabant.

rum, sed ea, quæ quondam accepi in nostrorum hominum, [*p.* 87.] eloquentissimorum, et omni dignitate principum, disputatione esse versata: non quod [9] illa contemnam, quæ Græci dicendi artifices et doctores reliquerunt; sed, cum illa pateant,[10] in promtuque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint, dabis hanc veniam, mi frater, ut opinor, ut eorum, quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est, auctoritatem Græcis anteponam.

VII. 24. Cum igitur [1] vehementius [h] inveheretur in causam principum [i] consul Philippus, Drusique tribunatus, pro senatus auctoritate susceptus,[j] infringi jam debilitarique videretur; [2] dici mihi memini, ludorum Romanorum [i]

[i] *In senatores.*

[j] *Cum Drusus, qui tribunus plebis ideo factus fuerat, ut senatus auctoritatem contra equites defenderet, ab adversariis superaretur.*

*lis nostræ veteris doctrinæ.*—9 Oxon. Z *non quæ;* Erl. 2. Junt. Crat. *non quo.* Paulo ante, Rom. et Kob. *disputationibus esse ver.*—10 ‘ Oxon. δ ε, *quoniam;* tum vel *illa* saltem delendum, vel etiam *ea* videtur Ernestio. Schutz. edidit, *quum ea pateant . . . neque interpretatione.* Mox *ergo dabis* Oxon. Z. In fine capitis *anteponamus* cod. Dresd. Bibl.’ *Harl.* *mihi frater* unus ap. Orell.

CAP. VII. 1 *Dum igitur* unus ap. Orell.—2 Junt. Crat. *ac debilitari vid.* Oxon. U, *debilitarique videtur.* Mox, *mihi* abest Ald. Junt. Vict. Grut. *memini dici mihi* ed. W. s. l. et a. Lips. Rom. Kob. et al. ap. Mull. *mihi* extat etiam

## NOTÆ

[h] *Cum igitur vehementius*] C. Sempronius Gracchus tribunus plebis A. U. C. 632, ante Chr. 122. legem tulerat, qua judicia publica a senatu, penes quem a regum tempore fuerant, quasi ab his non satis caste exercerentur, transferrentur ad equites Romanos. Verum cum in iis non satis integra fide versarentur equites, ea rursus sibi vindicare conati sunt senatores A. U. C. 663. ante Chr. 91. annitente inprimis M. Livio Druso tribuno plebis, qui populum perniciosa spe largitionis, socios Italiæ populos, promissa ipsis civitate, in equestrem ordinem concitavit, ac demum legem tulit, ut æqua ex parte judicia penes senatum et equestrem ordinem essent, sive trecentos equites et totidem senatores. Eam ob rem tota graviter Italia turbatum est; maxime a sociis populis, qui cum promissum a Druso jus civitatis non obtinerent, bellum sociale seu Italicum conflaverunt. Drusus in senatu ut caput malorum accusatus, cum domum inde se reciperet, inter turbam, incerto auctore cultro vulneratus, in atrio corruit, ac paulo post obiit. Philippus tum erat consul, tam senatui ac Druso infensus, quam addictus equitibus, a quibus exerceri judicia volebat. Velleius, Livius, Florus, Appianus, &c.

[i] *Ludorum Romanorum*] Ludos Romanos, qui et Magni appellati sunt,

diebus, L. Crassum,[j] quasi colligendi sui causa,[k] se in Tusculanum[k] contulisse: venisse eodem socerum ejus, qui fuisse Quintus Mucius[l] dicebatur,[3] et M. Antonius,[m] homo et consiliorum in republica socius, et summa cum Crasso familiaritate conjunctus. 25. Exierant[l] autem cum ipso Crasso adolescentes duo,[4] Drusi maxime familiares, et in quibus magnam tum spem majores natu dignitatis suæ collocarant,[m] C. Cotta,[n] qui tum tribunatum plebis petebat,[5]

[k] *Recreandi animi causa.* [l] *Roma Tusculanum.*

[m] *A quibus Crassus et Antonius jam ætate provectiores sperabant suam auctoritatem contra factionem equitum defensum iri, si tribuni plebis fierent.*

in Erl. 1. 2. et novem codd. ap. Pearc.—3 Ald. Olivet. Grut. Verburg. Wetz. Schutz. et Harl. *socer ejus qui fuerat, Quintus Mucius;* Mag. Mead. Gonv. et Harl. duo, *socer ejus qui fuerit, Q. Mutius;* Pearc. in ed. 2. *eodem socer ejus* (*qui fuerit Q. Mucius*) *dicebatur;* in ed. autem 5. *eodem, socer qui fuerit, Q. Mutius dicebatur;* Erl. 1. *eodem socer ejus qui fuerit q. mucius dicebatur;* Erl. 2. *socer ejus qui fuīt Q. M. dicebatur;* Oxon. δ, *socerum;* ε, *socrum;* Junt. *venisse eodem socerum ejus, qui fuerat Q. Mutius, dicebatur.*—4 'Istud *duo* extat in edd. Vict. [Junt.] Asc. Lamb. Streb. et R. Steph.' *Pearc.* 'Voc. *duo* (quod abest ed. Rom. et Kob. atque codd. Guelf. 1. 2. 3. et Erl. 1. 2.) Ernesti jam posuit post *adolescentes.* Idem delevit *et* ante *Drusi*, quod extat in Erl. 1. 2. edd. Rom. Kob. Junt. quia ineptum est.' *Harl.*—5 Mead. Cant. Nov. Wag. Joan. Bal. Gonv. et Harl. 1. *qui tum tribunus plebis putabatur;* sic quoque Erl. 1. 2. sed sine *tum;* Rom. et Kob. *qui*

NOTÆ

ex Latinorum, quos domuerat, manubiis, instituit Tarquinius Priscus A. U. C. 150. ante Chr. 604. Edebantur singulis annis a pridie nonas Septembris ad pridie idus, a quarto nimirum ad duodecimum Septembris diem; quo tempore civilibus occupationibus vacabant. Livius, &c.

[j] *L. Crassum*] L. Licinius Crassus, celeberrimus orator, præcipuas in his Dialogis partes agit. Natus est, ut ex Ciceronis Bruto patet, C. Lælio et Q. Cæpione coss. sive A. U. C. 614. ante Chr. 140. Qua morte defunctus fuerit fuse refert Tullius sub init. lib. III. de Orat. § 6.

[k] *In Tusculanum*] Quod in Tusculano agro, aliquot post annis Ciceronis prædium fuit, nunc est insigne monachorum cœnobium, diciturque *Grotta Ferrata.* Tusculum autem est *Frascati.*

[l] *Q. Mucius*] Q. Mucius Scævola Q. Scævolæ consulis anno 580. filius, C. Lælii gener, in Stoica disciplina, jurisque scientia, et omni literarum genere versatissimus. Ad quem audiendum a patre deductus est Cicero sumta virili toga. Augur fuit A. U. C. 721. ante Chr. 133. Observant eruditi eum cum Q. Mucio pontifice, ad quem, hoc Mucio augure mortuo, se conferebat Tullius, minime confundendum esse.

[m] *M. Antonius*] Orator eximius natus coss. Appio Pulchro et Q. Cæcilio A. U. C. 611. ante Chr. 143. de quo plura subinde his in libris occurrunt, et præcipue in Bruto § 137. De ejus morte vide de Orat. lib. III. § 10.

[n] *C. Cotta*] C. Aurelius Cotta di-

et P. Sulpicius,[o] qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur. 26. Hi primo die de temporibus illis,[6] deque universa republica, quam ob causam venerant, multum inter se usque ad extremum tempus diei collocuti sunt. Quo quidem in[7] sermone multa divinitus[n] a tribus illis consularibus[o] Cotta deplorata et commemorata narrabat,[p] ut nihil incidisset postea civitati mali, quod non impendere illi tanto ante vidissent:[q] 27. eo autem omni[8] sermone confecto, tantam in Crasso humanitatem fuisse, ut, cum lauti accubuissent,[r] [p] tolleretur omnis illa[9] superioris tristitia sermonis, eaque esset in homine jucunditas, et tantus in jocando lepos, ut dies inter eos curiæ fuisse videretur, convivium Tusculani.[s] 28. Postero autem die, cum illi majores natu satis quiessent,[t] et in ambulationem[u] ventum esset, dicebat tum,[10] Scævolam, duobus spatiis tribusve

[n] *Singulari ac prope divina prudentia.*
[o] *L. Crasso, Q. Mucio, et Antonio, qui consulatu functi fuerant.*
[p] *Mihi, qui hæc ab illo audivi.*
[q] *Tanto tempore antequam illa evenirent.* [r] *Mensæ.*
[s] *Ut si habitum eo die inter eos colloquium ad subtristem senatus gravitatem accesserat, convivium saltem ruris Tusculani amœnitatem referret.*
[t] *Postquam tres illi seniores consulares, Crassus, Scævola, Antonius, somno satis indulsissent.*
[u] *Locum idoneum ambulationi.*

*tr. petebatur.* Paulo ante Oxon. U, Erl. 1. 2. *collocarent.*—6 Voc. *illis* abest codd. Erl. 1. 2.—7 Præpositio *in* abest codd. Erl. 1. 2. edd. Rom. Kob.—8 Schutz. delevit *omni*, ut superfluum. Mox, pro *lauti*, quidam codd. habent *loti.*—9 Voc. *illa* abest cod. Erl. 2. Mox, pro *jocando*, Oxon. Z ε, Erl. 1. 2. Rom. Kob. *loquendo.*—10 In Guelf. 3. item Oxon. α β δ, Vict. Manut. legitur *quiessent, in ambulationem ventum esse dicebat; tum;* et sic Victor. et Junt. *quiessent, et in ambulationem ventum esset; dicebat, tum* Erl. 1. 2. (nisi ut Erl. 2. habeat *quievissent,*) Rom. Kob. Pearc. *dicebat* delevit Schutz. improbante

## NOTÆ

cendi laude præstans his temporibus petiit tribunatum, et obtinuit; a quo post Crassi mortem per invidiam depulsus, immo civitate deinde ejectus est. Appian. &c. Postea tamen consulatum gessit A. U. C. 679. ante Chr. 75. Cum illi decretus esset triumphus, mortuus est ante diem triumphi, ut refert Asconius in notis ad Pisonianam, cum cicatrix vulneris ejus, quod ante plures annos acceperat, rescissa esset repente. De quo plurima inferius, et in Bruto § 202.

[o] *P. Sulpicius*] Cujus in Bruto Tullius dicendi characterem describit, et sub init. lib. III. de Oratore funestam mortem deplorat.

[p] *Cum lauti accubuissent*] Solennis ille mos fuit Romanorum, a nostro maxime discrepans, in lectulis mensæ accumbere. Prius tamen ad su-

factis,[v] dixisse: Cur non imitamur,[q] Crasse, Socratem[r] illum, qui est in Phædro[11 s] Platonis?[w] nam me hæc tua platanus admonuit,[x] quæ non minus ad opacandum[y] hunc locum patulis est diffusa ramis, quam illa, cujus umbram secutus est Socrates, quæ mihi videtur non tam ipsa[12] aquula,[z] quæ describitur, quam Platonis oratione crevisse: et quod[13] ille durissimis pedibus fecit, ut se abjiceret in herbam, atque ita illa,[14] quæ philosophi divinitus ferunt esse dicta, loqueretur, id meis pedibus certe concedi est æquius.[a] 29. Tum[15] Crassum: Immo vero commodius[b] etiam; pulvinosque[t] poposcisse, et omnes in iis sedibus, quæ erant sub platano, consedisse dicebat.[16]

VIII. Ibi, ut ex pristino[1] sermone[u] relaxarentur animi

[v] *Decursa bis terve ambulatione.*
[w] *Cujus meminit Plato in Phædro.*
[x] *Mihi Socratem et hunc Platonis Dialogum in memoriam revocavit.*
[y] *Inumbrandum.* [z] *Ipso rivulo.*
[a] *Multo æquius est, ut id faciam quod fecit Socrates, meque in mollem herbam abjiciam; quippe non sum tam duris pedibus quam ille, qui solitus erat nudis pedibus incedere: laboribus non sum tam assuetus quam ille.*
[b] *Commodius quam in molli herba sedebimus.*

Harl.—11 Erl. 2. *in phedone.* Idem mox, *ad placandum hunc locum;* Oxon. Z, *ad pacandum.*—12 Schutz. *ista.* Mox, *oratione Platonis* Erl. 2.—13 Guelf. 2. 3. *sed quod.* Mox, Oxon. U, *ducimus;* Oxon. ε, *durissimus.* Paulo post *fecit* deest in Oxon. β, *ut a se* Oxon. ε. Deinde, *in herba* Erl. 1. Guelf. 1. 2. edd. W. s. l. et a. Kob. et Junt.—14 Schutz. delevit *illa;* ita quoque Harl. auctoritate codd. Erl. 1. 2. Guelf. 1. et edd. Rom. Kob. Junt.—15 *Tunc* Erl. 1. Idem mox, *pulvinos,* sine *que.* Deinde, *in suis sedibus* Erl. 1. 2.—16 Voc. *dicebat* delevit Lamb. et sic Schutz. et Harl. auctoritate cod. Mead.

CAP. VIII. 1 *Ibi, ut in pristino* Oxon. U. Mox, *laxarentur* Oxon. δ.—

NOTÆ

dorem abstergendum, cum vestibus lineis non uterentur, balneum petebant: quadrans erat pretium in publicis balneis dari solitum.

[q] *Cur non imitamur*] Apud Platonem in dialogo qui Phædrus inscribitur, Socrates ad Ilissum Atticæ fluvium molliter in herba recumbens sub alta et patulis diffusa ramis platano, multa disserit.

[r] *Socratem*] De quo dictum in notis ad l. I. de Invent. § 51.

[s] *Phædro*] Phædrus, dialogus Platonis, in quo Socratem de divina pulchritudine, de dignitate animorum, &c. disputantem inducit. Φαιδρὸς Græcis *pulcher* est.

[t] *Pulvinos*] Qui sacculi sunt lana vel tomento farti, quibus ad sedendum mollius, vel ad genua commodius ponenda utimur.

[u] *Ex pristino sermone*] In quo de publicis calamitatibus collocuti fuerant non sine dolore.

omnium, solebat Cotta narrare, Crassum sermonem quendam de studio dicendi intulisse. 30. Qui cum ita esset exorsus: Non sibi cohortandum[c] Sulpicium et Cottam, sed magis utrumque collaudandum videri, quod tantam jam essent facultatem[2] adepti, ut non æqualibus[d] suis solum anteponerentur, sed cum majoribus natu compararentur. Neque[3] vero mihi quicquam, inquit, præstabilius videtur, quam posse dicendo tenere[e] hominum cœtus, mentes allicere,[f] voluntates impellere, quo velit; unde autem velit,[4] deducere. Hæc una res in omni libero populo, maximeque[5] in pacatis tranquillisque civitatibus, præcipue semper floruit, semperque dominata est. 31. Quid enim est[6] aut tam admirabile, quam ex infinita multitudine hominum existere unum, qui id, quod omnibus[v] natura sit datum, vel solus, vel cum paucis[7] facere possit? aut tam jucundum cognitu atque auditu, quam sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio et polita?[8] aut tam potens, tamque magnificum, quam populi motus, judicum religiones,[g] senatus gravitatem, unius oratione converti?[h] 32. Quid tam porro[9] regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare sa-

[c] *Ad eloquentiam.* [d] *Ejusdem ætatis adolescentibus.*
[e] *Attentos facere.* [f] *Reddere sibi benevolos.*
[g] *Judices juramenti religione ad recte judicandum obligatos.*
[h] *Mutari ad oratoris arbitrium.*

2 Oxon. α, *tantum j. e. facultatum.* Mox, *solum* omittit cod. Arntzenii in Add. ad Plin. Paneg. Deinde, *sed etiam majoribus* Steph. ap. Orell. *sed etiam cum majoribus* Lamb. ibid.—3 Schutz. et Harl. interpungunt *exorsus: non sibi . . . compararentur; neque, &c.* Guelf. 2. 3. habent, *neque vero inquit mihi quidquam;* a cod. Erl. 2. *inquit* abest.—4 Manut. Olivet. Pearce, *quo velis unde autem velis.* 'Sed bis *velit* (sc. aliquis) in utroque cod. Erl. et edd. Rom. Kob. Junt. aliisque, et vindicavit Heusinger. *Autem* post *unde* male omittitur in Guelf. 1. 2. 3.' *Harl.*—5 Guelf. 1. Erl. 1. 2. Harl. *maxime.*—6 *Quid est enim* Orell. *ut tam* Oxon. U. Mox, *hominum multitudine* unus ap. Orell. et sic Erl. 2.—7 Guelf. 3. *perpaucis;* et in Erl. 1. *per* ab eadem manu est superscriptum. Mox, pro *sapientibus*, Guelf. 2. 3. Crat. et Junt. habent *sapientissimis.*—8 Ita Erl. et vulgg. *perpolita* Rom. Kob. Junt. Olivet. Schutz. Harl. Orell. et Mull.—9 *Quid porro tam* Cantab. Wag. Bodl. Bal. Guelf. 2. 3. Lamb.

NOTÆ

[v] *Quod omnibus*] Nempe a natura datum omnibus animi sensa dicendo exprimere: quod pauci recte faciunt.

lutem, liberare periculis, retinere homines in civitate? Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse [10] esse possis, vel provocare improbos, vel te ulcisci lacessitus? [w] Age vero, ne semper forum, subsellia,[x] rostra, curiamque meditere,[i] quid esse potest in otio aut jucundius, aut magis proprium humanitatis,[j] quam sermo facetus ac nulla in re rudis? Hoc enim uno præstamus vel maxime feris, quod colloquimur [11] inter nos, et quod exprimere dicendo sensa possumus. 33. Quamobrem quis hoc non jure miretur, summeque in eo elaborandum esse arbitretur, ut, quo uno [12] homines maxime bestiis præstent, in hoc hominibus ipsis antecellat? Ut vero jam ad illa summa[k] veniamus; quæ vis alia potuit [y] aut dispersos homines unum in locum congregare, aut a

[i] *Ne putes eloquentiam versari tantum in causis publice dicendis.*
[j] *Humanæ societatis.*
[k] *Ad maximas utilitates eloquentiæ.*

C. Steph. Pearc. Harl. et Orell. Pro *regium*, Mull. *egregium*.—10 Lamb. *ipse tectus;* Oxon. U, *tutus ipse.* Mox *provocare integros* Erl. 1. 2. et vulgg. ante Pearc. qui ex codd. Nov. Wag. Bal. Bodl. Cant. Mead. Harl. 1. aliisque, necnon edd. Rom. Kob. Junt. Asc. Man. et Lamb. restituit *p. improbos.* Mull. edidit, *p. integer improbos.*—11 Erl. *loquimur.* Mox, *exprimere in dicendo* Erl. 1. 2. Guelf. 1.—12 Guelf. *in quo uno.* Oxon. β delet *homines;* et mox

## NOTÆ

[w] *Vel te ulcisci lacessitus*] De ultione aliud alii veterum sensere. Damnarunt Seneca de Ira II. 32. Dion apud Plutarch. et Juvenalis: immo Maximus Tyrius dicit eum qui se ulciscitur iniquiorem eo qui prior nocuit: ὁ τιμωρῶν τοῦ προϋπάρξαντος ἀδικώτερος. Approbavit Aristoteles de Moribus ad Nicomachum IV. 11. Δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθάνεσθαι, οὐδὲ λυπεῖσθαι, μὴ ὀργιζόμενός τε, οὐκ εἶναι ἀμυντικός· τὸ δὲ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι, ἀνδραποδῶδες. Qui sic affectus est, *videtur et sensus et doloris expers, et cum non irascatur ultionem negligere. Servile, si contumeliose tracteris, id tolerare.* Cui opinioni videtur accedere Tullius. In Anton. 'Sic ulciscar facinora singula, quemadmodum a quibusque sum provocatus.' Vide notas in l. II. de Invent. § 65.

[x] *Forum, subsellia, &c.*] In foro jus dicebant prætores, et judices ab iis dati; unde causæ forenses appellabantur. Subsellia esse tribunorum, triumvirorum, quæstorum, et aliorum minora judicia exercentium scribit Asconius. Rostra, locus erat, ex quo dicebant oratores ad populum: Curia, ubi senatores et principes civitatis de rep. administranda inter se agebant.

[y] *Quæ vis alia potuit*] Has laudes Tullius Tusc. Quæst. lib. V. § 5. philosophiæ, poëtæ arti suæ tribuunt.

fera agrestique vita ad hunc [13] humanum cultum civilemque deducere, aut, jam constitutis civitatibus, leges, judicia,[z] jura describere? 34. Ac, ne plura, quæ sunt pæne [14] innumerabilia, consecter,[l] comprehendam brevi; sic enim statuo, perfecti oratoris moderatione et sapientia non solum ipsius dignitatem, sed et privatorum plurimorum, et [15] universæ reipublicæ salutem maxime contineri. Quamobrem pergite, ut facitis, adolescentes: atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut et vobis honori, et amicis utilitati, et reipublicæ emolumento esse possitis. IX. 35. [*p.* 88.] Tum Scævola comiter, ut solebat, Cetera, inquit, assentior Crasso, ne aut de C. Lælii,[a] soceri mei, aut de hujus, generi,[m] aut arte, aut gloria detraham: sed illa [1] duo, Crasse, vereor, ut tibi possim concedere; unum, quod ab oratoribus civitates et initio [2] constitutas, et sæpe conservatas esse dixisti; alterum, quod, remoto foro, concione, judiciis, se-

[l] *Fusius exponam.*
[m] *Crassi, qui fuit Scævolæ gener.*

pro *præstent*, habet *præstat*.—13 Erl. 2. Oxon. U, *in hunc*.—14 Voc. *pæne* omittunt edd. vett. Mull. Mox, *comp. breviter* Charis. pag. 176. Putsch.——15 Prius *et* ante *priv.* abest Erl. 2. in utroque autem Erl. Oxon. δ ε, et edd. Rom. et Kob. *privatorum et plurimorum*.

CAP. IX. 1 'Cod. Erl. 2. abest *illa*: tum *vereor haud tibi posse concedere* Erl. 1. 2. In Erl. tamen 1. (ut in cod. Oxon. U) *aut* a prima manu; ab alia vero correctum *haud*. Edd. Rom. Kob. et aliæ ante Ald. *vereor ne tibi*.' Harl.—2 Grut. et vulgg. ante Pearc. *et ab initio*; sed præpositio deest in

## NOTÆ

[z] *Leges, judicia, &c.*] Tullius de Leg. l. II. § 8. Legum originem ad Deum refert, 'Hanc igitur,' inquit, 'video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, neque scitum aliquod esse populorum, sed æternum quiddam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia.' Sane multi legislatores nulla dicendi laude floruerunt, ut facile quis intelligat Crassum hic oratoribus plus æquo tribuere. De legum initiis consule notas in l. III. de Orat. § 114.

[a] *C. Lælii*] C. Lælius, de quo pluribus disserit Tullius in Bruto, Sapiens vulgo appellatus, ingenio, doctrina, poësi, et eloquentia clarus; a quo Terentium ipsum in scribendis comœdiis adjutum refert Suetonius; ad amplissimos honores aditum sibi fecit Africani Æmiliani amicitiam consecutus. Nec minus bellica virtute inclaruit: prætor Viriathi Lusitani ferociam repressit A. U. C. 609. ante Chr. 145. Ac nisi fraus obstitisset Q. Pompeii competitoris gessisset consulatum A. U. C. 613. ante Chr. 141.

natu, statuisti, oratorem in omni genere sermonis et humanitatis esse perfectum. 36. Quis enim tibi hoc concesserit, aut initio genus hominum in montibus ac sylvis dissipatum, non prudentium[3] consiliis compulsum potius, quam disertorum oratione delinitum,[4] se oppidis mœnibusque sepsisse? aut vero reliquas utilitates, aut in constituendis,[5] aut conservandis civitatibus, non a sapientibus et fortibus viris, sed a disertis et ornate[6] dicentibus esse constitutas? 37. An vero tibi[7] Romulus[b] ille aut pastores et convenas[a] congregasse, aut Sabinorum connubia conjunxisse,[c] aut finitimorum vim repressisse eloquentia videtur, non consilio et sapientia singulari? Quid enim? in[8] Numa Pompilio,[d] quid? in Ser. Tullo,[e] quid? in ceteris regibus,[f] quo-

[a] *Homines e vicinis locis convenientes.*

codd. Norf. Harl. 1. Erl. 1. 2. et edd. recentt.—3 'Male voc. *prudentium* abest codd. Erl. 1. 2.' *Harl.*—4 '*Delenitum*] Sic scripsi cum Huldrico. Vid. Drakenb. ad Liv. v. 31. 1.' *Orell.*—5 Guelf. 2. Kob. Junt. Olivet. Verb. Gron. Grut. *aut instituendis;* Oxon. δ ε, Rom. Pearc. *aut in instituendis;* Erl. 1. 2. Oxon. U Z β γ, *aut in constituendis.* Hanc lectionem primus restituit Ernest. Mox, *aut in conservandis* Erl. 1. 2. Oxon. Z β γ δ ε, Harl. Orell. et Mull. *aut in servandis* Oxon. U, in quo etiam paulo ante legitur *at vero reliquas.*—6 Edd. vett. et Oxon. U, *ornateque;* copula *et* vulgo omittitur; extat tamen in Oxon. U, Erl. 1. 2. Rom. Kob. et Victor. Mox, Schutz. edidit *esse institutas.*—7 *An tibi,* omisso *vero,* Guelf. 2. 3. Kob. Rom. Schutz. *vero* legitur in Erl. 1. 2. Mox, *Sabinorum conjugia* Erl. 1. 2.—8 *Quid? in,* omisso *enim,* Guelf. 1. 2. Schutz. Harl. Mull. et Orell. Mox *Servio Tullio* Erl. 1. 2. Rom. Kob. Schutz. Wetzel. Harl. Mull. et Orell.—9 Voc. *quod* deest in Oxon. U

## NOTÆ

[b] *Romulus*] Primus Romanorum rex natus est, auctore Dionysio, anno 2. Olymp. II. ante Chr. 771. Anno post decimo octavo, Romam condidit. Propter impotentiam odiosus a patribus, ut creditur, discerptus obiit anno regni et U. C. 38. ante Chr. 716. Dionysius, Livius, Plutarchus, &c.

[c] *Sabinorum connubia conjunxisse*] Sabinorum puellas per ludorum occasionem anno regni quarto Romulus rapuit, ex quo grave bellum exarsit. Sabini porro populi sunt Italiæ inter Umbriam et Latium.

[d] *Numa Pompilio*] Is fuit rex secundus qui Romanos bello ferociores ad humaniorem vitam superstitiosa religionis specie transtulit. Regnum, quod 43. annos tenuit, auspicatus est anno ante Chr. 714. Livius, &c.

[e] *Ser. Tullo*] Qui sextus Romanorum rex, instituto censu, populo in classes distributo, urbe amplificata, ac regno summa virtute per annos 44. administrato, generi sui ac filiæ crudeli parricidio periit A. U. C. 219. ante Chr. 535. Livius, &c.

[f] *Ceteris regibus*] Tullo Hostilio, Anco Martio, et Tarquinio Prisco.

rum multa sunt eximia ad constituendam rempublicam, num quod [9] eloquentiæ vestigium apparet? Quid? exactis [o] regibus,[g] (tametsi ipsam exactionem [p] mente, non lingua, perfectam L. Bruti esse cernimus,) sed deinceps [10] omnia, nonne plena consiliorum, inania verborum videmus? 38. Ego vero si velim et nostræ civitatis exemplis uti, et aliarum, plura proferre possim [11] detrimenta publicis rebus, quam adjumenta, per homines eloquentissimos importata: sed, ut reliqua prætermittam, omnium mihi videor, exceptis, Crasse, vobis duobus,[12] eloquentissimos audisse Ti. et C. Sempronios,[h] quorum pater,[i] homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens, et sæpe alias, et maxime censor, saluti reipublicæ fuit. Atque is non accurata [13] quadam orationis copia, sed nutu atque verbo [14] libertinos [q] in ur-

[o] *Expulsis.* [p] *Expulsionem.* [q] *Cives libertorum filios.*

Z β δ ε; sed Z habet in marg.—10 Oxon. U, *sic deinceps;* Z, *sicut d.*—11 Oxon. U, *possem.* Mox, *publicis rebus* desunt in Erl. 2. Deinde, *apportata* Oxon. U.—12 Erl. *nobis duobus.* Mox, *audiisse* Erl. 2. Deinde, *eloquens sæpe* Oxon. U.—13 Grut. et vulgg. *fuit, atque is, &c.* Nov. Gonv. Norf. Erl. 2. *atqui non.*—14 'Ita editores ex conj. ut videtur; omnes enim, quotquot vidi, codd. [item Erl. 1. 2. Rom. Kob. et Lips.] habent *nuda.*' Pearc. *nuda* Oxon. U Z β γ δ ε. *nutu* tamen jam habent codd. Dresd. et Bodl. item edd. Junt. et Schutz. *nude* Beck. et Mull. Paulo post, *jam diu* desunt in Erl. 2.

## NOTÆ

[g] *Exactis regibus*] Tarquinius Superbus, septimus Romanorum rex, longe sceleratissimus, cum Lucretiæ stuprum intulisset, communi populi consensu Roma ejectus, cum eo simul regium nomen sublatum est exeunte, anno U. C. 244. ante Chr. 510. Regifugium VI. Kalendas Martii in Kalendario Romano notatur. Ex quo tempore regibus suffecti sunt consules, qui bini quotannis ad remp. regendam eligerentur. Primi fuere L. Junius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.

[h] *Ti. et C. Sempronios*] De quibus in Bruto commodior erit dicendi locus.

[i] *Quorum pater*] Tiberius scilicet Sempronius, qui Corneliam Scipionis Africani majoris filiam duxit uxorem: bis triumphavit, primum de Celtiberis, deinde de Sardis: bis consul, et A. U. C. 577. et anno 592. Libertinos, qui per omnes antea tribus erant sparsi, transtulit, ac redegit in urbanas tribus, quæ quatuor tantum erant et rusticis postponebantur, quemadmodum ex Varrone colligitur, l. II. de Re Rustica; ut minus valerent in suffragiis ferendis, neque in eorum manu essent comitia, ut ait Livius: idque ille non erudita et ad amussim elaborata oratione perfecit, sed imperio ac paucis verbis.

banas tribus[j] transtulit; quod nisi fecisset, rempublicam, quam nunc vix tenemus, jam diu nullam haberemus.[k] At vero ejus filii diserti, et omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præsidiis ad dicendum parati, cum civitatem vel paterno consilio, vel avitis armis[l] florentissimam accepissent, ista præclara gubernatrice, ut ais, civitatum, eloquentia, rempublicam dissipaverunt.[r] [m] X. 39. Quid? leges veteres, moresque[1] majorum; quid? auspicia,[n] quibus et ego, et tu, Crasse, cum magna reipublicæ salute præsumus;[o] quid? religiones[s] et cærimoniæ; quid? hæc[2] jura civilia, quæ jam pridem in nostra familia[p] sine ulla eloquentiæ laude versantur; num aut inventa sunt, aut cognita, aut omnino ab oratorum genere tractata? 40. Equidem et Ser. Galbam,[3] [q] memoria teneo, divinum hominem in dicendo,

[r] *Fere perdiderunt.* [s] *Sacra jura.*

Cap. x. 1 Pro *moresque*, quod servant Erl. 1. 2. *mosque* ex codd. Guelf. 2. 3. et ed. Junt. rescripsit Schutz. eumque secutus est Orell. Mox, *quibus ego*, omissa copula, Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Rom. Kob. Schutz. Harl. et Mull.—2 Unus ap. Orell. omittit *hæc*.—3 *Servium Galbam* Cant. Norf. Nov. Wag. Bal. Streb. Pearc. *Sergium Galbam* Erl. 2. et vulgg. *Ser. Galbam* Erl. 1. Rom. Kob. Schutz. Harl. et Orell. *Serv. Galbam* Mull. Mox *et Caium ipsum Carbonem* Orell. ex tribus codd. *et C. ipsum Carb.* codd. Lamb. Mead. Erl. 1.

NOTÆ

[j] *In urbanas tribus*] Populum Romanum, ut tradit Dionysius Halicarnassens, Romulus in tres partes divisit, quas tribus appellavit. Tribus prioribus totidem addidit Tarquinius Priscus. Ab hac opinione dissentit Livius, et Urbem a Romulo quatuor in partes divisam, tribusque a tributo solvendo dictas existimat. Ceterum adeo tribuum numerus excreverat, ut Ciceronis ætate triginta quinque recenserentur. Urbanas tribus quatuor numerat Plinius; Suburanam, Palatinam, Collinam, et Esquilinam.

[k] *Remp. . . . nullam haberemus*] Quia libertini comitia et suffragia pro arbitrio moderantes omnia perturbassent in eligendis magistratibus.

[l] *Avitis armis*] Virtute bellica et victoriis avi materni Scipionis.

[m] *Remp. dissipaverunt*] Latis agrariis legibus; quam ob causam orta seditione ambo cæsi sunt.

[n] *Auspicia*] Certæ quædam conjecturæ ad res majoris momenti vel faciendas vel omittendas apud Romanos ab avium cantu, volatu, et pastu, interdum e cœlo ipso peti solitæ; quibus conjecturis et signis Deorum voluntatem cognoscere se confidebant. Romani ab Etruscis auspicia habuere.

[o] *Quibus . . . præsumus*] Erant enim in augurum numero; augures autem curam auspiciorum gerebant.

[p] *In nostra familia*] Scævolarum familia scientia juris floruit.

[q] *Ser. Galbam*] De quo perinde atque Æmilio Porcina et Cn. Carbone

et M. Æmilium Porcinam, et C. ipsum Carbonem, quem tu adolescentulus perculisti,[t] ignarum legum, hæsitantem in majorum institutis, rudem in jure civili: et hæc ætas nostra,[u] præter te, Crasse, qui tuo magis studio, quam proprio munere aliquo disertorum, jus a nobis[4] civile didicisti, quod interdum pudeat, juris ignara est.

41. Quod vero in extrema oratione, quasi tuo jure sumsisti, oratorem in omnis sermonis disputatione[5] copiosissime posse versari, id, nisi hic in tuo regno[v] essemus, non tulissem, multisque præessem, qui aut interdicto tecum contenderent,[r] aut te ex jure manu consertum[6] [s] vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses. 42. Agerent enim tecum lege[w] primum Pythagorei[t] omnes atque

[t] *Sic accusasti, ut in judicio vinceretur.* [u] *Oratores hujus ætatis.* [v] *Domi tuæ.* [w] *Legibus contra te uterentur.*

2. Rom. Kob. *et G. ipsum Carb.* Oxon. U. *et Cn. ipsum, &c.* Grut. et vulgg. Pro *perculisti*, quod habent Erl. 1. Gron. Verb. &c. *pertulisti* legitur in Erl. 2. *perpulisti* Rom. Kob. Junt. Streb.—4 Oxon. *a*, *jus a nostris.*—5 Schutz. conj. *in omni sermone ac disputatione;* Erl. 2. Guelf. 2. 3. *in omni sermonis disputatione;* Lamb. 1566. *in omni sermone copiosissime.* Paulo post, Oxon. *a*, al. ap. Grut. et Mull. *præissem.*—6 Lamb. Mull. et Schutz. *manum consertum;* Erl. 1. Rom. Kob. Junt. Streb. Gron. Verburg. Wetzel. *manu consertum;* Erl.

NOTÆ

dicetur in Bruto.

[r] *Interdicto tecum contenderent*] Interdictum, prætoris est edictum quo jubet aliquid vel fieri vel omitti. Sententia est: Multi litem tibi intenderent, et lege, ac prætoris edicto tecum agerent, quod eam rem, quæ pertinet ad alias artes, nimirum in omni disputatione copiose versari, tanquam oratori propriam vindices illi ac tribuas.

[s] *Ex jure manu consertum*] Manum conserere est proprie in prælio venire ad manus. Transfertur autem a militiæ certaminibus ad fori contentiones. Scilicet petitor, et is a quo petebatur, dicta die, in agrum litigiosum conveniebant, simulatoque conflictu, quasi per vim expellebatur ex agro petitor: hic deinde ad prætorem appellabat de vi, ac petebat ut sua sibi restituerentur. De hac locutione plura Gellius xx. 10. *Manu* pro manus dicitur, expuncta more veterum *s: consertum* in supino a *consero*, quod est committo. Ceterum hujus loci sententia est: Multi repeterent ac restitui postularent, adhibita solenni juris formula, rem a te contra jus fasque occupatam.

[t] *Pythagorei*] Philosophi, quorum dux Pythagoras. Hic autem ex insula Samo oriundus post diuturnas peregrinationes Crotone consedit, in ea Italiæ parte, quæ Magna Græcia appellata est, ibique incredibili concursu docuit. Quinquenne silentium, quod aliquando contraxit ad biennium, exigebat a discipulis, quibus nunquam licuit cum extraneis, hoc

Democritici,[7] [u] ceterique, in suo genere, physici vindicarent,[x] [8] ornati homines in dicendo et graves, quibuscum tibi justo sacramento [v] contendere non liceret.[9] Urgerent præterea philosophorum greges,[y] jam ab illo fonte, et capite Socrate,[z] nihil te [a] de bonis rebus in vita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione vitæ didicisse, nihil omnino quæsisse, nihil scire convincerent: et cum [10] universi in te impetum fecissent, tum singulæ familiæ [b] litem tibi intenderent. 43. Instaret

[x] *Ab injusto possessore suam sibi rem restitui postularent.*
[y] *Innumerabiles philosophorum sectæ.*
[z] *Illi ipsi primi philosophi qui a Socrate primo philosophiæ moralis auctore duxerunt originem.*
[a] *Qui hæc omnia tribuis oratori.* [b] *Sectæ.*

2. *magna manu consertum.*—7 Schutz. auctoritate cod. Oxon. β delevit *lege*, quod habent Erl. 1. 2. et vulgg. *Pythagore o. aut Democriti* Oxon. U.—8 Vulgo, *in suo genere physici, vindicarentque;* sed istud *que* abest ab omnibus codd. *ceterique in suo phisici vindicarent in dicendo et graves* Erl. 1. ubi *et* deletum est a m. sec. *ceterique in suo genere physici vindicarent* Erl. 2. *ceterique in suo physici vindicarent* Pearc. ex codd. *ceterique jure suo physici vindicarent* idem in ed. sec. *physici judicarent* Oxon. Z; *vindicarentque* U. Mox, Oxon. U, *cum tibi.* Guelf. 1. 2. 3. et Erl. 2. *justum sacramentum.*—9 Oxon. U, *non*

NOTÆ

est, non Pythagoricis, de iis quæ didicissent, loqui: docuit μετεμψύχωσιν; cœlum et stellas stare, terram moveri credidit, ut ex Plutarcho colligimus. Philosophum se primus appellavit, cum prius rerum naturalium interpretes Sophorum sive sapientum nomen sibi arrogarent, atque ut cecinit Ovid. Met. xv. 'Mente Deos adiit, et quæ natura negavit Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.' Claruit, ut auctor est Diogenes Laërtius, Olymp. LX. annis ante Chr. 540.

[u] *Democritici*] Philosophi, quorum caput Democritus. Is autem patria Abderites risu solebat humanos omnes casus excipere. Sensit atomos rerum omnium esse primordia, quam opinionem Gassendus hac ætate ingeniosissime illustravit. Democritus an oculis se privaverit, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, ambigit Cicero de Fin. l. v. Plutarchus lib. de Curiositate falsum, Gellius x. 18. verum existimat. Ætatis annum 109. cum attigisset, sine ullo doloris sensu vita functus est, ut ex Hipparcho refert in ejus vita Diogenes.

[v] *Quibuscum tibi justo sacramento*] Sacramentum sponsio quædam est, ut patet ex Varrone de LL. l. IV. Et qui petebat, inquit, et qui inficiabatur aliquid, utrique quingentos æris apud pontificem deponebant, aut certum numerum assium. Qui judicio vicerat, suum sacramentum, hoc est, depositos a se nummos auferebat; victi pecunia redibat ad ærarium in pœnam injustæ litigationis.

Academia,[c] [w] quæ, quicquid dixisses, id teipsum negare cogeret.[11] Stoici[x] vero nostri disputationum suarum, atque interrogationum laqueis[d] te irretitum tenerent. Peripatetici[y] autem etiam hæc ipsa, quæ propria oratorum putares esse[12] adjumenta, atque ornamenta dicendi, ab se peti vincerent[e] oportere: ac non solum meliora, sed etiam multo plura Aristotelem Theophrastumque[z] de his rebus, quam omnes dicendi magistros, scripsisse ostenderent. 44. Missos facio[f] mathematicos, grammaticos, musicos, quorum artibus vestra ista dicendi vis ne minima quidem societate contingitur.[13] Quamobrem[14] ista tanta, tamque multa, profitenda,[g] Crasse, non censeo. Satis id est magnum, quod potes[15] præstare, ut in judiciis ea causa, quamcumque tu dicis, melior et probabilior esse videatur: ut in concionibus et sententiis[16] dicendis ad persuadendum tua plurimum valeat oratio: denique ut prudentibus diserte, stultis etiam vere dicere videaris:[17] hoc amplius si quid poteris, non id mihi videbitur orator, sed Crassus

[c] *Academicorum secta.* [d] *Argutis interrogationibus.*
[e] *Probarent.* [f] *Prætermitto.* [g] *Palam prædicanda.*

*licet.*—10 Idem codex, *quod cum.*—11 Erl. 1. *id te ipsum necaret;* Oxon. Z etiam *necaret;* Erl. 2. et ab Aldo vulgg. edd. *te ipsum scire negaret;* Oxon. α β δ ε, Rom. Kob. Junt. Streb. *te ipsum negare cogeret.*—12 Grut. et vulg. *putas esse;* Pearc. *putasses*, omisso *esse;* quæ lectio extat in codd. Joan. Gonv. Norf. Mag. Harl. 1. Erl. 1. 2. et edd. Lamb. et C. Steph. *putares esse* debetur Ernestio, qui e vestigiis ed. W. quæ habet *putes esse*, id formavit, improb. Schutz. et Wetzel. Mox, *a se* Oxon. U. Pro *vincerent*, margo Crat. *dicerent.*—13 Ita Erl. 1. 2. Guelf. 2. 3. et vulgg. item Schutz. Wetzel. Mull. Harl. et Orell. *conjungitur* omnes codd. ap. Pearc. item edd. Rom. Kob. Junt. Asc. et Lamb.—14 *Quare* Oxon. U. Mox, pro *multa*, Oxon. β habet *præclare.*—15 Erl. 1. Oxon. U Z, et omnes fere codd. *quod potest.*—16 Ald. *ut in sententiis;* Erl. 1. 2. Guelf. 1. Schutz. Harl. Mull. et Orell. *et in sententiis.* Mox, *ut denique* unus ap. Orell.—17 Erl. 1. Guelf. 1. Rom. Kob. *videare dicere;* Erl. 2. *videatur dicere.*

## NOTÆ

[w] *Academia*] Locus prope Athenas, ubi maximo discipulorum concursu philosophiam docuit Plato, cujus asseclæ inde Academici sunt appellati.

[x] *Stoici*] Nomen habuere ἀπὸ τῆς στοᾶς, *a porticu*, quo ad disputandum convenire solebant. Cujus sectæ fuit auctor Zeno Citieus e Cypro.

[y] *Peripatetici*] Vide notas in l. I. de Inv. § 61.

[z] *Aristotelem Theophrastumque*] De Aristotele l. I. de Inv. § 7. de Theophrasto ibidem § 61. diximus.

sua quadam propria, non communi oratorum facultate, posse.

XI. 45. Tum ille, Non sum, inquit, nescius, Scævola, ista inter Græcos dici et disceptari solere. Audivi enim summos homines, cum quæstor[a] ex Macedonia[b] venissem Athenas, florente Academia, ut temporibus illis ferebatur,[1] quod eam Charmadas,[c] et Clitomachus,[d] et Æschines[e] obtinebant. Erat[2] etiam Metrodorus,[f] qui cum illis una ipsum illum Charmadam diligentius audierat, hominem omnium in dicendo, ut ferebant, acerrimum et copiosissimum. Vigebat[3] auditor Panætii[g] illius tui Mnesarchus;[h] et Pe-

Cap. xi. 1 Oxon. Z, *ut ferebat; β δ ε, ut ferebatur.* Mox, δ ε, *cum eam.* Pro *Charmadas*, vulgg. *Carneades;* Cant. *Carneades;* Bod. *Carniades;* Joan. et Harl. 1. *Charmadas,* quod in Erl. 1. est a prima manu; sed sec. manus super litera *m* scripsit *e*, et in ultima syllaba *e* super *a*. In Erl. 2. hic et in sequentibus clare scriptum est *Carneades*. Vid. Nott. Varr.—2 'Sic scripti et editi, quos consului, libri, et recte quidem; sed *Erant* Ern. et Wetzel. Mox, *ipse illum* pro vulgata lectione, a codd. firmata; *ipsum illum* de conjectura haud infelici edidit Schutz. *illum* autem honoris causa additur. Tum *Carneadem* editi et scripti libri, atque F. C. Wolf. ad versionem German. Cic. lib. de Orat. p. 459. defendit: male autem Ern. et Wetzel. ediderunt *Charmadam.*' Harl.—3 Ex Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Schutz. et Harl. ediderunt *vigebatque;* Mull. reponere malit *vigebat quoque.* Pro *Mnesarchus*, quod exhibet

NOTÆ

[a] *Quæstor*] Hic apud Romanos magistratus publicæ pecuniæ in aliqua provincia curam gerebat. Quæstura Crassi incidit in A. U. C. 643. ante Chr. 111.

[b] *Macedonia*] Græciæ regio celebris, quæ ad septemtrionem et orientem maxime vergit. Prius Emathia et Pæonia.

[c] *Charmadas*] Patria Cyrenæus, novæ Academiæ princeps, de cujus obitu mira veterum dissensio. Hoc enim in libro dicit Antonius se cum Asiam proconsul peteret, Athenis convenisse Charmadam. Proconsulatus Antonii refertur ad A. U. C. 652. Ergo tunc temporis superstes erat Charmadas: Apollodorus tamen in Chronicis apud Laërtium tradit illum obiisse anno 4. Olymp. CLXII. qui est U. C. 625. ante Chr. 129. Vixit ad annum ætatis 90.

[d] *Clitomachus*] Carthaginiensis philosophus, Charmadam audivit, eique successit. Tribus in sectis versatus est, Academica, Peripatetica, et Stoica. Ita Diogenes.

[e] *Æschines*] Longe alius ab Æschine Socratico, et ab eo rhetore qui Demosthenis æmulus fuit. Fortasse Neapolitanus ille philosophus Academicus, cujus meminit Laërtius, aut Mitylenæus, quem rhetoromastiga appellabant.

[f] *Metrodorus*] Charmadæ auditor, philosophus illustris, et arte pingendi clarus.

[g] *Panætii*] Panætius philosophus Stoicus, Rhodius, Scipionis Africani præceptor, elegantes de officiis libros conscripsit, eumque eodem in argumento Cicero secutus est. Floruit

ripatetici Critolai[i] Diodorus.[4] [j] 46. [*p.* 89.] Multi erant præterea præclari in philosophia et nobiles, a quibus omnibus una pæne voce repelli[5] oratorem a gubernaculis civitatum,[h] excludi ab omni doctrina rerumque et conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum,[k] detrudi et compingi videbam. 47. Sed ego neque illis assentiebar, neque harum disputationum inventori et principi longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo, Platoni,[l] cujus tum Athenis cum Charmada[6] diligentius legi Gorgiam:[m] quo

[h] *Qui uno consensu judicabant oratorem non esse idoneum administrandæ reipublicæ.*

Erl. 1. *Anaxarchus* legitur in Erl. 2. *Anaxacardus* in Oxon. U.—4 Ita duo Pall. tres ap. Gulielm. item Mag. Joan. Harl. 1. 2. Erl. 1. 2. *et p. Critolaus et Diodorus* vulgg. *Dyodorus* Oxon. U Z; *Diodotus* Oxon. γ. Mox, *multi etiam præclari* Basil. *præterea clari* Oxon. U Z β, Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Schutz. Harl. Mull. et Orell.—5 Ita Cant. Norf. Bal. Mag. Nov. Gonv. Erl. 1. 2. item edd. Venet. Lamb. Rom. Kob. Ern. et Schutz. *una pæne repelli voce* Grut. et vulgg.—6 Vulgo *Carneade;* Gonv. et Harl. 1. *Carmada;* Joan. Erl. 1. edd. Vict. Schutz. Wetzel. Harl. et Mull. *Charmada;* Erl. 2. *Carneada.* Paulo ante, pro *cujus,* Oxon. U habet *quotus;* Erl. 1. *quo justum Athenis.* Mox, *in libro hoc* Erl. 2. Grut. et vulgg. *in l. in hoc* Bal. Cant. Harl. 1. Erl. 1. item edd. Rom. Kob. Junt. Ven. Mediol. Victor. Ascens. Steph. Man. *maxime in*

## NOTÆ

ducentis circiter ante Christum annis, et Athenis obiit.

[h] *Mnesarchus*] Panætii discipulus Stoicorum sectam secutus est.

[i] *Critolai* [*Critolaus, et*] Is est qui cum Charmada et Diogene Stoico Romam legatus fuit ab Atheniensibus A. U. C. ut censet Tullius, 599. ante Chr. 155.

[j] *Diodorus*] Indolentiam honestati adjungebat ad beatitudinem, ut alibi Cicero tradit.

[k] *In aliquod pistrinum*] Ducta a servis metaphora, quorum nequissimos in pistrinum supplicii causa compingebant.

[l] *Platoni*] Plato divinus ille philosophus, quem ex aëria mente susceptum a patre ferunt, cujus in cunis parvulo dormienti apes in labellis dicuntur consedisse, singularis in dicendo suavitatis præsagium; natus est Athenis anno primo Olymp. LXXXVIII. ante Chr. 428. Socrati primum annos septem operam dedit: tum longinquis in peregrinationibus alios alibi audivit. Reversus in patriam Aristotelem habuit discipulum. Obiit ætatis anno 86. Laërtius, &c.

[m] *Gorgiam*] Gorgias Platonis dialogus, in quo rationem edocet qua futiles rhetorum sophistarum argutiæ refellantur. Tullius, sive ex sua, sive ex Crassi, sententia non recte censuit in illo dialogo derideri oratores: non veram rhetoricam, sed adulterinam tantum, ut cuivis legenti patet, traducit. Neque vero paucos induxit in errorem hic dialogus, ut observavit Quintilian. II. 15. 'Plerique,' inquit, 'dum pauca ex Gorgia Platonis a prioribus imperite excerpta legere contenti, neque alia ejus volumina evolvunt, in maximum errorem

in libro in hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur. Verbi enim controversia[n] jam diu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores, quam veritatis. 48. Nam si quis hunc statuit[7] esse oratorem, qui tantummodo in jure, aut in judiciis possit, aut apud populum, aut in senatu copiose loqui, tamen huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est. Neque enim sine multa pertractatione omnium rerumpublicarum,[8] neque sine legum, morum, juris scientia, neque natura hominum incognita, ac moribus, in his ipsis rebus satis callide versari, et perite potest.[9] Qui autem hæc cognoverit, sine quibus ne illa quidem minima in causis quisquam recte tueri potest, quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Sin oratoris nihil vis esse, nisi composite, ornate, copiose eloqui:[10] quæro, id ipsum qui possit assequi sine ea scientia, quam ei non concedis?[11] Dicendi enim virtus, nisi ei, qui dicit, ea, de quibus dicit, percepta sint, extare non potest. 49. Quamobrem, si ornate locutus est, sicut fertur,[12] et mihi videtur, physicus ille Democritus; materies illa fuit physici, de qua dixit: ornatus vero ipse verborum, oratoris[13] putandus est. Et, si Plato de rebus a civilibus controversiis remotissimis, divinitus est locutus, quod ego concedo: si item Aristoteles,[o] si Theophrastus, si Carneades in rebus

*hoc* Guelf.—7 Guelf. 2. 3. *statuet.*—8 Joan. Norf. Bal. Bod. Mag. Cant. Nov. Erl. 1. 2. item Rom. Kob. Junt. Asc. et Man. *rerum publicarum.* Mox, *moris* Guelf. 2. 3. Erl. 2. Harl. et Schutz. Deinde *in ipsis,* omisso *his,* duo ap. Orell.—9 Oxon. U, *et perire potest.*—10 Oxon. U, *copiose loqui.* Mox, *assequi* deest in Oxon. Z.—11 Ita Erl. 1. Rom. Kob. Harl. *conceditis* Guelf. 1. 2. 3. Erl. 2. Ald. Vict. Junt. Olivet. et Schutz.—12 Oxon. U Z δ in marg. Erl. 1. 2. *sicut et fertur;* Oxon. β δ, cum edd. Rom. et Kob. *sicut et ferunt;* Oxon. ε, *sicut efferunt.* Paulo post, *materia* edd. vett.—13 Erl. 1. Oxon. U, et edd.

NOTÆ

inciderunt: creduntque eum in hac esse opinione, ut rhetoricem non artem, sed peritiam quandam gratiæ ac voluptatis existimet,' &c.

[n] *Verbi enim controversia*] Maximo animorum æstu contendunt inter se Græci, quis orator dicendus sit, an ille qui tantum in causis forensibus valeat, an qui de re qualibet ornate possit dicere.

[o] *Aristoteles*] Consule l. I. de Inv. § 7.

iis, de quibus disputaverunt, eloquentes, et in dicendo suaves, atque ornati fuerunt: sint hæ res, de quibus disputant, in aliis quibusdam studiis:[i] oratio quidem ipsa, propria est hujus unius rationis,[j] de qua loquimur, et quærimus. 50. Etenim videmus, iisdem de rebus jejune quosdam et exiliter, ut eum, quem acutissimum ferunt, Chrysippum,[p] disputavisse,[14] neque ob eam rem philosophiæ non satisfecisse,[k] quod non habuerit[15] hanc dicendi in arte aliena[l] facultatem. XII. Quid ergo interest? aut qui[m] discernes eorum, quos nominavi, ubertatem in dicendo, et copiam, ab eorum exilitate, qui hac dicendi varietate, et elegantia non utuntur? Unum erit profecto, quod ii, qui bene dicunt, afferant[1] proprium;[n] compositam orationem, et ornatam, et artificio quodam, et expolitione distinctam. Hæc autem oratio, si res non subest ab oratore percepta et cognita, aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur.[2] [q] 51. Quid est enim tam furiosum,[r] quam verborum, vel optimorum atque ornatissimorum, sonitus inanis,

[i] *Illæ res de quibus disputant, sint per me licet propriæ aliarum artium, puta philosophiæ, mathematicæ, &c.*

[j] *Artis oratoriæ.* [k] *Neque idcirco non fuisse bonum philosophum.*

[l] *Non propria philosophiæ sed rhetoricæ.*

[m] *Qua ratione.* [n] *Quod suæ artis proprium est.*

Rom. et Kob. *oratorum.* 'Minus suaviter.' *Harl.*—14 Oxon. U, *disputasse.*—15 Walkerus ap. Pearc. emend. *habuerint.* Mox, *in hac d. ex arte* Oxon. U Z γ ε. *ex arte* etiam codd. Palat. Guelf. 2. 3. Schutz. Harl. Orell. et Mull. *non habuerit in hac dicendi arte* Erl. 1. 2. *non habuerit ex arte: alienam hanc dicendi facultatem* Rom. et Kob. *non hab. hanc dicendi ex arte alienam* Junt. *in arte aliena* Grut.

Cap. XII. 1 Erl. 1. *affer~.* Erl. 2. et Junt. *afferunt;* Schutz. *afferent.* Edd. Rom. Kob. et al. *quod ii, q. b. dicunt, propriam compositam or. . . . distinctam habent;* Oxon. U, *propriam et compositam;* deinde β δ ε, *dispositione distinctam.*

## NOTÆ

[p] *Chrysippum*] Qui natus Solis Ciliciæ oppido, vel, ut alii malunt, Tarsi, philosophus Stoicus et Cleanthis auditor celebris fuit Athenis. Mortuus est Olymp. CXLIII. annis ante Chr. 208. agens annum 73. ut refert ex Apollodoro Laërtius.

[q] *Omnium irrisione ludatur*] Testis Peripateticus ille Phormio, qui coram Hannibale de re militari disserere aggressus, eximio duci visus est absurdissime delirare. Vide de Orat. l. II. § 75.

[r] *Tam furiosum*] Furiosi et insani, quæ plurima effutiunt, non intelligunt.

nulla subjecta sententia, nec scientia?[3] Quicquid erit igitur quacumque ex arte, quocumque de genere, id orator,[4] si tanquam clientis causam,[o] didicerit, dicet melius et ornatius, quam ille ipse ejus rei inventor, atque artifex. 52. Nam si quis erit, qui hoc dicat, esse quasdam oratorum proprias sententias, atque causas, et certarum[5] rerum forensibus cancellis circumscriptam scientiam; fatebor equidem in his[6] magis assidue versari hanc nostram dictionem:[p] sed tamen in his ipsis rebus permulta sunt, quæ isti magistri, qui rhetorici vocantur, nec tradunt, nec tenent. 53. Quis enim nescit, maximam vim existere oratoris in hominum mentibus vel ad iram, aut ad odium,[7] aut dolorem incitandis, vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem, misericordiamque revocandis? quare, nisi qui naturas[8] hominum, vimque omnem humanitatis,[q] causasque eas, quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur,[r] penitus perspexerit, dicendo, quod volet, perficere non poterit. 54. Atqui[9] totus hic locus[s] philosophorum proprius videtur: neque orator, me auctore, unquam repugnabit: sed, cum illis cognitionem rerum concesserit, quod in ea solum illi voluerint[10] elaborare; tractationem orationis,[t] quæ sine illa scientia nulla est,[u] sibi assumet: hoc enim est[11] proprium

[o] *Tanquam orationem qua defendit reum, et quam recitat ex memoria.*
[p] *Dicendi facultatem.* [q] *Hominum indolis.*
[r] *A perturbatione ad tranquillitatem revocantur.*
[s] *Qui agit de animorum permotionibus.*
[t] *Elegantiam et ornatum orationis.*
[u] *Quæ sine cognitione permotionum tractandarum inanis est.*

—2 Oxon. U, *lædatur.*—3 Hæc verba, *nec scientia*, absunt ab ed. Victorii, nec improbat Schutz. extant in Erl. 1. 2. Rom. Kob. reliquis. *aut scientia* Oxon. U.—4 Ita Junt. Ald. Pearc. *si orator id sic* Erl. 2. *orator id si* Erl. 1. *orator si id* Rom. et Kob. Mox, *ipse ille* edd. vett. et Orell.—5 ‘Edd. vett. Junt. Crat. *et quasi certarum*; quo tamen loco *quasi* vix recte se habet; unde Lamb. *forens. quasi canc.* Pro *certarum* Mull. conj. *certam.* Sed de certa scientia h. l. sermo non est.’ *Orell.*—6 Junt. Lamb. *in iis.*—7 Oxon. U, *vel ad odium.* Mox, *aut ad dolorem* Guelf. 1. 2. 3. forsan verius, censet Schutz. —8 Ita e conj. Passeratii legit Lamb. *quæ nisi, &c.* Vict. Man. Grut. Pearc. *que nisi, &c.* Erl. 1. 2. Rom. *q̃. nisi* Kob. *hominum* Gronovio suspectum est, et abest Oxon. Z.—9 *Atque* Oxon. U. Mox, pro *propius videtur*, quod servant Erl. 1. 2. Rom. et Kob. *putatur proprius* habent Ald. Schutz. Harl. *videatur* Oxon. U.—10 Unus ap. Orell. *voluerunt.*—11 Klein. e vestigiis codd. et edd. vett. volebat, *hoc est enim.*

oratoris, quod sæpe jam dixi, oratio gravis, et ornata, et hominum sensibus ac mentibus accommodata. XIII. 55. Quibus de rebus[v] Aristotelem[s] et Theophrastum scripsisse fateor. Sed vide, ne hoc, Scævola, totum sit a me:[w] nam ego, quæ sunt oratori cum illis communia, non mutuor ab illis: isti quæ de his rebus disputant, oratorum esse concedunt. Itaque ceteros libros, artis[x] isti suæ[1] nomine, hos[y] rhetoricos et inscribunt, et appellant. 56. Etenim[2] cum illi in dicendo inciderint loci (quod persæpe evenit) ut de Diis immortalibus, de pietate, de concordia, de amicitia, de communi civium, de hominum, de gentium jure, de æquitate, de temperantia, de magnitudine animi, de omni virtutis genere sit dicendum, clamabunt, credo, omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria;[3] nihil omnino ad oratorem pertinere. 57. Quibus ego, ut de his rebus omnibus[4] in angulis, consumendi otii causa, disserant, cum concessero, illud tamen oratori tribuam et dabo, ut eadem, de quibus illi tenui quodam exsanguique sermone disputant, hic cum omni gravitate et jucunditate explicet.[z] Hæc ego cum ipsis[5] philosophis tum Athenis disserebam. Cogebat enim me M. Marcellus[t] hic noster, qui nunc ædilis curulis[u] est, et

[v] *De animorum affectibus.*
[w] *Sit proprium artis meæ oratoriæ.* [x] *Philosophiæ.*
[y] *In quibus agitur de movendis affectibus.*
[z] *Quando hoc philosophis dedero, ut de his rebus omnibus privatim et jejune disputent; hoc dabo oratori, ut de iisdem rebus palam et copiose disserat.*

CAP. XIII. 1 Guelf. 1. 2. Rom. Kob. Junt. Crat. Grut. Schutz. Harl. Orell. *artis suæ;* Erl. 2. Junt. et vulgg. *artis isti suæ;* Oxon. U, *arti isti suo;* Erl. 1. *artis isti suo.* Mox, *et* deest in ed. Schutz.—2 *At enim* conj. Mull. Paulo post, *de hominum* suspectum est Lambino.—3 Ita Erl. 1. 2. et edd. fere omnes; sed *omnia* omissum est in Guelf. 2. 3. idque delevit Schutz. *omnia; proprie nihil* Lamb.—4 Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. Rom. Kob. omittunt *omnibus.* Mox, Joan. Bod. Harl. 1. Guelf. 2. 3. itemque Lamb. *ut ea, de quibus, &c.* Deinde, *tenui quodam et exiguo* Oxon. Z, Erl. 1. 2. Rom. Kob. Junt. Streb. *t. q. exiguoque* Oxon. U β γ δ ε.—5 Ita quoque Schutz. *cum ipsis* Wetzel. et

NOTÆ

[s] *Aristotelem*] Qui de concitandis animi motibus egregie disserit l. II. Rhetorices.

[t] *M. Marcellus*] Quem Cicero servatum a Cæsare post bella civilia gratulatus est insigni oratione.

[u] *Ædilis curulis*] Ædiles ab ædibus sacris et privatis procurandis nomen

profecto, nisi ludos nunc[6] faceret, huic nostro sermoni interesset; ac jam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus. 58. [*p.* 90.] Jam vero de legibus instituendis,[7] de bello, de pace, de sociis, de vectigalibus, de jure civili[8] generatim in ordines[a] ætatesque descripto, dicant vel Græci,[v] [9] si volunt, Lycurgum,[w] aut Solonem[x] (quanquam illos quidem censemus in numero eloquentium reponendos) scisse melius, quam Hyperidem, aut Demosthe-

[a] *Qui tres sunt, senatorius, equester, et plebeius.*

Harl. Mox, *tum* deest in Oxon. U, qui pro *disserebam* habet *disputabam*.—6 Voc. *nunc* delevit Schutz. uncis includere maluit Harl. est enim in omnibus codd. et editis libris. Mox, pro *ac jam tum*, unus ap. Orell. *at tum*.—7 Erl. 1. 2. Oxon. U Z, unusque Lamb. *tuendis*. Mox, *de pace, sociis, vectigalibus* Oxon. U.—8 Ita Rom. Kob. et aliæ vett. ante Ald. *de jure civium* Erl. 1. 2. Junt. Streb. Olivet. Pearc. Mox, *descriptorum* conj. Lambinus; 'sed restituta vera lectione *jure civili*, non opus est conjectura Lambini.' *Harl.*—9 'Vulgata lectio, *dicant vel Græci*, vitiosa videtur; cui medicinam sic affert Lambinus: *vel Græci dicant, si volunt, Lycurgum aut Solonem . . . vel nostri Decemviros, &c.* Alii, *dicant vel Græcos si volunt . . . vel nostros Decemviros.* Sed potior videtur lectio, quæ in duobus codd. Harl. occurrit, voce *vel* deleta, *dicant Græci, si volunt, &c.*' Pearc. *dicant vel Græci* Erl. 1. 2. Rom. Junt. Kob. *dicant ut Græci* Erl. 1. ab eadem manu inter lin. *dicant vel id Græci* Oxon. U. et mox, *et Solonem quoniam*. Victor. Grut. *nostros decemviros*.—

NOTÆ

habuere. Ex plebe primum duo fuere; subinde A. U. C. 388. ante Chr. 366. ædiles curules primi creati sunt. Cum enim propter civiles discordias compositas, quod refert Livius l. VI. censeret senatus, ut ludi maximi fierent, recusantibus id munus ædilibus plebis, conclamatum est a juvenibus patriciis, se, honoris Deorum immortalium causa, libenter futuros ædiles, tumque duo e patribus ædiles creati, curules dicti, quod sella curuli uterentur. Eorum munus fuit ludis edendis solennibus et publicis præesse; sacrarum ædium curam gerere; templa, theatra, et mœnia magnificis operibus reficere.

[v] *Dicant vel Græci*] Dictum ironice.

[w] *Lycurgum*] Lycurgus Eunomi filius, Lacedæmoniorum legislator, Polydectæ fratris Spartanorum regis posthumum filium Charilaum, cujus pueri regnum tutoris nomine administratum usurpare poterat, solio restituit. Peregre deinde profectus ex collectis diversarum rerumpublicarum institutis leges scripsit sapientissimas, quibus Lacedæmonios astrinxit. Plutarch. Justin. Quo potissimum tempore floruerit, incertum: alii ad Olympiadem primam, quæ incidit in an. 776. ante Christum, ejus ætatem referunt; contendunt alii centum annis eoque amplius antecessisse. Plutarch. &c.

[x] *Solonem*] Solon Salamine natus, Atheniensium legislator, unus e septem Græciæ sapientibus, prætor Athenis fuit anno 3. Olymp. XLV. ante Chr. 598. Mortuus est anno ætatis 80. ante Chr. 559. eodem quo Cyrus in Perside regnare cœpit. Plutarchus, Diogenes.

nem,[y] perfectos jam homines in dicendo, et perpolitos: vel nostros[10] decemviros, qui XII. tabulas[z] perscripserunt,[11] quos necesse est fuisse prudentes, anteponant in hoc genere[12] et Ser. Galbæ, et socero tuo C. Lælio, quos constat dicendi gloria præstitisse. 59. Nunquam enim[13] negabo, esse quasdam artes proprias eorum, qui in his cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt: sed oratorem plenum atque perfectum esse eum dicam, qui de omnibus rebus possit varie copioseque dicere. XIV. Etenim sæpe in iis causis, quas omnes proprias esse oratorum confitentur, est aliquid, quod non ex usu forensi, quem solum oratoribus conceditis, sed ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atque sumendum.[1] 60. Quæro enim, num possit aut contra imperatorem, aut pro imperatore dici, sine rei militaris usu,[2] aut sæpe etiam sine regionum terrestrium aut maritimarum scientia: num apud populum de legibus jubendis, aut vetandis: num in senatu de omni reipublicæ genere [dici][3] sine summa rerum civilium cognitione, et prudentia: num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos, vel etiam extinguendos, (quod unum in oratore dominatur,)

10 Schutz. et Harl. *nostri.*—11 Guelf. 2. 3. *scripserunt;* Erl. 1. a m. pr. *perscripserint.*—12 Ita Rom. Kob. Junt. Victor. Streb. Pearc. *in* omissum est in Erl. 1. 2. Verburg. Grut. et Pearc. 2. Mox, *Servio Galbæ* Bod. et Cant. *Sergio Galbæ* Erl. 2. *Ser. Galbæ* Erl. 1. et plurimæ edd.—13 *Nec enim non* Oxon. U. Mox, *esse q. partes* Erl. 1. 2. Guelf. 1. et Oxon. U. Deinde, *omne deposuerunt* Erl. 1. 2. et Oxon. *omne disposuerunt* Rom. *omne suum posuerunt* unus ap. Orell.

CAP. XIV. 1 Ita Cant. Norf. Bal. Joan. Mag. Nov. Wag. Gonv. Mead. Harl. 1. 2. Erl. 1. 2. Oxon. U Z β γ δ ε, itemque edd. quam plurimæ. *et assumendum* Guelf. 2. 3. Junt. Grut. et Pearc. in ed. 5. *atque adsumendum* Schutz. Streb. Harl. Orell.—2 Oxon. U delet *usu.*—3 Hoc verbum deest in Erl. 2. sed reperitur in Guelf. 1. 2. 3. Erl. 1. et edd. vett. Wetzel. Ernestium

NOTÆ

y *Hyperidem, aut Demosthenem*] De quibus in Bruto § 35. et 36.

z *Decemviros, qui XII. tabulas, &c.*] Sublatis regum decretis, et populo per viginti annos nullis legibus astricto, constituti sunt A. U. C. 304. ante Chr. 450. decemviri qui a Græcis leges peterent; quas acceptas tabulis decem æreis inscripsere. Cum autem in primis legibus aliquid desideraretur, anno sequenti alias duas adjecere tabulas: unde et dictæ sunt leges XII. Tabularum. Dionysius, Livius, &c.

sine diligentissima pervestigatione earum omnium rationum, quæ de naturis humani generis ac moribus a philosophis explicantur. 61. Atque haud scio, an minus hoc vobis sim probaturus:[b] equidem non dubitabo, quod sentio, dicere: physica ista ipsa, et mathematica, et quæ paulo ante[4] ceterarum artium propria posuisti,[c] scientiæ sunt eorum, qui illa profitentur: illustrare[5] autem oratione si quis istas ipsas artes velit, ad oratoris ei confugiendum est[6] facultatem. 62. Neque enim, si Philonem[a] illum architectum, qui Atheniensibus armamentarium[b] fecit, constat, perdiserte populo rationem operis sui reddidisse, existimandum est, architecti potius artificio disertum, quam oratoris,[7] fuisse. Nec, si huic M. Antonio pro Hermodoro[c] fuisset de navalium[d] opere dicendum, non, cum ab illo causam didicisset,[d] ipse ornate de alieno artificio copioseque dixisset? Neque vero Asclepiades[e] is, quo nos medico amicoque usi sumus, tum, cum eloquentia[8] vincebat ceteros

[b] *Fortasse hoc quod sum dicturus, non perinde ac superiora vobis probabo.*
[c] *Affirmasti.*
[d] *Eas res quæ ad navalia pertinent.*

secutus, uncis inclusit: ab uncis liberavit Harl.—4 Ita Bal. Harl. et ed. Manut. *physica ista ipsa, quæ paulo ante, et mathematica, et, &c.* Erl. 1. 2. Rom. Kob. Junt. et vulgg. Paulo ante, Erl. 1. Rom. Kob. *minus vobis hoc;* Erl. 2. *minus vobis hæc.*—5 Oxon. δ ad marg. *illustrari.*—6 'Guelf. 2. 3. Erl. 2. male addunt *tanquam ad architecti,* aut pejus Oxon. α γ δ, Rom. et Kob. *tanquam ad architecti potius;* in cod. tamen α *alicujus* in marg. et δ *tanquam* a nupera manu.' *Harl.*—7 Guelf. 1. et Erl. 1. 2. omittunt *quam oratoris.* 'Et commode possunt abesse.' *Harl.*—8 Erl. 1. *tum eloquentia,* omisso *cum;* Erl. 2. Rom.

NOTÆ

[a] *Philonem*] Philo insignis architectus armamentarium mille navium, ut refert Plinius l. VII. Atheniensibus fecit.

[b] *Armamentarium*] Hoc loco est navium receptaculum: armamenta proprie sunt navium instrumenta.

[c] *Hermodoro*] Qui Romanorum navalium fuit architectus.

[d] *Navalium*] Navalia locus idoneus ad recipiendas, trahendas in siccum, aut fabricandas naves.

[e] *Asclepiades*] Patria Prusiensis, primum rhetoricæ, deinde pressus inopia, medicinæ operam dedit. Tantum arti suæ fidebat, ut sponsionem quandam cum fortuna fecisset, ne medicus crederetur, si unquam invalidus fuisset ipse, et victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est. Crasso et Pompeio familiaris, eorum ætate floruit circa A. U. C. 650. ante Chr. 104. Plinius l. VII.

medicos, in eo ipso, quod ornate dicebat, medicinæ facultate utebatur, non eloquentiæ. 63. Atque illud est probabilius, neque tamen verum, quod Socrates dicere solebat, omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes: illud verius, neque quenquam in eo disertum esse posse, quod nesciat, neque, si id optime sciat,[9] ignarusque sit faciundæ ac poliendæ orationis, diserte id ipsum posse, de quo sciat, dicere.[10] XV. 64. Quam ob rem, si quis universam et propriam oratoris vim definire, complectique vult, is orator erit,[f] mea sententia, hoc tam gravi dignus nomine, qui, quæcumque res inciderit, quæ sit[1] dictione explicanda, prudenter, et composite, et ornate, et memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate.[2] 65. Sin cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita posui, *quacumque de re*,[e] licet hinc, quantum cuique videbitur, circumcidat atque amputet: tamen illud tenebo,[f] si, quæ ceteris in artibus aut studiis[3] sita sunt, orator ignoret, tantumque ea teneat, quæ sint in disceptationibus, atque in usu forensi;[4] tamen his de rebus ipsis si sit ei dicendum, cum cognoverit ab iis, qui tenent, quæ sint in quaque re, multo oratorem melius, quam ipsos illos, quorum eæ sunt artes, esse dicturum.

[e] *Oratorem esse qui quacumque de re prudenter, composite, et ornate dicat.*
[f] *Affirmabo.*

Kob. *cum eloquentia*, omisso *tum*. Mox, *non eloquentiæ* expunxit Schutz. improbante Harl.—9 Schutz. et Harl. *si quid optime sciat*. Hæ voces desunt in Erl. 1. 2. ubi legitur, *nesciat: ignarusque si sit faciundis;* Rom. et Kob. etiam *si sit faciundis*.—10 Ascens. *quod sciat, posse dicere;* Schutz. et Harl. *posse, quod sciat, dicere;* Erl. 1. *id ipsum de quo sciat posse dicere;* Erl. 2. Oxon. γ, Rom. Kob. *id ipsum de quo sciat, non posse dicere*.

Cap. XV. 1 Erl. 2. Oxon. Z β, *quæconque inciderint . . . sint;* Oxon. ε, *res inciderint . . . sint;* Erl. 1. *qui quecumque* (ab alia manu rescriptum est *quacumque de re*) *inciderit quæ sit*. Mox, *prudenter, ac copiose, et ornate* Oxon. ε. Deinde, pro *dicat*, Schutz. et Harl. scribunt *dicet*, ex codd. Guelf. 1. Erl. 2. et edd. Rom. et Kob. *actionis* deest in Oxon. β.—2 Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Rom. et Kob. *cum quadam actionis etiam dignitate*.—3 Erl. 1. *in artibus aut que* (sed superscriptum est a manu secunda *atque*) *studiis;* Erl. 2. *in artibus atque studiis*.—4 Grut. et vulgg. *aut in usu forensi;* Cant. Joan. Harl. 1. 2. Wag. Nov. Mag. Bal. Norf. et Lamb. *atque in, &c.* Oxon. U, *atque usu forensi*.

## NOTÆ

[f] *Is orator erit*] Videtur hic quinque partes artis oratoriæ facere: inventio est prudentiæ, collocatio compositionis, elocutio ornatus; quibus accedunt memoria, et actio, sive pronuntiatio.

66. Ita si de re militari dicendum huic erit Sulpicio, quæret a C. Mario affini nostro, et, cum acceperit, ita pronuntiabit, ut ipsi C. Mario[g] pæne hic melius, quam ipse, illa[5] scire videatur: sin de jure civili; tecum communicabit, teque hominem prudentissimum, et peritissimum in iis ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicendi arte superabit: 67. sin quæ res[6] inciderit, in qua de natura, de vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia, de dolore, de morte dicendum sit, forsitan, si ei sit visum, (etsi hæc quidem nosse debet orator,) cum Sex. Pompeio,[h] erudito homine in philosophia, communicarit: hoc profecto[7] efficiet, ut quamcumque rem a quoque cognorit, de ea multo dicat ornatius, quam ille ipse, unde cognorit. 68. Sed si me audierit, quoniam philosophia in tres partes est tributa,[8] in naturæ obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores;[g] duo illa[h] relinquamus, atque[9] lar-

[g] *In physicam quæ obscura est, in dialecticam quæ subtilis, in moralem philosophiam.*

[h] *Duas priores partes.*

Idem codex paulo post, *in quacumque re.*—5 Erl. 2. Oxon. U, Rom. Kob. Junt. Grut. et vulgg. *ipse ille;* Oxon. Z γ, *ipsa illa;* Pearc. *ipse, illa scire;* Palatt. Gallici, Joan. Harl. 1. 2. Wag. Mag. Gonv. Cant. Norf. Erl. 1. *ipse illa.* Mox, *te hominem* Oxon. U γ δ ε.—6 Grut. et vulgg. *sin qua res;* Erl. 1. *sin quæ res.* Mox, *hominem* deest in Oxon. γ.—7 ‘ Sic rescripsit et interpunxit Ernesti e cod. Erl. ed. s. l. et a. et Lips. quibuscum consentiunt edd. Rom. et Kob. Sed Erl. 2. edd. Junt. Pearc. et reliquæ *communicabit. Hoc prof.* Idem Ernesti conjecit, etiam copulam excidisse ante *forsitan*, quemadmodum sit in primo exemplo, et totum fore hujusmodi : *Sin quæ inciderit . . . et forsitan, si ei sit visum . . . cum . . . communicarit: hoc prof.* Idem, ‘ præterea,’ inquit, ‘ edd. vett. uti etiam Oxon. β, Rom. et Kob. habent *quoquo*, quod servari poterat, ut *cognorit* eadem de causa, quod tamen nihil refert: et paulo post omnes *cognorit.*’’ Harl.—8 In Oxon. ε, atque in Erl. 1. a prima manu *tributa;* sed superscriptum est *dis;* Erl. 2. Rom. Kob. Junt. Grut. et vulgg. *distributa.*—9 Ald. Junt. Grut. et vulgg. *idque;* Cant. Harl. 1. 2. Wag. Bal. Nov. Gonv. Mag. Joan. Erl. 1. 2. Rom. Kob. Mediol. Venet.

## NOTÆ

[g] *C. Mario*] Hic ille est C. Marius celebris Romanorum imperator, ‘ in bello hostibus, in otio civibus infestissimus, quietisque impatientissimus,’ ut refert Paterculus, quem humili loco natum ad amplissimos reip. magistratus singularis virtus evexit. Apud Sallustium dum loquitur, artis oratoriæ imperitum se dicit, et a Plutarcho reprehenditur, quod literas Græcas contemserit. Inopiam eloquentiæ compensavit fortitudo: confecit bellum Jugurthinum; Teutones et Ambrones Germaniæ populos

giamur inertiæ nostræ: tertium vero, quod semper oratoris fuit, nisi tenebimus, nihil oratori, in quo magnus esse possit, relinquemus. 69. Quare hic locus de vita et moribus totus est oratori perdiscendus: cetera si non didicerit, tamen poterit, si quando opus erit, ornare dicendo, si modo erunt ad eum delata, et tradita.[10] XVI. Etenim si constat inter doctos, hominem[1] ignarum astrologiæ, Aratum[i] ornatissimis atque optimis versibus de cœlo[2] stellisque dixisse: si de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum, Nicandrum[j] Colophonium,[k] poëtica quadam facultate, non rustica,[i][3] scripsisse præclare: quid est, cur non orator de rebus iis eloquentissime dicat, quas ad certam causam

[i] *Eleganti.*

*atque.*—10 '*Et ei tradita*] Ita omnes nostri codd. atque Erl. 1. 2. cum vulgo *ei* exulet.' *Pearc.* 'Ernesti quidem, qui *ei* omisit in contextu, ipse in nota judicat, sine eo duriorem esse orationem; suspicatur tamen, hæc verba esse glossatoris, *delata* interpretantis.' *Harl.*

CAP. XVI. 1 Oxon. Z γ, *doctos homines.*—2 'Nomen *Aratum* est in Erl. 1. 2. edd. antiq. et recentt. etiam Pearc. alieno loco, *ornatiss. atque opt. versibus Aratum de cœlo,*' &c. Harl. Paulo post, *hominem* omittunt Guelf. 1. 2.—

## NOTÆ

interfectis millibus ducentis, paulo post Cimbros ingenti strage delevit. Cum provinciam belli Mithridatici suscipere contenderet, a Sylla suo quondam legato expulsus ex urbe, in quam paulo post irrupit, et Syllanis omnibus obtruncatis septimum consul renuntiatus in magistratu obiit A. U. C. 668. ante Chr. 86. Plutarch. Appian. &c.

[h] *Sex. Pompeio*] 'Qui præstantissimum ingenium contulit ad summam juris civilis, et ad perfectam geometriæ, et rerum Stoicarum scientiam.' Tullius in Bruto.

[i] *Aratum*] Qui poëta Græcus Solis urbe Ciliciæ natus est, ut auctor est Suidas, Olymp. CXXIV. annis ante Chr. 284. Inter alia astricta numeris oratione scripsit libros de astrologia quos Φαινόμενα inscripsit. Ea primum Cicero, deinde veterum alii in Latinum sermonem vertere. De Arato sic judicat Quintil. x. 1. 'Arati materia motu caret, ut in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla persona cui usquam sit oratio: sufficit tamen operi, cui parem se credidit.'

[j] *Nicandrum*] Nicander patria Colophonius, ut hic ait Cicero, (an potius Clarius, quod de se ipse testatur?) cum poëtica medicinam exercuit. Librum scripsit Θηριακὰ et Ἀλεξιφάρμακα, qui etiamnum extat: nam periisse illos necesse est, qui sunt ab eodem de rebus rusticis, ut ait Cicero, elaborati. Tum aliqui supparem Arato faciunt, alii duodecim Olympiadibus posteriorem. Alii denique, ut Suidas, sub Attalo juniore floruisse tradunt.

[k] *Colophonium*] Colophon, Ioniæ in Asia Minore urbs. Nunc *Altobosco*, aliis *Belveder.*

tempusque cognorit? 70. Est enim finitimus oratori poëta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius, ac pæne par: [*p.* 91.] in hoc quidem certe prope[4] idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat jus suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate et copia vagari, qua velit. 71. Namque illud quare, Scævola, negasti te fuisse laturum, nisi in meo regno esses, quod in omni genere sermonis, in omni parte humanitatis[j] dixerim oratorem perfectum esse debere?[5] Nunquam mehercule hoc dicerem, si eum, quem fingo,[k] meipsum esse arbitrarer. 72. Sed, ut solebat C. Lucilius[1] sæpe dicere,[6] homo tibi subiratus, mihi propter eam ipsam causam minus, quam volebat,[7] familiaris, sed tamen et doctus, et perurbanus: sic sentio, neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus, quæ sunt libero dignæ,[l] perpolitus: quibus ipsis, si in dicendo non utimur, tamen apparet, atque extat,[m] utrum simus earum rudes, an didicerimus. 73. Ut, qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ,[m] sed indicat ipse motus, didicerintne palæstram, an nesciant: et qui aliquid fingunt,[n] etsi tum pictura nihil utuntur, tamen, utrum sciant pingere, an nesciant, non obscurum est: sic in orationibus[8] hisce ipsis judiciorum, concionum, sena-

[j] *Humanioris eruditionis.* [k] *Cujus ideam propono.*
[l] *Liberaliter instituto.* [m] *Videtur.*
[n] *Manu formant ex luto vel ex cera.*

3 Hæc verba, *quadam facultate, non rustica,* desunt in Oxon. α.—4 Voc. *prope* deest in Oxon. U. Idem codex paulo post, *quo velit. Nam illud, &c.*—5 Idem codex delet voc. *debere.*—6 Ernest. conj. *ut solebat C. Lucilius de poëtis dicere,* prob. Wetzel. et Schutz.—7 Ita codd. omnes et edd. ante Schutz. qui e conj. Ernesti in textum recepit *quam volebam;* illum secuti sunt Wetzel. et Harl. Paulo post, Oxon. β γ, *libero homine.*—8 Oxon. δ ε, *orato-*

## NOTÆ

[1] *C. Lucilius*] Consule notas ad Herenn. II. § 19. Subiratus erat Scævolæ, qui in Albutium Lucilii amicum orationem habuerat.

[m] *Palæstræ*] Palæstra aliquando gymnasium vel magisterium significat; aliquando concinnitatem et in gestu motuque corporis venustatem; aliquando artem belle movendi corporis, sive ad saltandum sive ad pugnandum.

tus, etiamsi proprie[9] ceteræ non adhibentur[10] artes,[o] tamen facile declaratur, utrum is, qui dicat, tantummodo in hoc declamatorio sit opere[n] jactatus, an ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit.

XVII. 74. Tum ridens Scævola, Non luctabor,[p] inquit, tecum,[1] Crasse, amplius; id enim ipsum, quod[2] contra me locutus es,[q] artificio quodam es consecutus,[o] ut et mihi, quæ ego vellem non esse oratoris, concederes: et ea ipsa nescio quomodo rursus detorqueres, atque oratori propria traderes. 75. Hæc, cum ego[3] prætor[p] Rhodum[q] venissem, et cum summo illo doctore istius disciplinæ Apollonio,[r] ea, quæ a Panætio acceperam, contulissem: irrisit ille quidem, ut solebat, philosophiam[4] atque contemsit, multaque non tam graviter dixit, quam facete:[5] tua autem fuit

[o] *Etsi orator in aliqua forensi causa non eodem modo loquatur de materia ceterarum artium propria, quo ipsi artifices.*
[p] *Non pervicacius pugnabo.*
[q] *Nempe oratorem in omni genere artis debere esse perfectum.*

*ribus.*—9 ‘Sic in codd. Erl. 1. 2. edd. Rom. et Kob. atque Ernesti pro vulg. *propriæ* reposuit, reperitque in edd. W. et s. l. et a. ac Lips. Atque Schutz. *proprie*, ait, ‘adhibere aliquid’ est eo tanquam proprio et domestico uti.’ *Harl.*—10 Erl. 1. 2. Rom. Kob. Gron. Verburg. Pearc. et Harl. *adhibeantur;* Junt. et Wetzel. *adhibentur.*

Cap. xvii. 1 Guelf. 1. Erl. 1. 2. *tecum, inquit.*—2 ‘Ex conjectura Schutz. rescripsit *quoad;* quia vulgatum *quod...es* sensu et constructione prorsus ineptum sit.’ *Harl.*—3 *Quæ cum ego* Erl. 1. 2. Oxon. U Z γ.—4 Censor Lipsiensis opinatur *philosophiam* esse glossema, et a quodam τῷ *Hæc* supra ascriptum.—5 Erl. 1. *facile* a prima manu, a secunda autem superscriptum

## NOTÆ

[n] *Declamatorio opere*] Exercitatione puerili, in qua fictis argumentis ad scribendum et declamandum exercebantur interdum ætate provectiores.

[o] *Es consecutus, &c.*] Sensus est: Arte quadam mihi dedisti quæ vellem: cum dixisti artes omnes esse proprias quorundam hominum, eorum scilicet qui illas aut invenerint, aut profiteantur, aut diligentius excolant, visus es mihi concedere eas non esse proprias oratoris unius, quod ego contendo. Rursum cum easdem artes et oratori, si disputare de illis velit, necessarias esse dixisti; et ab eodem etiam ornatius quam ab illis ipsis quorum sunt propriæ, tractari; visus es illas mihi extorquere et oratori tribuere tanquam suas.

[p] *Prætor*] De quo in notis ad Herenn. II. § 19.

[q] *Rhodum*] Carpathii maris insulam; hodie *Rhodes.*

[r] *Apollonio*] Apollonius Molo, Rhodius fuit: quo rhetoricæ magistro usus est aliquando ipse Tullius, cum dictatore Sylla Romam Apollonius venisset, ut refert Cicero in Bruto.

oratio ejusmodi, non ut ullam artem doctrinamve contemneres, sed ut omnes comites ac ministras oratoris esse diceres. 76. Quas ego, si quis sit unus complexus omnes, idemque si ad eas facultatem[6] istam ornatissimæ orationis adjunxerit; non possum dicere, eum non egregium quendam hominem atque admirandum fore: sed is, si qui esset,[7] aut si etiam unquam fuisset, aut vero si esse posset, tu esses unus profecto; qui et meo judicio, et omnium, vix ullam ceteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquisti. 77. Verum si tibi[8] ipsi nihil deest, quod in forensibus rebus civilibusque versetur, quin scias, neque eam tamen scientiam, quam adjungis oratori, complexus es; videamus, ne plus ei tribuas,[9] quam res et veritas ipsa concedat.

78. Hic Crassus, Memento, inquit, me non de mea, sed de oratoris facultate dixisse. Quid enim nos aut didicimus, aut scire potuimus, qui ante ad agendum, quam ad cognoscendum venimus;[r] quos in foro, quos in ambitione, quos in republica, quos in amicorum negotiis, res ipsa ante confecit,[s] quam possemus aliquid de rebus tantis suspicari? 79. Quod si tibi tantum in nobis videtur esse,[t] quibus etiamsi ingenium, ut tu putas, non maxime defuit, doctrina certe, et otium, et hercule[s] etiam studium illud discendi[10] acer-

[r] *Ad perorandas causas venimus prius quam percepissemus artes oratori necessarias.*

[s] *Perduxit ad senectutem.*

[t] *Si tam peritus tibi esse videor.*

est *facete.* Paulo post, Erl. 1. *ministros;* Nonius in 'ministratrix' legit *ministratrices.*—6 Erl. 1. 2. et edd. vett. præter W. *facultates;* Cant. Gonv. Nov. Wag. Bal. Bodl. Norf. et ed. Manut. *facultatem.* Lamb. pro *ornatissimæ,* legit *ornandæ,* improbante Ernest.—7 'Sic Ernesti dedit e vestigiis ed. W. quæ habet *is, qui esset.* Edd. Rom. et Kob. *sed, si quis esset;* aliæ, princ. edd. s. l. et a. Mediol. *sed si quis.* Atque Ernest. putat, posse *is* deleri; enimvero vim totius sententiæ eo contineri, recte judicat Schutz.' *Harl.*—8 *Unde si tibi* Oxon. Z. Mox, *versatur* Erl. 1. 2. Oxon. U. *versaretur* Kob.—9 Erl. 1. 2. Guelf. 1. Oxon. U, *tribuamus;* Kob. *attribuas.* Schutz. opinatur Ciceronem scripsisse *vide, ne plus, &c.*—10 'Male in cod. Erl. 2. edd. Rom.

NOTÆ

[s] *Hercule*] Jurandi formula. Primo dicebant, 'ita me Hercules adjuvet;' deinde brevius, 'me Hercules;' postea 'mehercule;' denique 'Hercule' aut 'Hercle' dixerunt.

rimum defuit: quid censes, si ad alicujus ingenium vel majus, illa, quæ ego non attigi, accesserint? qualem illum, et quantum oratorem[11] futurum?

XVIII. 80. Tum Antonius, Probas mihi, inquit, ista, Crasse, quæ dicis: nec dubito, quin multo locupletior in dicendo futurus sit, si quis omnium rerum atque artium rationem naturamque comprehenderit. 81. Sed primum id difficile est factu,[1] præsertim in hac nostra vita, nostrisque occupationibus: deinde illud etiam verendum est,[2] ne abstrahamur ab hac exercitatione, et consuetudine dicendi populari, et forensi. Aliud enim mihi quoddam genus orationis esse videtur eorum hominum,[u] de quibus paulo ante dixisti, quamvis illi ornate et graviter, aut de natura rerum, aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddam genus est verborum et lætum, sed palæstræ[3] magis et olei,[v] [t] quam hujus civilis turbæ ac fori. 82. Namque egomet, qui sero, ac leviter Græcas literas attigissem, tamen cum proconsule[4] [u] in Ciliciam[v] proficiscens Athenas venissem,

[u] *Philosophorum et mathematicorum.*
[v] *Exercitationis ludicræ et umbratilis.*

Kob. et Junt. *stud. ill. dicendi.* Recte *st. ill. discendi* in Erl. 1. ac plerisque Palat. codd. et edd. Gron. aliisque. Paulo post, in Erl. 1. 2. et in cod. quodam *si alicujus ingenium*, omissa præpositione *ad.* Sed Gronov. jam docuit, Ciceronem passim solere illa præpositione uti.' *Hurl.* *ad* deest in Oxon. U Z γ. *majus sit vel* Oxon. U.—11 Ita Erl. 1. 2. et vulgg. ante Schutz. qui e codd. Guelf. 2. 3. Rom. et Kob. ascivit *qualem illum oratorem, et quantum.* Illum secuti sunt Harl. et Orell.

Cap. XVIII. 1 Unus ap. Orell. *factu est.*—2 Schutz. auctoritate Guelf. 1. expunxit *est.* Mox, *ne extrahamur ex hac, &c.* Rom. *ne abstrahamur ex hac, &c.* Kob.—3 Joan. Norf. Mag. Harl. 1. 2. Erl. 1. 2. et Oxon. Z, *et palæstræ.* In Dresd. observante Mull. est *palestræ magis et otii;* sed in marg. *olei.*—4 Erl. 1. 2. Rom. Kob. Crat. Junt. *proconsul.* Mox, Tosani liber, ut Oxon. U, *propter nav. facultatem*, quod non debere temerarium videri, sentit Gruter.

## NOTÆ

[t] *Palæstræ magis et olei*] Athletæ et pugiles, qui corpus exercebant palæstra, solebant oleo corpus inungere, tum ad augendas vires, tum ut cutis lubrica et oleo delibuta, manus captantis adversarii facilius eluderet.

[u] *Proconsule*] Romani post gestum Romæ consulatum mittebantur in provincias, ut in iis jus dicerent, et eas gubernarent; tumque pro consule, vel proconsul dicebatur aliquis in provinciam proficisci: proprætor, vel pro prætore, si prætura Romæ perfunctus in provinciam iret. Aliquando tamen etiam qui consules non

complures tum ibi dies sum propter navigandi difficultatem commoratus: sed, cum quotidie mecum haberem homines doctissimos, eos fere ipsos, qui abs te modo sunt nominati, cumque hoc,[5] nescio quomodo, apud eos increbuisset,[w] me in causis majoribus, sicuti te, solere versari, pro se quisque ut poterat,[6] de officio et ratione oratoris disputabat. 83. Horum alii, sicut iste ipse Mnesarchus, hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat, nisi quosdam operarios,[w] lingua celeri et exercitata; oratorem autem, nisi qui sapiens esset,[x] esse neminem: atque ipsam eloquentiam,[x] quod[7] ex bene dicendi scientia constaret, unam quandam esse virtutem,[y] et, qui unam virtutem haberet, omnes habere, easque[8] esse inter se æquales et pares: ita, qui esset eloquens, eum virtutes omnes habere, atque esse sapientem. Sed hæc erat spinosa[z] quædam et exilis oratio, longeque a nostris sensibus abhorrebat. 84. Charmadas[9] vero multo

[w] *Rumor sparsus fuisset.* [x] *Nisi qui philosophiam teneret.*
[y] *In virtutum numero esse reponendam.*
[z] *Implicata et obscurior.*

Dissentit Harl.—5 Oxon. U Z, *cum hoc.* Mox, nonnullæ edd. *increbruisset.*—6 Erl. 1. *ipse quisque poterat;* Erl. 2. *ipse quisque ut poterat;* ed. Rom. *pro se que quisque poterat;* Oxon. U Z, et ed. Kob. *pro seque quisque poterat;* Guelf. 2. 3. Oxon. *α*, et ed. Junt. *pro se quisque eorum, quantum quisque poterat.* Mox, loco *et rat.* cod. Gron. et Oxon. Z, *et decoratione.* Gronov. opinatur, Ciceronem scripsisse *et de ratione;* et sic legitur in Oxon. U α δ ε. Dein, al. *ipse M. Mesarchus.*—7 Oxon. γ, *quæ.*—8 Oxon. U δ, Junt. Ald. Crat. Grut. et vulgg. ante Pearc. *easque ipsas;* Cant. Harl. 2. Wag. Bal. Joan. Nov. Mag. Norf. Erl. 1. 2. cum edd. Rom. Kob. Ven. Mediol. C. Steph. et Lamb. delent *ipsas.*—9 Ita Joan. Harl. 1. Erl. 1. *Carniadas* Bod. *Charmades* Wetzel. *Carneades*

NOTÆ

fuerant, cum imperio consulari mittebantur in provincias, nec minus appellabantur proconsules; ut hic ipse qui loquitur Antonius ante consulatum, quem nonnisi triennio post obtinuit, proconsul in Ciliciam profectus est A. U. C. 652. ante Chr. 102. Immo nomina consulis et proconsulis, prætoris et proprætoris non semel a veteribus confundi videas.

[v] *In Ciliciam*] Quæ Asiæ Minoris est ora quæ meridiem spectat, alluiturque mari Mediterraneo, a regione insularum Cypri et Rhodi: urbs primaria Tarsus est. Nunc *Caramania* appellatur.

[w] *Operarios*] Qui haberent usum dicendi, artem ignorarent.

[x] *Ipsam eloquentiam*] Eloquentia est vis ipsa et facultas bene et apposite dicendi ad persuadendum alterum: rhetorica est ars quæ dat præcepta ad id præstandum.

uberius iisdem de rebus loquebatur: non quo aperiret sententiam suam; hic enim mos erat patrius Academiæ,[a] adversari semper omnibus in disputando; sed cum maxime tamen hoc significabat, eos, qui rhetores nominarentur, et qui dicendi præcepta traderent, nihil plane tenere, neque posse quenquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset. XIX. 85. [*p.* 92.] Disputabant contra diserti homines, Athenienses, et in republica causisque versati, in quis[b] erat[1] etiam is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus, hospes meus; qui cum diceret esse quandam prudentiam,[c] quæ versaretur in perspiciendis rationibus constituendarum et regendarum[2] rerum publicarum, excitabatur homo promtus ab homine[3] abundanti doctrina,[d] et quadam incredibili varietate rerum et copia. Omnes enim partes illius ipsius prudentiæ petendas esse a philosophia dicebat,[4] neque ea, quæ statuerentur in republica de Diis immortalibus, de disciplina juventutis, de justitia, de patientia, de temperantia, de modo rerum omnium,[e] ceteraque, sine quibus civitates aut esse, aut bene moratæ esse non possent, usquam in eorum[f] inveniri libellis.[5] 86. Quodsi tantam vim rerum maximarum arte sua

[a] *Antiquus et jam inde ab ipso Academiæ quasi parente Platone acceptus.*
[b] *Inter quos.* [c] *Artem oratoriam.*
[d] *Menedemus rhetor exercitatus ad dicendum vehementius excitabatur a Charmada homine docto et copioso.*
[e] *De moderatione in rebus omnibus adhibenda.*
[f] *Rhetorum.*

Erl. 2. Oxon. U. Rom. Kob. Junt. Grut. Gronov. Verburg.—10 Ern. 1. Grut. et vulgg. *tum maxime*; Erl. 1. Oxon. Z ε, et edd. recentt. *cum maxime.*

CAP. XIX. 1 Edd. vett. Junt. Crat. item Mull. et Orell. *in quibus erat.*—2 Erl. 2. Kob. et Lips. per Thanner. 1515. *constit. et agendarum.*—3 Hotomanus conj. legendum esse *excipiebatur, &c.* Schutz. suspicatur, *ab homine* glossatori cuidam deberi, et Ciceronem scripsisse, *excitabatur homo promtus, abundanti doctrina et quadam incred. var. rer. et copia*, eumque hæc omnia ad Charmadam retulisse. Mull. rejicit Hotomanni conjecturam h. l. languidam; Schutzii suspicionem haud admittendam esse judicat; et, locum ab alia parte sanandum arbitrans, Gulielmi conjecturam *exogitabatur* unice veram existimat. *atque copia* unus ap. Orell.—4 Schutz. *a philosophis dicebat*; Junt. Grut. et vulgg. ante Ernest. *a philosophia docebat*; sic etiam Erl. 1. Oxon. γ δ ε. *dicebat* servant Erl. 2. Rom. Kob.—5 Schutz. de conjectura dedit, *usquam nisi in eorum libris inveniri.* Purgoldi quidem conjecturam, pro *eorum* legendum esse *rhetorum*, se admissurum esse fatetur, nisi statim sequeretur *rhetorici illi*

rhetorici illi doctores complecterentur: quærebat, cur de prooemiis, et de epilogis,[g][6] et de hujusmodi nugis (sic enim appellabat) referti essent eorum libri: de civitatibus instituendis,[7] de scribendis legibus, de æquitate, de justitia, de fide, de frangendis cupiditatibus, de conformandis[8] hominum moribus, litera in eorum libris[9] nulla inveniretur. 87. Ipsa vero præcepta[h] sic illudere solebat, ut ostenderet, non modo eos illius expertes esse prudentiæ,[i] quam sibi asciscerent,[j][10] sed ne hanc quidem ipsam dicendi rationem[k] ac viam nosse. Caput[l][y] enim esse arbitrabatur oratoris, ut et ipsis, apud quos ageret, talis,[m] qualem se ipse optaret,[11] videretur: id fieri vitæ dignitate,[n] de qua nihil rhetorici isti doctores[12] in præceptis suis reliquissent: et uti eorum, qui audirent, sic afficerentur[o] animi, ut eos affici vellet orator: quod item[13] fieri nullo modo posse, nisi cognosceret is, qui

[g] *Exordiis et perorationibus.* [h] *De arte bene dicendi.*
[i] *Quæ ad regendam remp. requiritur.* [j] *Vindicarent.*
[k] *Artem certis legibus constantem.*
[l] *Rem præcipuam in qua esset elaborandum oratori.*
[m] *Nempe vir bonus.* [n] *Probitate.* [o] *Moverentur.*

*doctores.* Tum animadvertit, in vulgata lectione idem continuo bis dici. Ex ed. autem Omniboni recepit *in eorum libris inveniri.*—6 Oxon. U, *quærebatur . . . epilogiis.* Unus ap. Orell. *et epilogis et hujusmodi.*—7 Al. ap. Orell. *constituendis.*—8 Oxon. U, *confirmandis*, omisso *de.*—9 'Apertum fere glossema, *in eorum libris;* certe, si resecetur, nihil defuerit sententiæ.' *Grut.* 'Equidem uncis inclusi.' *Mull.* Mox, *invenirentur* Oxon. ε.—10 Steph. *sibi adscriberent.*—11 Unus ap. Orell. *se ipse esse optaret.*—12 'Schutz. voces *rhetorici* et *doctores*, cum paulo antea nominati essent, haud injuria, tanquam ab interpolatore additas, delevit, et dedit *de qua nihil isti,*' &c. Harl. Mox, *animis* Oxon. Z α γ δ.—13 'Displicet vulg. *item.* Lamb. conj. *quod ita fieri;* sed

## NOTÆ

[y] *Caput*] Finis oratoris est alterum persuadere; persuadet is cui fides habetur; habetur autem viris probis, in quibus nulla est mendacii suspicio: debet igitur orator id unum præ ceteris studere, ut sit vir bonus, aut certe talis videatur. Τοῖς γὰρ ἐπιεικέσι πιστεύομεν μᾶλλον καὶ θᾶττον περὶ πάντων μὲν ἁπλῶς· ἐν οἷς δὲ τὸ ἀκριβὲς μὴ ἔστιν, ἀλλὰ τὸ ἀμφιδοξεῖν καὶ παντελῶς· inquit Aristot. Rhet. I. 2. *Bonis enim viris credimus magis et celerius generatim quidem in omnibus, maxime autem in eo quod exploratum non est, sed in varias opiniones trahi potest.* Ex his verbis falsi Charmadas arguitur, qui nullam de sectanda vitæ probitate præceptionem rhetorum in libris traditam mox affirmat. Idem cum doctrinam movendorum affectuum ne a rhetoribus quidem delibatam ait, ex toto libro Rhetoricorum Aristotelis secundo refutatur.

diceret, quot modis hominum mentes, et quibus rebus, et quo genere orationis in quamque partem moverentur: hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita;[p] quæ[14] isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent.[q] 88. Ea Menedemus exemplis magis, quam argumentis, conabatur refellere:[15] memoriter enim multa ex orationibus Demosthenis præclare scripta pronuntians, dicebat, illum in animis vel judicum, vel populi, in omnem partem dicendo permovendis, non fuisse ignarum, quibus ea rebus consequeretur,[r] quæ negaret ille[s] sine philosophia quenquam scire[16] posse. XX. 89. Huic[1] ille respondebat,[t] non se negare, Demosthenem summam prudentiam, summamque vim habuisse dicendi: sed sive ille hoc ingenio potuisset, sive, id quod constaret, Platonis studiosus[z] audiendi fuisset; non, quid ille potuisset,[u a] sed quid isti docerent, esse quærendum. 90. Sæpe etiam in eam partem ferebatur oratione,[2] ut omnino, disputaret, nullam artem[3]

[p] *Recondita et intima.* [q] *Ne levissime quidem docerent.*
[r] *Qua ratione motus animorum excitaret.* [s] *Charmadas.*
[t] *Charmadas Menedemo.* [u] *Quam fuisset eloquens.*

non favent huic codd. Mss. vero Mag. Harl. 2. Rom. Kob. W. Lips. Ven. et Rawl. habent *quod idem fieri*, bene, ut opinor.' *Pearc.* ' Hic quidem in ed. sua 2. ediderat *idem;* in ed. tamen 5. retinuit *item*, nulla vero nova addita nota. Ernesti quoque defendit *item*, et interpretatus est ' pariter.' Præterea, pro *uti eorum*, Oxon. Z $\alpha$ $\gamma$, *uti ii;* Oxon. $\beta$, *uti qui;* Oxon. $\delta$, *ut qui*, sed post *ut* a sec. manu additum est *ii*. Paulo post *modo posse aiebat* Oxon. U.' *Harl.* Mox, *rebus* deest in Oxon. U.—14 ' Walkerus mendum hic latere suspicatus est, et pro *quæ*, accusativum singularem *quam* scribi oportere, ut ad philosophiam referatur. Atque Walkeri conjecturam probavit Ernesti, et ego cum Schutz. in contextum recepi.' *Harl.*—15 Guelf. 1. Rom. Kob. Schutz. et Harl. *refellere conabatur.* Mox, *Demostheni* Oxon. Z. Deinde, pro *dicebat*, Grut. et vulgg. *docebat.*—16 Oxon. Z et $\gamma$, *nosse* pro *scire*.

CAP. XX. 1 *Hic* Oxon. $\delta$. *Huic respondebat* Erl. 1. 2. et vulgg. ante Pearc. *Hic respondebat* Nov. Mead. et Manut. *Huic ille respondebat* Rom. Ven. Mediol. *Huic ille respondeat* Kob. Mox, *se non negasse* Erl. 1. 2.—2 Oxon. $\delta$ in marg. *ferebat orationem.*—3 ' Melior hic est ordo, *ut disputaret nullam omnino*

NOTÆ

[z] *Platonis studiosus*] Demosthenes, de quo plura in Bruto, admodum adolescens in Academia Platoni dabat operam; verum audito forte Callistrato insigni oratore, eum deinceps, relicta Academia, sectatus est. Ex Hermippo Gellius III. 13.

[a] *Non, quid ille potuisset*] Ab uno ad omnes vitiosa est argumentatio. Nemo sic ratiocinetur. Demosthenes orator potuit in dicendo animos movere, ergo id poterunt ceteri oratores.

esse dicendi: idque cum argumentis docuerat, quod ita nati essemus,[b] ut et blandiri, et suppliciter insinuare iis, a quibus[4] esset petendum, et adversarios minaciter terrere possemus, et rem gestam exponere, et id, quod intenderemus, confirmare, et id, quod contra diceretur, refellere, et ad extremum[5] deprecari aliquid, et conqueri; quibus in rebus omnis oratorum versaretur facultas: et quod consuetudo, exercitatioque, et intelligendi prudentiam acueret, et eloquendi celeritatem incitaret: tum etiam exemplorum copia nitebatur. 91. Nam primum, quasi dedita opera,[c] neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem disertum fuisse dicebat, cum repeteret usque a Corace, nescio quo, et Tisia,[d] quos artis illius inventores et principes fuisse constaret: eloquentissimos autem homines, qui ista nec didicissent, nec omnino scire[6] curassent, innumerabiles quosdam nominabat: in quibus etiam, (sive ille irridens, sive quod ita putaret, atque ita audisset,) me in illo nu-

*artem.* Sed optimi istius cod. Joan. lectio [quæ etiam legitur in Erl. 1.] recipienda est, *ut omnimodis disputaret;* [ac Gronov. illam lectionem etiam in suo cod. reperit atque probavit;] a qua non longe absunt codd. Mag. et Gonv. *ut omnimode disputaret,' &c.* Pearc. In Erl. 2. extat *ut omnibus modis disputaret.*—4 Erl. 2. *ut ... et subtiliter insinuare his, &c.* Guelf. 2. 3. Rom. Kob. Omnib. et Olivet. *ut et blandiri suppliciter his, a quibus*, omisso *insinuare;* Guelf. 1. Erl. 1. *ut et blandiri et subtiliter quibus:* Oxon. U, *id cum arg.... subtiliter.* Oxon. Z delet *iis a.* Oxon. δ habet *his a.*—5 Oxon. U, *refellere ad extremum.* Paulo post, Oxon. β, *facultatem acueret.* Dein, Oxon. U, *atque eloquentiam et celeritate inc. atque tum, &c.*—6 Erl. 1. 2. Guelf. 1. Junt. Ald. Grut. Schutz. *scisse;* Bod. Norf. Rom. Kob. Lips. Lamb. Ven. Mediol. Pearc.

## NOTÆ

[b] *Quod ita nati essemus*] Hoc Charmadæ argumentum probat quidem aliquam esse naturalem eloquentiam; at non evertit artificialem, cujus præceptis perficitur vis persuadendi a natura insita.

[c] *Quasi dedita opera*] Dicebat Charmadas neminem scriptorem artis fuisse disertum, quasi omnes scriptores artis collegisset de industria, ut id probaret: vel sententia est, quasi ipsi scriptores artis certo consilio diserti esse noluissent. Errabat hic etiam Charmadas; nam ut alios prætercam, Gorgias, Isocrates, Protagoras, Theophrastus, eloquentiæ magistri diserti fuere.

[d] *A Corace, n. q. et Tisia*] Artis rhetoricæ 'scriptores antiquissimi Corax et Tisias ejus discipulus, Siculi; quos insecutus est vir ejusdem insulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis ut traditur discipulus.' Quintil. III. 1. Corax Hieronis tyranni amicus floruit Olymp. LXXVI. annis ante Chr. 475. Vide Cic. in Bruto § 46.

mero,[7] qui illa non didicissem, et tamen (ut ipse dicebat) possem aliquid in dicendo, proferebat. Quorum illi alterum facile assentiebar, nihil me didicisse; in altero autem me illudi ab eo, aut etiam ipsum errare arbitrabar. 92. Artem vero negabat esse ullam, nisi quæ cognitis, penitusque perspectis, et in unum exitum spectantibus, et nunquam fallentibus rebus contineretur. Hæc autem omnia, quæ tractarentur ab oratoribus, dubia esse et incerta: cum et dicerentur ab iis, qui ea omnia non plane tenerent, et audirentur ab iis, quibus non scientia[8] esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certe obscura opinio.[v] 93. Quid multa? sic mihi tum persuadere videbatur, neque artificium ullum esse dicendi, neque quenquam posse, nisi, qui illa, quæ a doctissimis hominibus in philosophia dicerentur, cognosset, aut callide aut copiose dicere. In quibus dicere Charmadas[9] solebat, ingenium tuum, Crasse, vehementer admirans, me sibi perfacilem[e] in audiendo, te perpugnacem[w][10] in disputando esse visum. XXI. 94. Tumque ego,[1] hac eadem opinione adductus, scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente et invito[f] excidit, et

[v] *Non certa cognitio præceptorum diu et accurate tradenda esset, sed quædam observationes parum certæ brevi tempore essent exponendæ.*

[w] *Obstinatiorem.*

Harl. *scire.* Mox, *ita putasset* Pearc. in ed. 2.—7 Vocc. *in illo numero* delevit Schutz. quæ extant in Erl. 1. 2. Junt. et recentt. edd. *in eo numero* exhibent Guelf. 2. 3. Rom. et Kob.—8 Erl. 1. *quibus conscientia.* Mox, *opinio immittenda* ed. s. l. et a.—9 *Quibus dicere* Oxon. ε, Erl. 1. 2. et edd. vett. *Quibus* deest in Oxon. δ. *In quibus d.* Rom. Kob. et ed. s. l. et a. Ab ed. W plane absunt *Quibus dicere.* Gulielmus malebat *e quibus.* Pro vulgg. *Carneades,* quod est in Erl. 2. Rom. Kob. Junt. &c. *Charmadas* reposuit Pearc. auctoritate Bod. Harl. 1. Joan. quibuscum consentit Erl. 1. *Quibus adjicere, &c.* conj. Hotoman. *Quibus subjicere* Pearc. Mox, *veh. ammirari* Erl. 1. *veh. admirari* Erl. 2. Rom. Kob.—10 Oxon. U, *et propugnacem:*

Cap. XXI. 1 *Itaque ego* Oxon. U, Guelf. 1. Erl. 1. 2. Schutz. et Harl.

## NOTÆ

[e] *Me sibi perfacilem*] Cum artium imperitum se simularet Antonius, non erat quod doctissimorum sententiam acrius impugnaret, ut Crassus, quem omni disciplina perpolitum esse constabat.

[f] *Me imprudente et invito*] M. Antonius 'idcirco se aiebat nullam orationem scripsisse, ut, si quid superiore judicio actum, ei, quem postea defensurus esset, nociturum foret, non dictum a se affirmare posset.' Val. Max. VII. 3.

pervenit in manus hominum,[x] disertos me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem:[2] quod eum statuebam disertum, qui posset satis acute, atque dilucide, apud mediocres homines, ex communi quadam opinione,[3] dicere: eloquentem vero, qui mirabilius et magnificentius augere posset atque ornare, quæ vellet, omnesque omnium rerum, quæ ad dicendum[4] pertinerent, fontes animo ac memoria contineret. Id si est difficile nobis, qui ante, quam ad discendum ingressi sumus, obruimur ambitione et foro;[y] sit tamen in re positum atque natura.[z] 95. Ego enim, quantum auguror conjectura, quantaque ingenia in nostris hominibus esse video, non despero, fore aliquem aliquando, qui et studio acriore, [*p.* 93.] quam nos sumus atque fuimus, et otio ac facultate discendi majore ac maturiore, et labore atque industria superiore, cum se ad audiendum, legendum, scribendumque dediderit,[5] existat talis orator, qualem quærimus: qui jure non solum disertus, sed etiam eloquens dici possit: qui tamen, mea sententia, aut hic est jam Crassus,[6] aut, si quis pari fuerit ingenio, pluraque quam hic, et audierit, et lectitarit, et scripserit, paulum huic aliquid poterit addere.

96. Hoc loco Sulpicius, Insperanti mihi,[a] inquit, et Cottæ, sed valde optanti utrique nostrum, cecidit, ut in istum sermonem, Crasse, delaberemini. Nobis enim huc venientibus jucundum satis fore videbatur, si, cum vos de re-

[x] *In publicam lucem exivit.*
[y] *Occupamur labore petendorum magistratuum, et causarum in foro dicendarum.*
[z] *Ea difficultas et ab arte et ab homine aliquo superari potest.*
[a] *Evenit mihi præter spem et expectationem.*

*Tum ego* Oxon. δ, Rom. Kob. *Tumque ego* vulgg.—2 Oxon. U, *adhuc hominem.* —3 Oxon. α δ ε, *opinione mirabili.* 'Sed *mirabili* librarius oculis deceptus, ex sequenti voce *mirabilius* huc transtulisse videtur.' *Harl.* Paulo post, pro *contineret* Oxon. γ habet *continere.*—4 'Oxon. Z β, Erl. 1. ex glossa quadam, ab interprete ascripta, *quod antequam, &c.* Oxon. γ δ ε, *olim.* Oxon. Z a m. pr. *ad dicendum.* Mox, *Ego autem* Oxon. β.' *Harl.*—5 Oxon. Z, Erl. 1. 2. *dederit;* Oxon. α β γ ε, Guelf. 2. Junt. Victor. *majore opera dediderit;* Oxon. δ, Rom. et Kob. *majore opera dederit.*—6 'Guelf. 2. 3. forsan verius, *aut jam hic est Crassus.*' Harl. 'Mox, Erl. 2. *si quis par f. ing.* atque in Oxon. δ notatur extra lineam, 'al. leg. *par.*' Edd. Rom. et Kob. *aut si quis fuerit ingenio pari;* concinnius forsan et suavius.' *Idem.* Deinde, *paulum hic aliquid* Oxon. U.—

bus aliis loqueremini,7 tamen nos aliquid ex sermone vestro memoria dignum excipere[b] possemus; ut vero penitus in eam ipsam totius hujus vel studii, vel artificii,[g] vel facultatis disputationem pæne intimam veniretis,8 vix optandum nobis videbatur. 97. Ego enim, qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusque vestrum,[c] Crassi vero9 etiam amore, cum ab eo nusquam discederem, verbum ex eo nunquam elicere potui de vi10 ac ratione dicendi, cum et per memetipsum egissem, et per Drusum[h] sæpe tentassem: quo in genere tu, Antoni, (vere loquar) nunquam mihi percunctanti, aut quærenti aliquid, defuisti, et persæpe me, quæ soleres in dicendo observare, docuisti. 98. Nunc quoniam uterque vestrum patefecit earum rerum ipsarum11 aditum, quas quærimus, et quoniam princeps Crassus ejus sermonis ordiendi fuit,[d] date nobis hanc veniam,[e] ut ea, quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter persequamini. Quod quidem si erit a vobis impetratum, magnam habebo, Crasse, huic palæstræ,[f] et Tusculano tuo gratiam, et longe Academiæ illi ac Lyceo[i]12 tuum hoc suburbanum[g]

[b] *Annotare.* [c] *Qui a pueritia utrumque vestrum maxime colerem.*
[d] *Primus Crassus hunc sermonem de arte oratoria est ingressus.*
[e] *Hanc gratiam.*
[f] *Huic loco ubi mentem erudita disputatione exercebimus, quemadmodum in palæstra solet exerceri corpus ad saltandum aut arma tractanda.*
[g] *Urbi vicinum.*

7 Oxon. ε, *eloqueremini.*—8 ‘Male Guelf. 2. 3. Rom. Kob. Junt. et al. *perveniretis.* Vis enim præpositionis, recte judicante Schutzio, jam in adjectivo ‘intimam’ expressa est.’ *Harl.*—9 ‘In Guelf. 2. 3. edd. Rom. et Kob. legitur, *utriusque vestrum, Crasse, tuo vero.* Sed nihil est mutandum.’ *Idem.* Oxon. α δ ε, *etiam Crasse, tuo.*—10 Gonv. Manut. et Pearc. *de via*; hoc etiam voluit Gulielm. *de vi* Erl. 1. 2. Rom. Kob. Junt. et recentt. Mox, *per me ipse* Lamb. Pro *egissem*, Oxon. α habet *exegissem.*—11 Voc. *ipsarum* deest in duobus libris ap. Orell. Paulo post, *subtiliter prosequamini* Junt.—12 *Lycio* Oxon. U, et Junt. Mox, in principe ed. s. l. et a. Rom. et Kob. deficit voc. *gymnasium.*

## NOTÆ

[g] *Vel studii, vel artificii*] Decorum servat hic Tullius, qui Sulpicium adolescentem inducit dubitantem an esset ars rhetorica, quod in dubium id revocasse videretur Antonius.

[h] *Per Drusum*] C. Cotta et P. Sulpicius, qui hic loquitur, Drusi maxime familiares erant, ut supra dictum § 25.

[i] *Academiæ illi ac Lyceo*] De Academia dictum § 43. Lyceum autem gymnasium fuit prope Athenas celeberrimum, in quo docebat Aristoteles.

gymnasium[j] anteponam. XXII. 99. Tum ille, Immo vero,[1] inquit, Sulpici, rogemus Antonium, qui et potest facere id, quod requiris, et consuevit, ut te audio dicere. Nam me quidem, fateor,[2] semper a genere hoc toto sermonis refugisse, et tibi cupienti atque instanti sæpissime negasse, ut tute paulo ante dixisti. Quod ego non superbia, neque inhumanitate faciebam, neque quo tuo studio rectissimo atque optimo non obsequi vellem, præsertim cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum, aptumque cognossem, sed mehercule istius disputationis insolentia, atque earum rerum, quæ quasi traduntur in arte, inscitia.[h] [3] 100. Tum Cotta, Quoniam id, quod difficillimum nobis videbatur, ut omnino de his rebus, Crasse, loquerere, assecuti sumus; de reliquo jam nostra culpa fuerit, si te, nisi omnia, quæ percunctati erimus, explicaris, dimiserimus. 101. De his, credo, rebus, inquit Crassus, ut in cretionibus[4] [k] scribi

[h] *Sed certe propterea quod non eram in hujusmodi disputatione exercitatus, et institutionum oratoriarum eram ignarus.*

CAP. XXII. 1 *Enimvero* Guelf. 2. 3. Oxon. β δ γ, Rom. Kob. s. l. et a. Med. Asc. Mox, *id* omisit Grut.—2 Ita Norf. Cant. Gonv. Mead. Harl. 1. 2. Rom. Kob. Manut. et Lamb. *fator* deest in Grut. et vulgg. Mox, *ut* deest in iisdem.—3 ' Oxon. U, *neque quod ut . . . cognovissem . . . tradcntur inscientia;* Oxon. Z, *nec qui;* (ex correctore ' al. *qui;*') Erl. 1. *ne quod tuo studio*; Erl. 2. *neque ut tuo studio*; Gronov. in suo cod. reperit *ne qui tuo*, et unice veram lectionem, nec male, putat, *nec qui tuo.*' Harl. ' In vulgato verborum ordine, *quasi traduntur in arte*, non video, quid velit *quasi tradere.* Lambinus sic verba collocat, *quæ quasi in arte traduntur, inscitia;* et hunc ordinem servant Cant. Harl. 1. 2. Wag. Gonv. Norf. Bal. Mag. Joan.' *Pearc.* ' Ita quoque Erl. 1. 2. nisi ut habeant *inscientia.* Voc. *in arte* absunt ab edd. s. l. et a. Med. Asc. et probat Grut. quia, ' tradere ' sit artis verbum; sed recte dissentit Ernesti. Ab ed. Lips. abest *in.* Mox, *quoniam quod*, omisso *id*, Erl. 1. 2. Dein, in Erl. 2. *rebus Crassus loqueretur* in textu, sed in margine, *Crasse loquerere.*' Harl.—4 Erl. 2. Oxon. δ, Guelf. 1. 2. 3. *in certionibus;* Rom. Junt. Kob. *in certioribus;* alii libri *in critionibus;* aut *in conditionibus;* aut *in orationibus.* Cod. Monach. habet *in cautionibus*, et in marg. *creationibus.* Victor. conj. *cretionibus;* et sic plane Erl. 1. et cod. Oxon. ap. Cockman. Mox, *de*

NOTÆ

[j] *Gymnasium*] Locus ubi exercentur corpora saltu, cursu, luctatione: a γυμνὸς *nudus*, quia in istis exercitationibus graviores vestes deponebant, ut essent expediti. Metaphorice significat locum, ubi animi literis humanioribus informantur.

[k] *Ut in cretionibus*] Cretio, inquit Ulpianus, est certorum dierum spatium quod datur instituto hæredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hæreditatem. Cretio duplex

solet, 'Quibus sciam, poteroque.'[i] Tum ille,[j] Namque quod[5] tu non poteris, aut nescies, quis nostrum tam impudens est, qui se scire aut posse postulet?[6]

Jam vero, ista conditione, dum mihi liceat negare, posse quod non potero, et fateri, nescire quod nesciam, licet, inquit Crassus, vestro arbitratu percunctemini.[7] 102. Atque, inquit Sulpicius, hoc primum ex te, de quo modo Antonius exposuit, quid sentias, quærimus: existimesne artem aliquam esse dicendi. Quid? mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso et loquaci, et fortasse docto, atque erudito, quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? Quando enim me ista curasse, aut cogitasse arbitramini, et[8] non semper irrisisse potius eorum hominum impudentiam, qui cum in schola assedissent, ex magna[9] hominum frequentia dicere juberent, si quis quid quæreret? 103. Quod primum ferunt Leontinum[1] fecisse Gorgiam: qui permagnum quiddam suscipere ac profiteri videbatur, cum se ad omnia, de quibus quisque audire

[i] *Vobis respondebo, modo sciam, aut possim, ut in jure loquuntur.*
[j] *Cotta.*

*quibus sciam* Victor.—5 *Nam quod* Erl. 1. 2. Guelf. 1. Schutz. et Harl.—6 Purgold. in Obss. Crit. ad Sophocl. Eurip. Anthol. Gr. et Cic. Jen. et Lips. 1802. p. 329. legendum putabat, *qui te scire postulet.*—7 ' In cod. Erl. 1. post *quod nesciam* ponitur punctum, atque a verbo *licet* nova incipit lineola. In eodem cod. actutum, *Atqui inquit hoc extende* (pro *ostende*, uti quidam habent codd.) *quo modo . . . dicendi. Quid mihi vos nunc inquit Crassus* (*vestro arbitratu percunctemini*) *tanquam, &c.* Verba autem in parenthesi, etiam in cod. inclusa ab interprete quodam profecta esse videntur. In Erl. 2. *Atqui, inquit Sulpicius,* (quod nomen a manu secunda superscriptum est) *hoc de quo modo, &c.* In edd. Rom. et Kob. *Atqui* (uti quoque est in quatuor codd. Oxon. et in ed. Junt.) *inquit Sulpicius hoc ostendi, quod modo Antonius, &c.* Oxon. U Z β ε, *ostende;* Z autem a prima manu habuit *os extende.*' Harl.—8 Copula *et* omittitur in Guelf. 2. 3. Mox, Guelf. 1. 3. Erl. 1. *imprudentiam.*—9 Oxon. U, Erl. 2. *et in magna.* Loco *juberent*, Oxon. U, et a prima manu Erl. 2. *auderet;* in marg. tamen *juberent;* Guelf. 1. Oxon. γ, et Oxon. δ in marg. *auderent,* Paulo post, *permagnum quoddam* Oxon. U. Guelf. 3. *profiteri ac suscipere.* ' Ordine

NOTÆ

est: alia vulgaris, in qua adjiciuntur hæc verba, 'quibus scieris poterisque;' alia continua, in qua non adjiciuntur. Legunt alii, *ut in conditionibus*, quæ pactiones sunt certa lege et conditione fieri solitæ.

[1] *Leontinum*] Ex urbe Leontio in Sicilia: nunc auctore Nigro dicitur *Lintini*.

vellet, esse paratum[10] denuntiaret. Postea vero[m] vulgo hoc facere cœperunt, hodieque faciunt, ut nulla sit res, neque tanta, neque tam improvisa, neque tam nova, de qua se non omnia,[11] quæ dici possunt, profiteantur esse dicturos. 104. Quod si te, Cotta, arbitrarer, aut te, Sulpici, de iis rebus audire velle, adduxissem huc Græcum aliquem, qui vos[12] istiusmodi disputationibus delectaret: quod ne nunc quidem difficile factu est.[13] Est enim apud M. Pisonem,[n] adolescentem jam[14] huic studio[k] deditum, summo hominem ingenio, nostrique cupidissimum, peripateticus Staseas,[o] homo nobis sane familiaris, et, ut inter homines peritos constare video, in illo suo genere omnium princeps. XXIII. 105. Quem tu, inquit, mihi, Mucius,[1] Staseam, quem peripateticum narras? gerendus est tibi mos adolescentibus,[l] Crasse; qui non Græci alicujus quotidianam loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam[m] requirunt, sed ex homine omnium sapientissimo atque eloquentissimo, atque ex eo, qui non in libellis,[n] sed in maximis causis, et in hoc domicilio[o] imperii et gloriæ, sit consilio linguaque princeps, cujus vestigia persequi[2] cupiunt,[p] ejus

[k] *Philosophiæ.* [l] *Debes obsequi adolescentibus.* [m] *Inanem declamationem.*
[n] *Plenis formularum declamandi.* [o] *In hac urbe Roma.*
[p] *Quem imitari volunt.*

minus apto.' *Harl.*—10 Erl. 1. 2. *se paratum.* Guelf. 1. omittit *esse.*—11 Mead. Mag. Harl. 1. 2. Erl. 2. et Lamb. *de qua non se omnia.* Postea, auctoritate codd. Erl. 1. 2. et Guelf. 1. 2. 3. Harl. rescripsit *quæ dici possint,* pro vulgato *q. d. possunt*; quod etiam in Oxon. U δ legitur. Contra, Oxon. Z, *q. d. possent.*—12 Vulgo, etiam Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Rom. Kob. Junt. Victor. Man. Grut. *nos*; Cant. Wag. Mead. Mag. Harl. 1. 2. Schutz. et Harl. *vos.*—13 Schutz. *est difficile factu.*—14 Voc. *jam* deest in duobus ap. Orell.

CAP. XXIII. 1 Ita Gonv. Harl. 1. 2. Erl. 2. Junt. Grut. Lamb. et Schutz. *Quem tu mihi, inquit Mutius* vulg. et Harl. Mox, *tibi* omittitur in edd. Rom. et Kob. Dein, *alicujus* deest in Erl. 1. 2.—2 ' Erl. 1. 2. Rom. Kob. Vict. Junt. al. vett. *vestigia qui persequi*; et Ursin. voc. *qui* ad illustrandam senten-

NOTÆ

[m] *Postea vero, &c.*] Multi post Gorgiam extemporalis eloquentiæ laudem aucupati sunt, ut Protagoras, Prodicus, Thrasymachus, Eleas, et alii.

[n] *M. Pisonem*] De quo satis fuse Tullius in Bruto.

[o] *Staseas*] Peripateticus philosophus, patria Neapolitanus. Cic. de Fin. l. v.

sententiam sciscitantur. 106. Equidem te cum in dicendo semper putavi Deum,[q] tum vero tibi nunquam eloquentiæ majorem tribui laudem, quam humanitatis: qua nunc te uti vel maxime decet, neque defugere eam disputationem, ad quam te duo excellentis ingenii [3] adolescentes cupiunt accedere.

107. Ego vero, inquit,[r] istis obsequi studeo,[s] neque gravabor breviter meo more, quid quaque de re sentiam, dicere. Ac primum illud (quoniam auctoritatem tuam negligere,[t] Scævola, fas mihi esse [4] non puto) respondeo, mihi dicendi aut nullam artem, aut pertenuem videri, sed omnem esse contentionem inter homines doctos in verbi controversia positam.[u] 108. [*p*. 94.] Nam si ars ita definitur, ut paulo ante exposuit Antonius, ex rebus penitus perspectis,[5] planeque cognitis, atque ab opinionis arbitrio sejunctis,[v] scientiaque comprehensis; non mihi videtur ars oratoris esse ulla. Sunt enim varia, et ad vulgarem popularemque sensum accommodata omnia genera hujus forensis nostræ dictionis. 109. Sin autem ea, quæ observata sunt in usu [p] ac ratione [6] dicendi, hæc ab hominibus calli-

[q] *Divina quadam eloquentia præditum.* [r] *Crassus.* [s] *Cupio.*
[t] *Id omittere quod auctor es mihi ut faciam.*
[u] *In definitione hujus vocis, ars, quæ definitio vocatur in controversiam.*
[v] *Opinione quæ pro hominum arbitrio mutatur.*

tiam necessarium putarat; sed immerito.' *Harl.*—3 Guelf. 1. Erl. 1. 2. Schutz. et Harl. *excellentes ingenii;* Oxon. U Z, *excellentes ingeniis.* ' Mox, *accedere minime decet* Oxon. U et Erl. 2. in quo tamen et Erl. 1. post *vel maxime* omissum est *decet*, hoc vero in Erl. 2. a m. sec. in margine additum, et post *maxime* in utroque *denique defugere* legitur, quod quidem in Erl. 2. a m. sec. mutatum est in *neque;* unde altera lectio in fine *minime decet* intelligi potest.' *Harl.*—4 Voc. *esse* deest in quibusdam libris.—5 ' In Erl. 1. 2. extat, *Nam si ars ista d. ut p. a. deposuit antonius ex rebus, &c.* In cod. Oxon. Z est quoque *deposuit.* In plurimis edd. legitur, *Nam si ars ita definitur.* Atque Schutz. quem secutus sum, omisit *ita* et *ex.*' Harl.—6 Guelf. 1. 2. 3. Erl. 1. Oxon. U, *et tractione;* Erl. 2. a m. pr. *ac ratione;* sed a m. recent. *ac tractitione.* Hinc

NOTÆ

[p] *Quæ observata sunt in usu*] Ad artem notione populari receptam quatuor hic requirit Crassus: 1. ut vir callidus ac prudens ea diligenter observet, quibus, v. g. in dicendi facultate, facilius quispiam persuadet. 2. ut observationes suas conscribat. 3. tria dicendi genera, judiciale, exornativum, ac deliberativum clare explicet. 4. illa genera distribuat in partes, puta in constitutiones conjecturales, definitivas, juridiciales, &c.

dis ac peritis animadversa ac notata, verbis designata,[7] generibus illustrata, partibus distributa sunt, (id quod fieri potuisse video) non intelligo, quamobrem non, si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione, ars esse videatur. Sed sive est ars, sive artis quædam similitudo, non est quidem ea[8] negligenda: verum intelligendum est, alia quædam ad consequendam eloquentiam esse majora. XXIV. 110. Tum Antonius vehementer se assentire[1] Crasso dixit, quod neque ita amplecteretur artem, ut ii solerent, qui omnem vim dicendi in arte ponerent, neque rursum eam totam, sicut plerique philosophi facerent, repudiaret. Sed existimo, inquit, gratum te his, Crasse, facturum,[2] si ista exposueris, quæ putas ad dicendum plus, quam ipsam artem posse prodesse.

111. Dicam equidem, quoniam institui,[w] petamque a vobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis:[x] quanquam moderabor ipse,[y] ne, ut quidam magister atque artifex, sed quasi unus e togatorum[q] numero,[z] atque ex forensi usu homo mediocris, neque omnino rudis, videar, non ipse aliquid a me promsisse,[a] [3] sed fortuito in sermonem ves-

[w] *Incepi.*
[x] *Ne communicetis cum aliis, quæ a me parum apte ad tantam rem dicentur.*
[y] *Hunc adhibebo modum in dicendo.*
[z] *E numero civium.*
[a] *Aliquid novi inventum a me afferre.*

Schutz. et Harl. *ac tractatione.* Oxon. U, paulo ante, *quæ observantur.*—7 In Erl. 1. 2. *ab omnibus, &c.* in Erl. 1. *verbis definita;* in Erl. 2. *verbis diffinita;* in Oxon. Z γ, *verbis finita.* 'Sed vulgatum mutare nolui; nec tamen a Wetzelio dissentiam, *definita* meliorem et certiorem videri lectionem.' *Harl.* —8 Erl. 1. *non est ea quædam;* Erl. 2. a m. sec. Rom. Kob. Omnib. Lamb. et Harl. *non est ea quidem.*

CAP. XXIV. 1 Rom. Kob. Vict. Junt. *assentiri.*—2 Junt. et Victor. *te his esse, Crasse, facturum;* Rom. Kob. *te his esse facturum.*—3 'Vide, lector, annon ed. Ven. et codd. Norf. Mag. Mead. Harl. 1. Cant. Bal. Wag. Non. Joan. suggerant verissimam lectionem *promisisse;* quibus si fides adhibenda sit, sic locum refingas, *non ipse aliquid de me promisisse, sed fortuito in sermonem vestrum incidisse.*' Pearc. Guelf. 1. 3. Erl. 1. 2. Rom. Kob. etiam *pro-*

NOTÆ

Quæ cum quis collegerit accurate, artem eloquentiæ tradiderit.

[q] *Togatorum*] Ut pallium Græcorum erat proprium, adeoque palliati vocabantur; ita a toga, qua Romani utebantur, togatorum nomen habuere. Virgilius, 'Romanos rerum dominos gentemque togatam.'

trum incidisse. 112. Equidem, cum peterem magistratum,[4] solebam in prensando[r] dimittere a me Scævolam,[b] cum ei ita dicerem, me velle esse ineptum: id erat petere blandius: quod nisi inepte fieret, bene non posset fieri.[c] Hunc autem esse unum hominem[5] ex omnibus, quo præsente ego ineptus esse minime[6] vellem: quem quidem nunc mearum ineptiarum testem et spectatorem fortuna constituit. Nam quid est ineptius, quam de dicendo dicere; cum ipsum *dicere*[7] nunquam sit non ineptum, nisi cum est necessarium? Perge vero, Crasse, inquit Mucius. 113. Istam enim culpam, quam vereris, ego præstabo.[d]

XXV. Sic igitur, inquit Crassus, sentio,[1] naturam[s] pri-

[b] *Cum cives quibus jus erat suffragii blande salutarem et amplexarer, solebam rogare Scævolam, ut abiret.*

[c] *Velle me ad vilia quædam obsequia dignitati meæ parum congruentia descendere, blanditiis populam demereri, quod recte fieri non posset, nisi ad ineptias me demitterem.*

[d] *In me suscipio quam times culpam: scio te nihil inepte facturum.*

*misisse.* 'Attamen jam Gronov. lectionem *promsisse* absurdam esse, et *promisisse*, quod ei cod. suggessit, verissimum et commodissimum judicarat. Atque Schutz. lectionem *promisse* improbans reddidit *a me* (h. e. mea sponte, non admonitum vel inductum ab aliquo,) *promisse;* jure tamen Pearcii opinionem, *de me promisisse*, rejicit. Codd. Oxon. Z β δ ε, *permisisse* et paulo ante *ex oratorum* [loco *togatorum*] *numero*, quæ lectio ex glossa orta esse videtur.' *Harl.* 'Videtur delendum esse *non*, nisi illud anacoluthi accurare velis.' *Mathiæ.*—4 Sic codd. Erl. 1. 2. (in quibus tamen est *equidem* pro *peterem*) Rom. Kob. Schutz. et Harl. pro vulgg. *magistratus.* Mox, verba, *id erat petere blandius . . . fieri*, Gulielm. circumsepsit uncis, tanquam librariorum, eique assentiuntur Grut. et Wetzel.—5 Mag. Harl. 2. Pearc. Lamb. et Harl. *esse hominem unum;* Erl. 2. *Hunc autem semper indicavi hominem unum.*—6 Guelf. 1. Schutz. et Harl. *ego ineptum esse me minime;* quam lect. probat Heusinger. ad Cic. de Offic. II. 22. *ineptum me* Oxon. U. Censor Lips. malit, *ego me ineptum esse m. velim.*—7 Ita Joan. Wag. Gonv. Magd. Harl. 2. Erl. 1. 2. Rom. Kob. *id ipsum dicere* Oxon. U Z δ, (sed in δ additur *id* a nupera manu,) Oxon. ε, Grut. et vulgg. ante Ernesti. Mox, *nunquam non sit ineptum* Erl. 2.

Cap. XXV. 1 Erl. 1. *Sic igitur inquit sentio Crassus;* Erl. 2. Pannart. Val-

## NOTÆ

[r] *Solebam in prensando*] Id paulo fusius explicat Val. Max. l. IV. c. 5. 'Consulatum petens L. Crassus, cum omnium candidatorum more circum forum supplex populo ire cogeretur, nunquam adduci potuit, ut id præsente Q. Scævola, gravissimo et sapientissimo viro, socero suo, faceret. Itaque rogabat eum ut a se, dum ineptæ rei deserviret, discederet: majorem verecundiam dignitatis ejus, quam candidæ togæ suæ respectum agens.'

[s] *Naturam*] Consule not. in § 15. hujus libri.

mum, atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam: neque vero istis, de quibus paulo ante dixit Antonius, scriptoribus artis, rationem dicendi et viam, sed naturam defuisse.[e] Nam et animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui et ad excogitandum[2] acuti, et ad explicandum ornandumque sint uberes, et ad memoriam firmi atque diuturni. 114. Et si quis est,[3] qui hæc putet arte accipi posse, (quod falsum est; præclare enim se res habeat, si hæc[f] accendi, aut commoveri arte possint: inseri quidem, et donari ab arte non possunt omnia; sunt enim[4] illa dona naturæ) quid de illis dicet, quæ certe cum ipso homine nascuntur? linguæ solutio,[g] vocis sonus, latera, vires,[5] conformatio quædam et figura totius oris et corporis? 115. Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare[6] [1] non possit: (neque enim ignoro, et quæ bona sint, fieri meliora

[e] *Tisiæ et Coraci artis rhetoricæ inventoribus non institutiones oratoriæ, sed ingenium defuit.*

[f] *Hæc quæ natura largitur.* [g] *Expedita ad dicendum lingua.*

darf. s. l. et a. Mediol. Ascens. Rom. Kob. *Sic, inquit igitur Crassus sentio;* Junt. Crat. Streb. Pearc. *Sic igitur sentio, inquit Crassus;* Lallem. Gronov. Verburg. *Sic igitur censeo, inquit Crassus.*—2 Oxon. Z γ, Erl. 2. *cogitandum.*—3 ‘Nov. Bal. Harl. 2. Wag. et Cant. itemque edd. Rom. Kob. Ven. Mediol. et Lamb. habent *sed si quis est.*’ Pearc. ‘At minus bene. Teste Mull. in Disp. Cit. p. 15. edd. princeps s. l. et a. atque Valdarser. totum locum ita exhibent, *Sed quis est, qui hæc putet . . . posse? Quod falsum est, præclare enim res se habet, . . . omnia; . . . naturæ: quid de illis dicam . . . corporis? Neque enim h. i. d. ut a. aliquos l. n. p. . . . bona sunt . . . oratorum numero, &c.* In h. l. ita quoque variant libri: *hæc putat arte* Oxon. U, Erl. 1. 2. Rom. et Kob. *percipi* Oxon. ε; *hac percipi p. id falsum est, . . . non possint omnia* Oxon. U; *se res habet* Rom. Kob. *quid de illis dicam* Erl. 1. 2. Oxon. U β δ ε, Rom. Kob. et Ald. *latera, aures, conform.* Erl. 1. 2. Oxon. U; *Neque enim hæc . . . aliquos limare* Erl. 1. 2. Oxon. U Z, Rom. et Kob. *quæ bona sunt* Rom. Kob. *quæ optima non aliquo* Erl. 1. *in orat. numero ven. n. p.* Rom. et Kob.’ *Harl.*—4 ‘*Non possunt; omnia sunt enim, &c.*] Ita cum Ascens. locum interpungo; nec aliter Cant. Joan. et Harl. 1. 2. in quibus vox *omnia* cum majuscula litera initiali scribitur.’ *Pearc.* Ernesti malebat deleri *omnia.* Schutz. illa verba, *omnia; sunt enim illa dona naturæ,* plane delevit. In eadem sententia versatur Wetzel. qui cum Grutero voc. *omnia . . . naturæ* uncis inclusit. Atque cum Wetzelio F. C. Wolf. ad versionem p. 468. voc. *omnia* contendit esse glossam, saltem conjungi non debere cum τῷ *possunt.*—5 ‘Sic fere libri et scripti et impressi. Fortasse sic sananda est sententia, *linguæ solutio, vocis sonus, laterum vires, confirmatio quædam et figura totius oris et corporis.* Joan. a nupera tamen manu, habet *laterum vires.*’ Pearc. Erl. 1. *latera, aures, conformatio;* et sic quoque in cod. Oxon. U, et Erl. 2. a pr. m. sed a m. sec. cor-

NOTÆ

[1] *Ut ars aliquid limare*] Ars naturæ dotes perficit, corrigit vitia, ut liquet

posse doctrina; et quæ non optima, aliquo modo acui tamen et corrigi posse:) sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu, motuque corporis vasti[h] atque agrestes, ut, etiamsi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum[7] venire non possint. Sunt autem quidam ita in iisdem rebus habiles, ita naturæ muneribus ornati,[8] ut non nati, sed ab aliquo Deo ficti esse videantur. 116. Magnum quoddam est onus[9] atque munus, suscipere, atque profiteri, se esse, omnibus silentibus, unum maximis de rebus, magno in conventu hominum, audiendum. Adest enim fere nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente, quam recta videat: ita, quicquid est, in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda sunt, obruit. 117. Neque hæc in eam sententiam disputo, ut homines adolescentes, si quid naturale forte non habeant,[i] omnino a dicendi studio deterream. Quis enim non videt,[10] C. Cœlio,[u] æquali meo,[j] magno honori fuisse, homini novo,[k][11] illam ipsam, quamcumque assequi

[h] *Incompositi in gestu.* [i] *Si quo naturæ dono careant.*
[j] *Qui ejusdem mecum fuit ætatis.* [k] *Cujus majores nobiles non fuerunt.*

rectum est *vires*.—6 Joan. Harl. 1. Gonv. Rom. Kob. Ven. et Mediol. *aliquos limare*. Erl. 1. 2. *Neque enim hæc ita dico, ut a. aliquos, &c.* Mox, Erl. 1. 2. Rom. Kob. *quæ bona sunt*. Deinde, Erl. 1. *quæ optima non aliquo*.—7 Rom. et Kob. *in orat. numero*.—8 Ita Cant. Wag. Gonv. Nov. Bal. Mag. Mead. Harl. 1. 2. Joan. Erl. 1. 2. Rom. C. Steph. Ven. Mediol. et Lamb. *ita hisdā rebus habiles, &c.* Kob. Vulgata lectio, jam ab Aldo edita, sic se habet, *ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati*. Vid. Nott. Varr. Mox, loco *ficti* in Erl. 1. 2. extat *electi*; Ernesti conj. *facti*. Idem post *non nati* excidisse *ad dicendum* arbitratur.—9 *Magnum quiddam est, onus* Junt. Crat. Victor. *Magnum quiddam est, hoc onus* al. ap. Harl. Mox, *ac profiteri* Nizol. legit, probatque Schutz. ne bis recurrat *atque*. Oxon. U, *qui non*, loco *quin in*. Oxon. Z β γ δ ε, *et vitia judicet, quam r. v.* Erl. 1. *indicet*.—10 Ita Bal. Nov. Gonv. Norf. Mag. Mead. et Joan. Erl. 2. et Erl. 1. a m. pr. *videat* Erl.

NOTÆ

exemplo Demosthenis. Ad eloquentiam et ingenio et arte opus est, quod ad poësim requirebat Horatius in Arte, 'Natura fieret laudabile carmen, an arte, Quæsitum, est; ego nec studium sine divite vena, Nec rude quid prosit video ingenium: alterius sic Altera poscit opem res, et conjurat amice.'

[u] *C. Cœlio*] De quo Tullius agit in Bruto; ut et de Q. Vario, de quo ibi multo sentit honorificentius quam hoc libro.

potuerit, in dicendo mediocritatem? Quis vestrum æqualem,[12] Q. Varium, vastum hominem atque fœdum, non intelligit, illa ipsa facultate, quamcumque habet,[13] magnam esse in civitate gratiam consecutum? XXVI. 118. Sed quia de oratore quærimus, fingendus est nobis oratione nostra, detractis omnibus vitiis, orator, atque omni laude cumulatus.[1] Neque enim, si multitudo litium, si varietas causarum, si hæc turba, et barbaria forensis[l] dat locum vel vitiosissimis oratoribus, idcirco nos hoc,[m] quod quærimus, omittemus. Itaque[2] in iis artibus, in quibus non utilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, quam diligenter, et quam prope fastidiose judicamus! Nullæ enim lites,[v] neque controversiæ sunt, quæ cogant homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. 119. Est igitur oratori diligenter providendum, non uti illis satisfaciat, quibus necesse est:[n] sed ut iis admirabilis esse videatur, quibus libere liceat judicare.[o] Ac, si[3] quæritis, plane, quid sentiam, enuntiabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui, et tacendum putavi. Mihi etiam, quique optime dicunt,[4] quique id facillime atque ornatissime facere possunt, tamen, nisi timide ad dicendum

[l] *Indocta judicum et litigatorum turba.*
[m] *Quæ sint oratoris perfecti dotes.*
[n] *Quorum causam agit.* [o] *Ceteris auditoribus.*

1. a m. sec. Rom. Kob. Ald. Grut.—11 'Gronov. lectionem cod. Joan. pro verissima amplectitur *fuisse omnino illam*, cui consensit Harl. 1.' *Pearc.* Ita quoque Erl. 1. 2. *homini novo* Rom. Kob. Ald.—12 Bod. Harl. 2. Gouv. Erl. 2. Rom. Kob. Ald. Junt. Victor. Lamb. Grut. *æqualem meum;* Erl. 1. *æqualem meumque.* Car. Steph. testatur, vocem *meum* a quibusdam veteribus libris abesse.—13 Erl. 1. 2. Rom. Kob. Omnib. et Gronov. *habuit.*

Cap. xxvi. 1 Ita Cant. Nov. Gouv. Bod. Mag. Wag. Mead. Harl. 2. Ven. Asc. Streb. Man. Lambin. R. Steph. Rom. Kob. *cumulandus* Erl. 1. 2. et vulgg. ante Pearc.—2 *Itaque* ab hoc loco maxime aliena videtur Mullero. 'Fidenter igitur, ait, lego *Atque*, quod nexus postulat, et propter compendiariam scriptionem facile mutari potuit.'—3 *At si* conj. Harl.—4 Schutz. et

NOTÆ

[v] *Nullæ enim lites*] Hæc est Crassi sententia. Oratores malos ferimus, propterea quod litibus et forensi negotio carere homines non possunt, aut etiam nolunt: theatro autem et ejusmodi artibus, in quibus est tantum oblectatio, possunt carere; unde malos actores pati non possunt.

accedunt, et in exordienda [5] oratione perturbantur,[w] pæne impudentes videntur: tametsi id accidere non potest.[p] 120. Ut enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, variosque eventus [x] orationis, expectationemque hominum pertimescit. [*p.* 95.] Qui vero nihil potest dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere atque edere, is mihi etiamsi commovetur [6] in dicendo, tamen impudens videtur. Non enim pudendo,[q] sed non faciendo id, quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus.[r] 121. Quem vero non pudet (id quod in plerisque video) hunc ego non reprehensione [s] solum, sed etiam pœna [t] dignum puto. Equidem et in vobis animadvertere soleo, et in me ipso [7] sæpissime experior, ut exalbescam [u] in principiis dicendi, et tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. Adolescentulus vero sic initio accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium

[p] *Quamvis id fieri non possit, ut, qui optime dicit, in exordio non perturbetur.*
[q] *Pudorem tantummodo ac metum significando.*
[r] *Facere debemus, ne videamur ac dicamur impudentes.*
[s] *Quæ pœna est animi.* [t] *Corporis.* [u] *Pallore.*

Harl. *qui quam optime;* Erl. 1. 2. *quoque optime.*—5 Sic Rom. Kob. Ald. Pearc. Schutz. et Harl. *ordienda* Erl. 1. 2. Gronov. Pro *accedunt*, Oxon. α habet *accedant.* Tum *statim perturbentur* Oxon. ε. *id non accidere non potest* Man.—6 Ita Erl. 1. 2. at *commoveatur* Oxon. δ, Rom. Kob. W. et ceteræ edd. ante Ald. *commoveretur* Oxon. Z.—7 Pearc. in ed. 2. *in me ipse.* Paulo ante, *animum advertere,* pro *animadvertere,* Erl. 1. 2. Oxon. U. Mox, pro *exalbes-*

## NOTÆ

[w] *Perturbantur*] Id de se ipse Cicero fatetur orat. in Q. Cæcilium, quæ Divinatio dicitur: 'Ita Deos mihi velim propitios, ut, cum illius diei mihi venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco.' Et pro Deiotaro: 'Cum in omnibus causis gravioribus initio dicendi commoveri soleam vehementius, quam videtur vel usus, vel ætas mea postulare; tum in hac causa ita me multa perturbant, ut quantum mea fides studii mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat.'

[x] *Varios eventus*] Ita nonnunquam perturbantur egregii oratores, ut in dicendo hæreant. Obmutuit Demosthenes præsente Philippo Macedonum rege: obmutuit Theophrastus apud Athenienses orationem habiturus. Cicero ipse, exceptus acclamatione Clodianorum, ut refert Asconius, non ea, qua solitus erat, constantia dixit.

Q. Maxime[y] debuerim, quod continuo consilium[v] dimiserit, simulac me fractum ac debilitatum metu viderit.

122. Hic omnes assensi, significare inter sese, et colloqui cœperunt:[8] fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non modo non[9] obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset.[w] XXVII. Tum Antonius, Sæpe, ut dicis, inquit, animadverti, Crasse, et te, et ceteros summos oratores, quanquam tibi par, mea sententia, nemo unquam fuit, in dicendi exordio permoveri. 123. Cujus quidem rei cum causam quærerem, quidnam esset, cur, ut in quoque oratore plurimum esset,[x][1] ita maxime is pertimesceret, has causas inveniebam duas: unam, quod intelligerent ii, quos usus ac natura docuisset, nonnunquam summis oratoribus non satis ex sententia eventum dicendi[2] procedere: ita non injuria,[y] quotiescumque dicerent, id, quod aliquando posset accidere, ne tum accideret, timere.[3] 124. Altera est hæc, de qua queri sæpe soleo; ceterarum homines artium spectati et probati,[4] si quando aliquid minus bene fecerunt, quam solent, aut noluisse, aut valetudine impediti non potuisse consequi, id quod scirent, putantur: 125. noluit, inquiunt, hodie agere[z] Roscius;[z] aut, crudior fuit:[a] oratoris peccatum, si quod

[v] *Consessum judicum.* [w] *Quia probitatem ejus ostendebat.*
[x] *Ut quisque orator eloquentissimus esset.* [y] *Non immerito.*
[z] *In theatro dicere.* [a] *Stomacho laboravit propter cibos non concoctos.*

*cam*, Erl. 1. 2. Rom. Kob. Ald. *expallescam*.—8 Pearc. *assensum significare et colloqui inter se cœperunt.* Ven. Mediol. Lamb. Rom. Kob. et ed. 1497. voces *inter se* subjiciunt voci *colloqui*. Harl. 2. habet *assensum*. Lectio nostra extat in Erl. 1. 2.—9 Sic Rom. Kob. Ald. et recentt. sed codd. Erl. 1. 2. et al. ap. Grut. omittunt *non modo;* Memmiani alterum *non* respuunt; atque Gruterus ait, utramque lectionem habere, quo se defendat.

Cap. XXVII. 1 'Videtur aliquid deesse.' *Ernest.* Erl. 1. *cur in quoque or. pl. esset;* Erl. 2. *cur quo in orat. pl. posset.*—2 Voc. *eventum dicendi* delent Gulielm. et Grut. Mox, *ne tum illud ipsum accideret,* maluerunt Lambin. in ora, et ex eo Gothofr. et sic in Oxon. α; *ne illud ipsum* in cod. Erl. 2. Oxon. γ, et ed. Ven. 1470. *ne illo ipso* Oxon. Z.—3 'Forte legendum est *timerent.* Favet conjecturæ Harl. 2. qui habet *timeret.*' Pearc.—4 Oxon. Z, *de cetera*

## NOTÆ

[y] *Q. Maximo*] Q. scilicet Fabio Maximo Serviliano, qui consulatum gessit A. U. C. 611. deinde censuram a. 627. ante Chr. 127.

[z] *Roscius*] Insignis ætate Ciceronis histrio, de quo plura in his et aliis libris oratoriis Tullius.

est [5] animadversum, stultitiæ [b] peccatum videtur. Stultitia autem excusationem non habet: quia nemo videtur, aut quia crudus fuerit, aut quod ita maluerit, stultus fuisse. Quo etiam gravius judicium in dicendo subimus. Quoties enim dicimus, toties de nobis judicatur: et, qui semel in gestu peccavit, non continuo existimatur nescire gestum; cujus autem in dicendo [6] aliquid reprehensum est, aut æterna in eo, aut certe diuturna valet opinio tarditatis.[c] XXVIII. 126. Illud vero, quod a te dictum est, esse permulta, quæ orator nisi a natura haberet, non multum a magistro adjuvaretur: valde tibi assentior, inque eo vel maxime probavi summum illum doctorem, Alabandensem [a] Apollonium, qui, cum mercede doceret, tamen non patiebatur, eos, quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud sese perdere, dimittebatque: et ad quam quemque artem [1] putabat esse aptum, ad eam impellere atque hortari solebat. 127. Satis est enim ceteris [2] artificiis percipiendis, tantummodo similem esse hominis; [d] et id, quod tradatur, vel etiam inculcetur, si quis forte sit tardior, posse percipere animo, et memoria custodire: non quæritur mobilitas linguæ, non celeritas verborum, non denique ea, quæ nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus.

[b] *Ignorantiæ.*
[c] *Aut semper aut diu opinantur homines eum esse tardum et malum oratorem.*
[d] *Præditum esse ratione, ut ceteri homines præditi sunt.*

*homines artium spectanti et probanti;* Oxon. ε, *probati de cœtu hominum.*—5 Oxon. Z, *si quidem est.* Mox, *animo adversum* Oxon. U.—6 Schutz. auctoritate codd. Guelf. 2. 3. particulam *autem*, quæ sæpe elegantius supprimitur, omisit, et laudavit Gronov. ad Heren. IV. 14. Sed in codd. Erl. et edd. vett. illa est expressa. In codd. tamen Erl. 2. Oxon. U Z, legitur *Qui autem in dicendo quid reprehensus est.*

CAP. XXVIII. 1 Ita Guelf. 1. duo ap. Lamb. Ven. Mediol. Streb. et Manut. *ad quamque artem* Guelf. 2. 3. Erl. 1. 2. *ad quamcumque artem* codd. Palat. Rom. Kob. Ald. Grut. et vulgg.—2 Guelf. 1. *Satis esse in ceteris;* Erl. 1. Oxon. U, Rom. et Kob. *Satis est enim in ceteris;* Erl. 2. *Satis ei esse in ceteris;* Guelf. 1. Oxon. Z γ, *artificiis perficiendis.* Mox, Guelf. 2. *ad id quod traditur;* Guelf. 3. *et id quod tradetur;* Erl. 2. *id quod tradatur vel leticiam inculcatur;*

NOTÆ

[a] *Alabandensem*] Ex Alabanda, quæ urbs est Asiæ Minoris in Caria. Alius Apollonius Molo, cujus supra meminit, Rhodius fuit.

128. In oratore autem acumen dialecticorum,[b] sententiæ[3] philosophorum, verba prope poëtarum, memoria jurisconsultorum, vox tragœdorum, gestus pæne summorum actorum est requirendus. Quamobrem nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri potest: quæ enim, singularum rerum artifices singula si mediocriter adepti sunt, probantur, ea, nisi omnia summa sunt[4] in oratore, probari non possunt.

129. Tum Crassus, Atqui vide, inquit, in artificio[e] perquam tenui[5][c] et levi, quanto plus adhibeatur diligentiæ, quam in hac re, quam constat esse maximam. Sæpe enim soleo audire Roscium, cum ita dicat, se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem: non quo non essent quidam probabiles, sed quia, si aliquid modo esset vitii, id ferre ipse non posset. Nihil est enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quam id, in quo aliquid offenderis.[f] 130. Itaque ut[6] ad hanc similitudinem hujus histrionis, oratoriam laudem dirigamus,[g] videtisne, quam nihil ab eo, nisi perfecte, nihil nisi

[e] *Histrionum arte.*
[f] *Quam si peccatum admiseris quo alii offenduntur.*
[g] *Ut judicemus de oratore perfecto comparatione illius cum Roscio instituta.*

Oxon. U, *tardatur ut leticiam;* et dein, *traditor* loco *tardior.*—3 Erl. 2. Oxon. U, *scientia.* Mox, *verba prudentium poëtarum* Oxon. U Z ε; *verba prudentum poëtarum* Erl. 2. *prope,* et inter lin. *prudentium,* Oxon. δ; *prope prudentium* Oxon. β. Mox, *gestum pæne summo citatiorem* Oxon. U, Erl. 2. in quo cod. Erl. actutum sequitur, *non sane mihi displicet adhibere* in cap. 34. nam magna est lacuna; desunt enim loca plura ab hoc loco usque ad cap. 34. § 156. atque post verbum *adhibere* sequitur, *Si tri fuïs adeptus est istam locorum simulacrorum rationem quæ in arte traditur, &c.* Mox, magna lacuna est etiam in Oxon. U, omissis omnibus a *Quamobrem* usque ad *ea exercitatione,* cap. 34. § 157.—4 'Suavius legitur in Erl. 1. et Guelf. 3. *omnia sunt summa.*' Harl.—5 Guelf. 2. 3. *opera tenui;* sed Erl. 1. Oxon. δ, edd. Rom. Kob. Ald. Omnib. Nizol. *opera quam tenui;* Oxon. α β γ, *artificio opera;* Oxon. δ, *artificio et opera.* Paulo post, *id facere ipse non posset* Oxon. α a prima manu, sed correctum est

## NOTÆ

[b] *Dialecticorum*] Quorum propria est subtilitas: profitentur enim artem disserendi, cujus finis est verum a falso distinguere.

[c] *Artificio perquam tenui*] Non alia vilior, si servitia exceperis, quam histrionum fuit apud Romanos conditio. Nonnullis imperatorum legibus infames declarantur in cod. Justinian. l. xi. tit. 41. aliis tamen ab infamia vindicari videntur.

cum summa venustate fiat? nihil nisi ita, ut deceat, et uti omnes moveat atque delectet? Itaque hoc jamdiu est consecutus, ut, in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere[7] Roscius diceretur. Hanc ego absolutionem perfectionemque in oratore desiderans, a qua ipse longe absum, facio impudenter: mihi enim volo ignosci, ceteris ipse non ignosco.[h] Nam qui[8] non potest, qui vitiose facit, quem denique non decet, hunc (ut Apollonius jubebat) ad id,[i] quod facere possit, detrudendum puto.

XXIX. 131. Num tu igitur,[1] inquit Sulpicius, me, aut hunc Cottam, jus civile,[d] aut rem militarem jubes discere? nam quis ad ista summa, atque in omni genere perfecta, potest pervenire? Tum ille, Ego vero, inquit, quod in vobis egregiam quandam ac præclaram indolem ad dicendum[2] esse cognovi, idcirco hæc exposui omnia: nec magis ad eos deterrendos, qui non possent, quam ad vos, qui possetis, exacuendos accommodavi orationem meam: et quanquam in utroque vestrum summum esse ingenium studiumque perspexi, tamen hæc, quæ sunt in specie posita,[e] de quibus plura fortasse dixi, quam solent Græci dicere, in te, Sulpici, divina sunt. 132. [*p.* 96.] Ego enim neminem, nec motu corporis, neque ipso habitu atque forma aptiorem, nec voce pleniorem, aut suaviorem mihi videor audisse; quæ quibus a natura minora data sunt, tamen illud assequi possunt, ut iis, quæ habeant,[3] modice et scienter utantur,

[h] *Qui hac perfectione caream, et iis qui carent non parcam, sed ad alias artes etiam invitos traduci velim.*
[i] *Ad aliquid aliud.*

*ferre.*—6 *Atque ut* Herel. ap. Harl.—7 Unus ap. Orell. *in eo genere.*—8 *Tamen qui* conj. Purgold.
Cap. XXIX. 1 *Num igitur* Guelf. 2. Mox, *ad ipsa summa* Mull.—2 Idem *discendum;* et mox *possunt* errore typogr.—3 Guelf. 3. Erl. 1. Rom. Kob. *quæ habent*, quod recepit Harl. Paulo ante, *tamen qui illud* Oxon. α β γ δ ε.

NOTÆ

[d] *Jus civile*] Tribus scilicet artibus operam vulgo dare solebant nobiles Romani, aut eloquentiæ, aut jurisprudentiæ, aut militiæ.

[e] *Quæ sunt in specie posita*] Quæ pertinent ad quandam corporis dignitatem, ut actio, vox, motus, et conformatio corporis.

et ut ne dedeceat.[j] Id enim est[4] maxime vitandum, et de hoc uno minime est facile præcipere, non mihi modo, qui sicut unus paterfamilias,[k] his de rebus loquor, sed etiam ipsi illi Roscio; quem sæpe audio dicere, caput esse artis, decere: quod tamen unum id esse,[5] quod tradi arte non possit. 133. Sed, si placet, sermonem alio transferamus,[6] et nostro more aliquando, non rhetorico, loquamur.[l]

Minime vero, inquit Cotta: nunc enim te jam[7] exoremus necesse est, quoniam retines nos in hoc studio, nec ad aliam dimittis artem, ut nobis explices, quicquid est istud,[8] quod tu in dicendo potes: neque enim sumus nimis avidi: ista tua mediocri[f] eloquentia contenti sumus, idque ex te quærimus, (ut ne plus nos assequamur, quam quantulum[9] tu in dicendo assecutus es,) quoniam, quæ a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis[m] deesse nobis, quid præterea esse assumendum[n] putes? XXX. 134. Tum Crassus arridens, Quid censes, inquit, Cotta, nisi studium, et ardorem quendam amoris? sine quo cum in vita nihil quicquam[1] egregium, tum certe hoc, quod tu expetis, nemo unquam assequetur. Neque vero vos ad eam rem video esse cohortandos:[2] quos, cum mihi quoque sitis molesti, nimis etiam flagrare intelligo cupiditate. 135. Sed profecto studia nihil prosunt perveniendi aliquo, nisi illud, quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoris. Quare, quoniam mihi levius quoddam onus imponitis, neque ex me de oratoris arte, sed de hac mea, quantulacumque est, facultate

[j] *Ut ne peccent contra decorum.* [k] *Non sicut artis magister in schola.*
[l] *Omittamus sermonem de præceptis oratoriis, et loquamur de iis rebus de quibus quotidie solemus inter nos loqui.*
[m] *Non omnino.* [n] *Addendum.*

—4 *Id est enim* Schæfer.—5 St. ap. Orell. *esset.*—6 Sic Erl. 1. sed *transferemus* Guelf. 3.—7 'Est, qui legit *te etiam*, ne duo coëant adverbia temporis.' *Pearc.*—8 Guelf. 3. Erl. 1. *illud.*—9 Voc. *quantulum* abest in Guelf. 3.
CAP. XXX. 1 Huldric. conj. *quisquam.*—2 Guelf. 2. 3. Rom. Kob. *adhortan-*

NOTÆ

[f] *Ista tua mediocri*] Ironice dictum: tua tibi videtur eloquentia mediocris, nobis maxima.

quæritis, exponam vobis quandam, non[3] aut perreconditam, aut valde difficilem, aut magnificam, aut gravem rationem consuetudinis meæ, qua quondam solitus sum uti, cum mihi in isto studio[4] versari adolescenti licebat. 136. Tum Sulpicius, O diem, Cotta, nobis, inquit, optatum! quod enim neque precibus unquam, nec insidiando,[o] [5] nec speculando assequi potui,[p] ut, quid Crassus ageret, meditandi aut dicendi causa, non modo[6] videre mihi, sed ex ejus scriptore[g] et lectore Diphilo suspicari liceret;[7] id spero nos esse adeptos, omniaque jam ex ipso, quæ diu cupimus, cognituros.

XXXI. 137. Tum Crassus, Atqui[8] arbitror, Sulpici, cum audieris, non tam te hæc admiraturum, quæ dixero, quam existimaturum, tum, cum ea audire cupiebas, causam, cur cuperes, non fuisse. Nihil enim dicam reconditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. Nam principio illud, quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum, non negabo me ista omnium communia et contrita[q] [9] præcepta didicisse: 138. primum, oratoris officium esse, dicere ad persuadendum accommodate: deinde, esse omnem orationem aut de infinitæ rei quæstione,[10] [h] sine designatione personarum et

[o] *Omnia clam tentando.*
[p] *Aditus omnes quibus id consequi possem vestigando.*
[q] *Pervulgata.*

*dos;* Erl. 1. *exhortandos.*—3 Ita tres codd. ap. Grut. et Lamb. in marg. ed. 1584. *non quandam* Guelf. 2. 3. Erl. 1. edd. vett. et Lamb. in ed. 1566.—4 Spalding. Quintil. tom. I. p. lxxix. conj. *stadio.* Mox, pro *adolescenti,* quod servat Erl. 1. *adolescentem* habet Guelf. 2.—5 Bipont. *nec insinuando.* Unus ap. Orell. *neque i, neque, &c.*—6 Voc. *modo* suspectum Mullero. Wolf. ad versionem suam German. p. 470. corrigendum censet, *non videri mihi, sed modo, &c.*—7 'Legendum putavit G. Rosse, *Diphilo ne suspicari liceret.*' Pearc.

CAP. XXXI. 8 *Atquin* Lamb. in marg. ed. 1584.—9 Unus ap. Orell. *communia contrita.* Paulo ante, *liberaliter educato* Oxon. δ.—10 'Forte, *de infinita rei quæstione.*' Pearc. Mox, *et temporum* desunt in Guelf. 2. *aut temporum* habent

NOTÆ

[g] *Ejus scriptore*] Romani studiis literarum addicti, ut parcerent operæ, servos habebant quibus ad scribendum et legendum uterentur. Id Ciceroni Tyro, Crasso Diphilus præstabat.

[h] *De infinitæ rei quæstione*] Quæstio est argumentum orationis, sive id

temporum; aut de re certis in personis ac temporibus locata. 139. In utraque autem re [r] quicquid in controversiam veniat, in eo quæri solere, aut factumne sit,[i] aut, si est factum, quale sit, aut etiam quo nomine vocetur, aut, quod nonnulli addunt, rectene factum esse videatur. 140. Existere autem controversias etiam, ex [11] scripti interpretatione,[j] in quo aut ambigue [k] quid sit scriptum, aut contrarie, aut ita, ut a sententia scriptum dissideat: his autem omnibus partibus subjecta quædam esse argumenta propria. 141. Sed causarum, quæ sint [12] a communi quæstione sejunctæ,[s] partim in judiciis [l] versari, partim in deliberationibus: esse etiam genus tertium, quod in laudandis aut vituperandis hominibus poneretur: certosque esse locos, quibus in judiciis uteremur, in quibus æquitas quæreretur: [13] alios in deliberationibus, qui omnes ad utilitatem dirigerentur eorum, quibus consilium daremus: alios item in laudationibus, in quibus ad personarum dignitatem omnia referrentur. 142. Cumque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes [m] distributa, ut deberet reperire

[r] *In utroque quæstionis genere.*
[s] *Quæ finitæ sint ac certis circumstantiis alligatæ.*

Guelf. 3. Rom. et Kob.—11 Unus ap. Orell. *existere etiam controversias ex.* Mox, Guelf. 2. 3. Erl. 1. Oxon. β δ ε, Rom. Kob. *scriptura dissentiat;* Oxon. α γ, *dissentiat quæritur.* Deinde, Guelf. 2. *subjecta esse quædam.* 'Forsan suavius.' *Harl.*—12 Guelf. 3. *quæ sunt.*—13 'Sic Strebæus bene edidit.' *Pearc.* *quæritur* Erl. 1. Guelf. 2. 3. et edd. vett. item Lamb. et Grut. Mox, *alios*

NOTÆ

de quo quæritur. Ea quæstio, si nullis definita est circumstantiis personarum, loci, temporis, &c. vocatur infinita, et vulgo thesis, interdum etiam locus communis; v. g. an bellum sit gerendum. Si designantur personæ, locus, tempus, &c. vocatur quæstio definita, seu hypothesis, causa, controversia; v. g. an contra Cæsarem bellum sit gerendum. Vide Top. § 79. &c.

[i] *Aut factumne sit*] Hæc pertinent ad causarum constitutiones, de quibus dictum in notis ad Herenn. I. § 18.

[j] *Ex scripti interpretatione*] De qua consule l. II. ad Herenn. § 13. et 14.

[k] *Aut ambigue*] Vide lib. eundem § 16.

[l] *Partim in judiciis*] De triplici genere, judiciali, deliberativo, et exornativo diximus l. I. ad Herenn. § 2.

[m] *In quinque partes*] Inventionem scilicet, dispositionem, exornationem, memoriam, et actionem.

primum, quid diceret:[14] deinde inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque judicio dispensare[t] atque componere:[15] tum ea denique vestire atque ornare oratione: post memoria sepire:[u] ad extremum agere cum dignitate ac venustate.[16] 143. Etiam illa cognoram, et acceperam, antequam de re diceremus, initio conciliandos[n] eorum esse animos, qui audirent: deinde rem demonstrandam: postea controversiam constituendam: tum id, quod nos intenderemus, confirmandum: post, quæ contra dicerentur, refellenda: extrema autem oratione, ea, quæ pro nobis essent, amplificanda et augenda; quæque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda. XXXII. 144. Audieram etiam quæ de orationis ipsius ornamentis traderentur; in qua[1] præcipitur primum, ut pure et Latine loquamur: deinde ut plane et dilucide: tum ut ornate: post ad rerum dignitatem apte et quasi decore: singularumque rerum præcepta cognoram. 145. Quinetiam, quæ maxime propria essent naturæ, tamen his ipsis[2] artem adhiberi videram: nam de actione et de memoria quædam brevia, sed magna cum exercitatione præcepta[3] gustaram. In his enim fere rebus omnis[4] istorum artificum[v] doctrina versatur, quam ego si nihil dicam adjuvare, mentiar: habet enim quædam quasi ad commonendum oratorem, quo quidque referat, et quo intuens, ab eo, quodcumque sibi proposuerit, minus aberret. 146. [*p.* 97.] Verum ego hanc vim intelligo esse in præceptis omnibus, non ut ea secuti

[t] *Disponere.*
[u] *Memoria conservare et quasi claudere.*
[v] *Dicendi magistrorum.*

*item, quibus in, &c.* unus ap. Orell.—14 Guelf. 2. *quid diceret.* Mox, *re inventa* Guelf. 2. 3. *rem inventam* al. ap. Orell.—15 Junt. *atque disponere.* Mox, *atque ordinare* Guelf. 2. *a. ornare dictionem* Guelf. 3.—16 Junt. *et venustate.*

CAP. XXXII. 1 Schutz. in ed. maj. *in quo.*—2 Al. vett. ap. Orell. *in his ipsis.*—3 ‘Ms. Bod. habet *percepta.* Suspicor, Cic. scripsisse, *cum exercitatione percepta præcepta gustaram;* utraque vox hic necessaria videtur.’ *Pearc.* Hanc susp. improbat Ernest.—4 Guelf. 2. *in his enim fere rebus omnibus omnis.*

NOTÆ

[n] *Initio conciliandos*] Partes orationis designat, exordium, narrationem, propositionem, confirmationem, refutationem, ac perorationem.

oratores, eloquentiæ laudem sint adepti, sed, quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam observasse, atque id egisse:[w] [5] sic esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen, ut ante dixi, non ejicio: est enim etiamsi minus necessarium ad bene dicendum, tamen ad cognoscendum non illiberale.[x] 147. Et exercitatio quædam [6] suscipienda vobis est: quanquam vos quidem jampridem estis in cursu:[y] sed ii, qui ingrediuntur in stadium,[z] quique ea, quæ agenda sunt in foro, tanquam in acie,[o] possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra prædiscere ac meditari. 148. Hanc ipsam, inquit Sulpicius, nosse volumus: attamen [7] ista, quæ abs te breviter de arte decursa sunt, audire cupimus, quanquam sunt nobis quoque non inaudita. Verum illa mox: nunc, de ipsa exercitatione quid sentias, quærimus.

XXXIII. 149. Equidem probo ista, Crassus inquit,[1] quæ vos facere soletis, ut, causa aliqua posita consimili causarum earum, quæ in forum deferuntur, dicatis quam maxime ad veritatem accommodate: sed plerique in hoc vocem

[w] *Rebus observatis usos fuisse.*
[x] *Homine liberaliter educato dignum.*
[y] *Ista exercitatione jampridem utimini.*
[z] *Qui incipiunt studere eloquentiæ.*

—5 'Corruptam esse lect. vix est, qui non videat. Manutius edidit *atque delegisse;* male: Lamb. rectius, *atque in artem redegisse.* Sed satis sensui erit, si legamus *atque idem egisse.*' Pearc. Man. ap. Olivet. *atque selegisse.* Ernesti conj. *ad artemque redegisse,* probante Wetzel. Lambini conjecturam comprobat Wolf. 'Parum aberat quin vel Ernesti, vel Schutzii conjecturam in contextum reciperem: Schutz. enim conj. et rescripsit *digessisse,* uti jam Gesner.' *Harl.*—6 *Ea e. quædam* Erl. 1. 2. Guelf. 2. 3. et edd. vett. *At e. quædam* ed. Thanner. et Mull. *Ejus e. quædam* Manut. *Præterea e. quædam* Pearc. ex conj. Lambini; *Et e. quædam* Gulielm. Streb. Schutz. Harl. et Orell. Mox, *sed iis* Junt. Grut. al. ante Ernest. *sed ii* Erl. 1. Deinde, *ingrediuntur ad stadium* Oxon. et Palat. *ad studium* Erl. 1. Rom. Kob. Junt. *in studium* Streb.—7 Guelf. 2. 3. Schutz. et Harl. *ac tamen.*

CAP. XXXIII. 1 Heindorf. conj. *inquit Crassus.* Mox, *causa posita* Ernest.

## NOTÆ

[o] *Tanquam in acie*] Forum comparatur cum acie et prælio: exercitatio vero domestica cum palæstra, in qua milites tirones ludicris certaminibus finguntur ad vera prælia.

modo, neque eam scienter, et vires exercent suas, et linguæ celeritatem incitant,[a] verborumque frequentia delectantur. In quo fallit eos, quod[b] audierunt, 'Dicendo homines, ut dicant, efficere solere.' 150. Vere enim etiam illud dicitur, 'Perverse dicere, homines, perverse dicendo, facillime consequi.' Quamobrem in istis ipsis exercitationibus,[2] etsi utile est, etiam subito[c] sæpe dicere, tamen illud utilius, sumto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. Caput autem est, quod (ut vere dicam) minime facimus, (est enim magni laboris, quem plerique fugimus,) quam plurimum scribere. 'Stylus[p] optimus, et præstantissimus[3] dicendi effector ac magister:' neque injuria: nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit;[d] hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit. 151. Omnes enim, sive artis sunt loci,[4][q] sive ingenii cujusdam atque prudentiæ,[e] qui modo insunt in ea re, de qua scribimus, anquirentibus[5] nobis, omnique acie ingenii contemplantibus ostendunt se[r] et

[a] *Magna celeritate declamant.* [b] *Illud axioma.* [c] *Ex tempore.*
[d] *Si oratio parata præstat extemporali, eadem certe, si fuerit scripta, meditatam duntaxat superabit.*
[e] *Omnia quæ ab arte inveniuntur sive ingenii perspicacia.*

in ed. pr. errore typogr.—2 Guelf. 2. *in ipsis istis exercitationibus.*—3 *Stylus, opt. est præst.* Oxon. γ. Mox, *non injuria* edd. vett.—4 Erl. 1. *sint loci,* probante Harl. Mox, idem codex *cujusdam ac prudentiæ.*—5 Ita Erl. 1. a m. sec. *inquirentibus* Guelf. 2. omnes Oxon. Erl. 1. a m. pr. Junt. Crat. et al. vett.

## NOTÆ

[p] *Stylus*] Proprie significat graphium, hoc est, acum ferream qua Romani veteres cum in obductis cera tabulis scriberent, utebantur ad formandas in cera literas. Hic stylus sumitur pro exercitatione scribendi frequenter et per otium. Vulgo stylus est ipse modus et ratio scribendi seu conformatio certa sententiarum et verborum in oratione; quomodo Ciceronianus, Virgilianusque stylus dicitur. Interdum etiam accipitur pro reprehensione, quo sensu Tullius ait, censorium stylum pertimescere.

[q] *Loci*] Loci oratorii sunt argumentorum sedes; alii intrinseci et in ipsa causa positi, ut definitio, enumeratio partium, &c. alii extrinseci et extra rem ipsam, ut locus a fama, a testibus, &c.

[r] *Ostendunt se*] Triplex scribentium utilitas: inveniunt certius ea omnia quibus probari ac defendi causa potest; illustres sententias seligunt; verba expendunt; quod facere non possunt qui dicunt ex tempore.

occurrunt: omnesque sententiæ, verbaque omnia, quæ sunt cujusque generis maxime[6] illustria, sub acumen styli subeant[f] et succedant necesse est: tum ipsa collocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo, non poëtico, sed quodam oratorio numero et modo. 152. Hæc sunt, quæ clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt, neque ea quisquam, nisi diu[7] multumque scriptitarit,[g] etiamsi vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur: et qui a scribendi consuetudine ad dicendum venit,[h] hanc affert facultatem, ut, etiam subito si dicat,[8] tamen illa, quæ dicantur, similia scriptorum esse videantur; atque etiam, si quando in dicendo scriptum attulerit[i] aliquid, cum ab eo discesserit, reliqua similis oratio consequetur.[j] 153. Ut concitato navigio, cum remiges inhibuerunt,[9][k][s] retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum, intermisso impetu pulsuque remorum: sic in oratione perpetua,[10] cum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum, scriptorum similitudine et vi concitata. XXXIV. 154. In quotidianis autem

[f] *Expendantur ab eo qui scribit accurate ac per otium.*
[g] *Sæpe scripserit.*
[h] *Qui dicit publice postquam privatim scripsit plurima.* [i] *Recitaverit.*
[j] *Licet aliquid dicat non scriptum, simile illi sit quod ante scriptum attulerat.*
[k] *Desierunt remos impellere.*

—6 Oxon. γ, *uniuscujusque generis maximeque.*—7 Unus ap. Orell. *nisi qui diu.* —8 Erl. 1. *subito dicat.*—9 'Lambinus recte notavit legendum *sustinuerunt*, non, ut vulgo, *inhibuerunt.*' Pearc. 'Ernesti, atque in longa nota Schutzius, vindicarunt h. l. vulgatum *inhibuerunt.*' Harl. *adhibuerunt* Erl. 1. In cod. Erl. 2. est magnus foliorum defectus.—10 Voc. *perpetua* deest in Oxon. γ. Mox, *tamen retinet* Guelf.

## NOTÆ

[s] *Inhibuerunt*] In hujus vocis notione deceptum olim se fuisse fatetur Cicero ad Att. XIII. 21. 'Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet: est enim verbum totum nauticum. Quanquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges jussi. Id non esse ejusmodi, didici heri, cum ad villam nostram navis appelleretur. Non enim sustinent, sed alio modo remigant: id ab ἐποχῇ remotissimum est . . . Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem, remigationis navem convertentis ad puppim.'

cogitationibus[l] [1] equidem mihi adolescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime, qua C. Carbonem,[t] nostrum illum inimicum, solitum esse uti sciebam, ut aut versibus propositis quam maxime gravibus, aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem [2] comprehendere,[m] eam rem ipsam, quam legissem, verbis aliis quam maxime possem lectis, pronuntiarem: sed post animadverti, hoc esse in hoc vitii, quod ea verba, quæ maxime cujusque rei propria, quæque essent ornatissima,[3] atque optima, occupasset,[n] aut Ennius,[u] si ad ejus versus me exercerem, aut Gracchus, si ejus orationem mihi forte proposuissem: [4] ita, si iisdem verbis uterer, nihil prodesse; si aliis, etiam obesse, cum minus idoneis uti consuescerem. 155. Postea mihi placuit, eoque sum usus adolescens, ut summorum oratorum Græcas orationes explicarem:[o] quibus lectis hoc assequebar, ut, cum ea, quæ legerem [5] Græce, Latine redderem,[v] non solum optimis verbis uterer, et tamen usitatis, sed etiam exprimerem quædam verba imitando, quæ nova nostris essent,[p] dummodo essent ido-

[l] *Meditationibus ad scribendum.*
[m] *Quantum memoria poteram tenere.* [n] *Prior usurpasset.*
[o] *In sermonem Latinum verterem.*
[p] *Quædam Latina verba de novo facerem ad Græcarum vocum similitudinem formata.*

Cap. xxxiv. 1 Omnes codd. ap. Pearc. item Guelf. 2. 3. Oxon. editio vetustissima Rom. et Kob. *concitationibus;* Manut. Junt. Wetzel. Schutz. Harl. et Orell. *commentationibus;* Erl. 1. *condcconibus;* Vict. Grut. *cogitationibus;* Lamb. et duo ap. Orell. *concertationibus.*—2 Bremius conj. *quo memoria possem.* Mox, *aliis verbis* Lamb.—3 Unus ap. Orell. *quæ maxime essent cujusque r. p. quæque ornatissima.*—4 Guelf. 2. 3. Erl. 1. Oxon. α ε, *posuissem,* quod probasse Heusingerum, annotat Schutzius.—5 Guelf. 3. Oxon. α ε, Erl. 1. Schutz. et Harl. *quæ legeram;* Crat. *quæ legerim.* Bremius conj. *quibus lectis, cum ea, quæ legeram Græce, Latine redderem, non solum hoc asse-*

## NOTÆ

[t] *C. Carbonem*] Qui sibi veneno necem attulit, ut traditur in Bruto.

[u] *Ennius*] De quo diximus in notis ad Herenn. l. ii. § 34. De Graccho Cicero disserit in lib. de Clar. Oratt.

[v] *Quæ legerem Græce, Latine redderem*] 'Hoc veteres oratores optimum judicabant . . . Hoc Cicero sua ipse persona frequentissime præcipit: quinetiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere translatos.' Quintil. x. 5.

nea. 156. Jam vocis, et spiritus, et totius corporis, et ipsius linguæ motus et exercitationes, non tam artis indigent, quam laboris; quibus in rebus habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes velimus esse. Intuendi nobis sunt non solum oratores, sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem pravitatemque veniamus. 157. Exercenda est etiam memoria, ediscendis ad verbum quam plurimis et nostris scriptis et alienis. Atque in ea exercitatione non sane mihi displicet adhibere, si consueris,[6] etiam istam locorum simulacrorumque rationem,[w] quæ in arte traditur. Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili, medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra, atque in aciem[7] forensem:[q] subeundus usus omnium, et periclitandæ vires ingenii;[r] et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est.[s] 158. Legendi etiam poëtæ, cognoscenda historia, omnium bonarum artium scriptores ac doctores[8] et legendi, et pervolutandi, et exercitationis causa laudandi, interpretandi, corrigendi, vituperandi, refellendi;[9] disputandumque de omni re in contrarias partes, et, quicquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, eliciendum atque dicendum.[10] 159. [*p.* 98.] Perdiscendum

[q] *Oportet ut orator, qui se privatim exercuit ad recte et cum dignitate dicendum, idipsum deinde in foro præstet.*
[r] *Experiendum quid possit vis ingenii.*
[s] *Id faciat in aliqua vera causa, quod in fictis causis factitavit.*

*quebar, ut opt. verbis.*—6 Guelf. 2. 3. *si consueveris.* Orell. de Bremii sententia distinxit, *displicet, adhibere si consueris istam, &c.*—7 Cant. Gonv. Joan. Norf. Bod. Nov. Mag. et Erl. 1. *in aciem;* Oxon. U, Rom. Kob. Junt. al. vett. omittunt *in.*—8 Ita Erl. 1. Guelf. 2. 3. Schutz. et Harl. *doctores atque scriptores legendi* Guelf. 1. Mox, idem Guelf. *laudandi et interpretandi.*—9 Voc. *refellendi* omissum est in Guelf. 1.—10 ‘ Vulgo, *eliciendum atque dicen-*

NOTÆ

[w] *Locorum simulacrorumque rationem*] Memoria artificialis, de qua consulendus lib. III. ad Herenn. § 34. maxime in eo continetur, ut loca et imagines quædam animo informentur, quibus velut imponantur et inhæreant ea quorum volumus meminisse. Loca sunt, v. g. domus aliqua, ubi limen, cubicula, fenestræ, &c. Imagines, aliæ sunt hominum et ferarum, aliæ rerum anima et motu carentium, ut arborum, lapidum, &c. quæ imagines certo inter se ordine collocatæ res ipsis affixas facilius exhibent. Vide Fabium XI. 2.

jus civile, cognoscendæ leges, percipienda omnis antiquitas, senatoria consuetudo,[t] disciplina reipublicæ,[u] jura sociorum,[x] fœdera,[y] pactiones, causa imperii[v] cognoscenda est: libandus[w] [11] etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos; quo, tanquam sale, perspergatur omnis oratio. Effudi vobis omnia,[x] quæ sentiebam, quæ fortasse, quemcumque [12] patremfamilias arripuissetis ex aliquo circulo,[y] eadem vobis percunctantibus respondisset.

XXXV. 160. Hæc cum Crassus dixisset, silentium est consecutum. Sed quanquam satis iis, qui aderant, ad id, quod erat propositum, dictum videbatur, tamen sentiebant celerius esse multo, quam ipsi vellent, ab eo peroratum. Tum Scævola, Quid est, Cotta? inquit, quid tacetis? [1] nihilne vobis in mentem venit, quod præterea a Crasso requiratis? 161. Immo id mehercule,[2] inquit, ipsum attendo: tantus enim cursus verborum fuit, et sic evolavit oratio, ut ejus vim atque incitationem[z] [3] aspexerim, vestigia

[t] *Quæ sit consuetudo senatus in rep. administranda.*
[u] *Politica scientia.* [v] *Ea quæ pertinent ad jura imperii.*
[w] *Modice cognoscendus.* [x] *Promiscue exposui vobis.*
[y] *Ex hominum otiose confabulantium turba.* [z] *Motum celerrimum.*

*dum;* sed ego cum Schutzio ejeci *atque dicendum,* quia superfluum est ac frigidum, et ista voce. absunt codd. Guelf. 1. 2. Oxon. α ε. In cod. Erl. 1. (errore forsan librarii) omisso versu integro, exhibetur, *probabile videri leges percipienda, &c.* In codd. Palat. ap. Grut. magna quoque fuerat varietas.' *Harl.*—11 Erl. 1. Guelf. 2. 3. adjiciunt *est.* Mox, *sale, spargatur* Guelf. 3. Rom. et Kob.—12 ' Codd. Erl. 1. Guelf. 2. 3. *si quemcunque;* sed *si* sapit glossam.' *Harl.*

Cap. XXXV. 1 Guelf. 1. et ed. Olivet. *quod tacetis.* Mox, Oxon. U et Rom. *quid præterea, &c.*—2 Ita plerique codd. Junt. Manut. Grut. *Immo* omittunt Erl. 1. 2. Guelf. 1. 2. 3. Oxon. U Z γ δ ε, Schutz. et Harl. Mox, *tantus e. concursus* Steph. ap. Orell.—3 ' Minus bene Guelf. 2. 3. *ut et ejus vim et incitationem.*' Harl. Mox, *aspexerim* deest in Oxon. U. Dein, *venerim*

## NOTÆ

[x] *Jura sociorum*] Socii Romanorum dicebantur ii populi, qui vel sua sponte et bello non lacessiti societatem cum Romanis inibant; vel qui ab iis victi, certas, quibus uterentur, leges accipiebant; suas etiam fœdere constituto servabant.

[y] *Fœdera*] Multo plus habent dignitatis et cærimoniarum quam pactiones; fiunt enim fœdera vocatis Divis, dato jurejurando, occisa porca: pactiones sola voce aliquando concipiuntur, et data invicem acceptaque fide: rursum pactiones iniri cum privatis possunt, non fœdera.

ingressumque vix viderim, et tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum [a] venirem, non explicata [b] veste, neque proposito argento, neque tabulis et signis propalam collocatis, sed his omnibus multis magnificisque rebus constructis [c] [4] ac reconditis; sic modo in oratione Crassi divitias atque ornamenta ejus ingenii per quædam involucra atque integumenta perspexi: sed ea cum contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit: ita neque hoc [5] possum dicere, me omnino ignorare, quid possideat,[d] neque plane nosse, ac vidisse. 162. Quin tu igitur facis idem, inquit Scævola, quod faceres, si in aliquam domum, plenam ornamentorum, villamve [6] venisses. Si ea seposita, ut dicis, essent, tu valde [7] spectandi cupidus esses; non dubitares rogare dominum, ut proferri juberet, præsertim si esses familiaris: [8] similiter nunc petes a Crasso, ut eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam uno in loco, quasi per transennam [z] prætereuntes [9] strictim aspeximus,

[a] *Domum plenam vestibus, signis, &c.*
[b] *Non proposita, ut quis curiose per otium inspiciat.*
[c] *In acervum congestis.*
[d] *Quænam sint illæ divitiæ quibus Crassi ingenium abundat.*

Erl. 1. Guelf. 1. 2. 3. Rom. Kob. Junt. Pearc. Verburg. Schutz. et Harl. *venirem* Grut. et Gronov.—4 Lamb. 1566. *constrictis;* Lamb. *restructus.* Mox, *Crassi . . . per quædam* desunt in Oxon. U. Idem codex *volucra.*—5 Oxon. Z ε, *nec hoc ipsum.* Mox, Oxon. Z, *dicere nec omni.* Deinde, *nosce* Oxon. U. *ac invidisse* Pith. Memm. Pal. 1. Oxon. Z; *atque invidisse* Oxon. U.—6 Victorius, Lamb. Ald. et Streb. uti quoque est in Erl. 1. *domum plenam ornamentorum illam venisses,* prob. Gronov. quia in Joan. legitur *domum et plenam ornamentorum villam venisses,* copulativa *et* primaque litera vocis *villam* punctis, ut spuria, subnotata. 'Sed malim cum editione pr. et marg. cod. Nov. legere, *domum plenam o. villamve venisses.*' Pearc. *vel in villam* Rom. Kob. Lips. *ornam. in villam* Junt. Omnes Pall. habent *ullam,* aut *villam.*—7 Ex ed. W. *tu valde* recepit Ernesti; *tuque valde* Rom. Kob. Junt. Pearc. et vulgg. 'Forsan melius Erl. 1. Oxon. U Z δ ε, et Gron. *tu qui valde, . . . esses non dubit. &c.*' Harl.—8 Ita Pall. aliquot, Pith. Cant. Norf. Nov. Bod. Mag. Mead. Harl. 2. Gonv. Wag. Erl. 1. Guelf. 2. Rom. Kob. Junt. et pleræque vett. *esset* ed. princeps. Mox, *petes* Wag. Cant. Erl. 1. Guelf. 3. Manut. et Junt. *petis* Guelf. 1. Pall. et Pith. *petas* Rom. Kob. *pete* Non. *potes* Guelf. 2. Deinde, Cant. Bal. Bod. Mag. Gonv. Norf. Joan. Ven. Mediol. et Lamb. exhibent *suo quidque in loco;* Erl. 1. et Rom. *suo quicque in loco;* Pearc. *et suo quidque in loco.* 'Signum interrogationis post *collocet* rectius abjecerunt et punctum posuerunt Ernesti ac reliqui editores.' *Harl.*—9 Guelf. 1. *quum sennam quasi navim prætereuntem;* Guelf. 2. *per transen-*

NOTÆ

[z] *Quasi per transennam*] Transenna cancelli sunt fenestris oppositi, visui

in lucem proferat, et suo quidque in loco collocet. 163. Ego vero, inquit Cotta, a te peto, Scævola: (me enim, et hunc Sulpicium impedit pudor ab homine omnium gravissimo,[e] qui genus hujusmodi disputationis semper contemserit, hæc, quæ isti forsitan puerorum elementa videantur, exquirere :[f]) sed tu hoc nobis da, Scævola, et perfice,[10] ut Crassus hæc, quæ coarctavit[g] et peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet. 164. Ego mehercule, inquit Mucius, antea vestra magis hoc causa volebam, quam mea. Neque enim tantopere hanc a Crasso disputationem desiderabam, quantopere[11] ejus in causis oratione delector: nunc vero, Crasse, mea quoque etiam causa rogo, ut quoniam tantum habemus otii, quantum jamdiu nobis non contingit, ne graveris exædificare[h] id opus, quod instituisti. Formam enim totius negotii opinione majorem, melioremque video;[i] quam vehementer[12] probo. XXXVI. 165. Enimvero, inquit Crassus, mirari satis non queo, etiam te hæc, Scævola, desiderare, quæ neque ego teneo, uti ii, qui docent; neque sunt ejus generis, ut, si optime tenerem, digna essent ista sapientia ac tuis auribus. Ain' tu?[1] inquit ille.[j] Si de istis communibus et pervagatis vix huic ætati audiendum putas, etiamne illa negligere possumus, quæ tu oratori cognoscenda esse dixisti, de naturis hominum, de moribus, de rationibus iis, quibus hominum mentes et inci-

[e] *Crasso.*
[f] *Quæ Crassus fortasse nimis abjecta et pueris tantum explicanda credat.*
[g] *Congessit ac stipavit.* [h] *Ad fastigium perducere.*
[i] *Designationem operis primis veluti lineamentis expressam meliorem quam putabam esse video.* [j] *Scævola.*

*nam navim.* ' Haud recte Scioppius olim et Pareus putabant *per transennam* ortum esse ex *prætereuntes.*' Harl.—10 Ita Erl. 1. sed Guelf. 1. Palat. aliique ap. Grut. *sed tu hanc nobis veniam, Scævola, perfice.*—11 Gron. *tanto opere . . . quanto opere;* Rom. et Kob. *tantopere . . . quanto opere.*—12 Verba, *opinione maj. . . . vehementer*, desunt in Oxon. U.
CAP. XXXVI. 1 *An tu* Guelf. 1. 2. 3. vulgg. *Ain' tu* Pall. Gonv. Lamb.

NOTÆ

tamen pervii. Metaphora ducta a mercatoribus, qui mercibus pretiosis, quas a prætereuntibus nolunt contrectari, tales cancellos objiciunt. Itaque per transennam aspicere, idem est, quod nec propius nec singillatim intueri.

tarentur et reprimerentur,[2] de historia, de antiquitate, de administratione reipublicæ, denique de nostro ipso jure civili? Hanc enim ego omnem[3] scientiam, et copiam rerum, in tua prudentia sciebam inesse: in oratoris vero instrumento[k] tam lautam supellectilem nunquam videram.

166. Potes igitur, inquit Crassus, (ut alia omittam innumerabilia et immensa, et ad ipsum[4] tuum jus civile veniam,) oratores putare eos,[l] quos multas horas expectavit,[m][5] cum in campum[a] properaret,[n] et ridens et stomachans[o] Scævola,[b] cum Hypsæus[c][6] maxima voce, plurimis

[k] *In iis rebus quas adhibet orator ad instruendam orationem.*
[l] *In numerum oratorum referre.*
[m] *Spectans audivit.*
[n] *Cum in campum Martium ad comitia festinaret.*
[o] *Ægre ferens Hypsæi et Octavii causidicorum ignorantiam juris civilis.*

*Quin tu* Pal. 8. Mox, Guelf. 2. *possimus;* Guelf. 3. *possemus.*—2 Omnib. Rom. Kob. Schutz. et Harl. *incitantur et reprimuntur;* Erl. 1. *incitarentur et reprimerentur;* Memm. et Pall. 1. 2. *de naturis, quomodo hominum mentes et incitarentur et reprimerentur.* Paulo post, *ad ipsum jus civile tuum* Erl. 1.—3 Memm. *Hanc ego an omnem, &c.* Pal. 8. *Hanc enim ego meam omnem, &c.* Gulielm. conj. *Hanc ego ante omnem.*—4 Ita duo Pall. et Memm. *ut ad ipsum* unus Pal. et Pith. *et ut ad ipsum* edd. quædam vett.—5 'Oxon. *expectavi . . . properavi;* cui æque ac lectioni codd. Guelf. 2. 3. *exspectavi . . . properarem,* et edd. Rom. Kob. *expectavi,* repugnat nomen *Scævola.* Ernesti suspicatur *toleravit,* quod, aut simile quid desiderare sententiam putat.'

## NOTÆ

[a] *In campum*] A Marte, cui sacer erat, nomen habuit Campus Martius, ubi et comitia centuriata habebantur, et tanquam in palæstra juventus Romana militiæ rudimentis instituebatur.

[b] *Scævola*] Non ille Q. Scævola augur, Crassi socer, quo præsente Crassus hic disserit; sed alter Q. Scævola, pontifex, jurisconsultus peritissimus, et tum, cum hoc judicium disceptaretur, tribunus erat plebis, anno scilicet U. C. 649. ante Chr. 105.

[c] *Cum Hypsæus*] Causam integram accipe. Ibat Scævola pontifex in Campum Martium ad comitia; iter illi per forum fuit: in eo reperit oratores duos inter se litigantes, et graviter ignoratione juris civilis peccantes. Horum uni nomen Hypsæus erat, alteri Cn. Octavius, qui consulatum gesserat A. U. C. 626. ante Chr. 128. Hypsæus accusabat aliquem tutorem, quod pupilli fortunas male administrasset. Hoc 'judicium tutelæ' appellatur. Octavius tutorem defendebat. Judex hujus controversiæ M. Crassus, qui tum prætor urbanus erat, nempe A. U. C. 648. ante Chr. 106. Qui judicio tutelæ damnabatur, cogebatur pupillo, cujus rebus male consuluisset, pecuniam solvere ac damnum resarcire;

verbis, a M. Crasso prætore contenderet, ut ei, quem defendebat, causa cadere liceret, Cn. autem Octavius, homo consularis, non minus longa oratione recusaret, ne adversarius causa caderet, ac ne is, pro quo ipse diceret, turpi tutelæ judicio,[7] atque omni molestia, stultitia adversarii, liberaretur? 167. Ego vero istos, inquit, (memini enim mihi narrare Mucium,) non modo oratoris nomine, sed ne foro quidem dignos putarim.[8] Atqui non defuit illis patronis, inquit Crassus, eloquentia, neque dicendi ratio aut copia, sed juris civilis prudentia: quod alter plus, lege agendo,[p] petebat, quam quantum lex in XII. tabulis[d] permiserat; quod cum impetrasset, causa caderet: alter iniquum putabat plus secum agi, quam quod erat[9] in actione;[q] neque intelligebat, si ita esset actum, litem adversarium perditurum. XXXVII. 168. Quid? his paucis[1] diebus, nonne, nobis in tribunali Q. Pompeii,[r] [e] prætoris

[p] *In ea lite quæ ipsi intendebatur ex lege.*
[q] *Plus a se peti in lite quam quod lex permitteret in ejusmodi lite.*
[r] *Cum delecti a Q. Pompeio judices essemus.*

*Harl.*—6 *Hypseus* Erl. 1. Rom. Grut. Pearc. al.—7 'Sic recte jam edd. Kob. Ald. Junt. et recentt. Codd. autem Erl. et ed. Rom. *turpicule*, unde natum in quibusdam edd. vett. *turpicula*; Guelf. 1. *turpitule*; Guelf. 3. *turpi tudelæ*; Guelf. 2. *turpi tutele*.' Harl.—8 Erl. 1. et ed. Pannart. ap. Mull. *sed foro quidem dignos vix putare*; Guelf. 2. 3. *sed foro dignos vix putarim*; Oxon. U, *vix putari*; Rom. *ne foro quidem dignos vix putare*; Pall. etiam *vix*.—9 Erl. 1. Guelf. 2. 3. Rom. Kob. Junt. *quam quod esset*. 'Forsan rectius.' *Harl.*

NOTÆ

deinde lege duodecim tabularum jubebatur aliquid ultra pendere mulctæ nomine: quod si pupillus aut ejus patronus plus a reo peteret quam deberetur, cadebat causa. Hoc petebat Hypsæus et plus petebat quam par esset, adeoque debebat causa cadere. Contendebat, inquit L. Crassus, ut ei, quem defendebat, nempe suo pupillo, causa cadere liceret: hoc est, petebat, ut edicto prætoris tribueretur pupillo suo major pecuniæ summa quam deberetur, quod erat velle causam amittere. Octavius, tutoris accusati defensor imperitus, cum deberet hoc ipso vehementer lætari, quod plus quam fas erat peteretur: id enim si objecisset postea et probasset, causam obtinuisset, ac reum tutorem turpi judicio tutelæ male administratæ, atque omni molestia et periculo liberasset; Octavius, inquam, longa oratione recusabat, ne plus peteretur, hoc est, ne Hypsæus causa caderet, atque ipse litem obtineret.

[d] *Lex in XII. tabulis*] Vide notas in hunc lib. superiores § 58.

[e] *Q. Pompeii*] Hoc ipso anno quo Cicero fingit habitos esse hos de Ora-

urbani,[f] familiaris nostri, sedentibus, homo ex numero disertorum[s] postulabat, ut illi,[g] unde peteretur, vetus atque usitata exceptio[h] daretur, 'Cujus pecuniæ dies fuisset?'[t] quod petitoris causa comparatum esse, non intelligebat: ut si ille inficiator probasset judici, ante petitam esse pecuniam,[2] quam esset cœpta deberi, petitor rursus cum peteret, exceptione excluderetur, 'Quod ea res in judicium antea venisset.' 169. Quid ergo hoc fieri turpius, aut dici potest,[3] quam eum, qui hanc personam

[s] *Causidicus aliquis, qui vulgo putabatur disertus.*
[t] *Ut debitori a quo petebatur pecunia, quem ipse defendebat, liceret uti beneficio et exceptione legis, quæ hanc habebat appositam conditionem, ut ne pecunia peteretur ante diem pactam inter creditorem ac debitorem.*

CAP. XXXVII. 1 *Quid in his paucis* Erl. 1. Guelf. 1. Oxon. U γ, Rom. et Kob. Mox, codd. Grut. et Oxon. U Z, *ut illud unde peteretur.* Statim, pro *vetus atque usitata exceptio daretur,* Pith. habet *proventus atque exceptio, &c.* Memm. Palat. 1. et Oxon. U, *tempus atque exceptio, &c.* Tos. *locus atque exemptio, &c.*—2 Erl. 1. Guelf. 2. 3. *petitam pecuniam esse.* Mox, iidem codd. et Oxon. α β γ δ ε, *ne except. excluderetur, et eo quod.* Deinde, Erl. Guelf. 2. 3. Oxon. α β γ δ ε, *ante non venisset;* sed negativum deest in Pall. Memm. et Pith.—

NOTÆ

tore Dialogos, scilicet U. C. 663. ante Chr. 91. Q. Pompeius Rufus urbanam jurisdictionem sortitus obtinuit.

[f] *Prætoris urbani*] Consule notas in lib. II. ad Herenn. § 19.

[g] *Postulabat, ut illi*] Hæc fuit causa. Debebat quidam alteri certam pecuniæ summam solvendam, v. g. ineunte mense Januario, alter seu petitor non expectavit ad illud tempus, sed petiit ut sibi solveretur, v. g. mense Decembri ineunte, et accusavit debitorem quod pecuniam non solveret. Causidicus imperitus, qui debitorem defendebat, cum litem inferre debitori debuisset eo nomine, quod ante tempus peteret pecuniam, (erant enim graves pœnæ positæ illis qui ante tempus pactionis vel obligationis litem intenderent,) id enim si fecisset, causa cecidisset petitor; hoc postulavit tantum ut sibi liceret ac debitori, quem defendebat, uti beneficio legis et exceptione, quæ vetabat ne pecunia peteretur ante illam diem qua cœpta esset deberi. Quod cum postulabat, non intelligebat homo juris ignarus, comparatum hoc esse in utilitatem petitoris et adversario suo prodesse. Hinc enim factum, ut petitor postea litem de integro intulerit, tanquam si ea res nunquam in judicium antea venisset: quam litem inferre non potuisset, si inficiator, hoc est, debitor probasset judici, ante petitam esse pecuniam quam deberi cœpisset. Petitor enim cum postea pecuniam suam peteret apud judicem, exclusus fuisset lege, hoc est impeditus ne ageret ac moveret litem: lex enim excipit, hoc est prohibet ne agatur iterum ea de re, quæ jam in judicium venit, seu quæ jam dijudicata est.

[h] *Exceptio*] De qua dictum in notis ad l. I. de Inv. § 56.

susceperit, ut amicorum controversias causasque tueatur, laborantibus succurrat, ægris medeatur, afflictos excitet, hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur? 170. Equidem propinquum nostrum,[4] P. Crassum,[i] illum Divitem, cum multis aliis rebus elegantem hominem et ornatum, [p. 99.] tum præcipue in hoc ferendum[u] et laudandum puto, quod, cum P. Scævolæ frater[5] [j] esset solitus ei persæpe dicere, neque illum in jure civili satis [illi arti] facere posse, nisi dicendi copiam assumsisset;[v] (quod quidem hic, qui mecum Cos. fuit,[k] filius ejus, est consecutus:) neque[6] se ante causas amicorum tractare atque agere cœpisse, quam jus civile didicisset. 171. Quid vero ille M. Cato?[7] [l] nonne et eloquentia tanta fuit, quantam illa tempora, atque illa ætas in hac civitate ferre maximam potuit, et juris civilis omnium peritissimus? Verecundius hac de re jamdudum loquor, quod adest vir[w] in dicendo summus, quem

[u] *Prædicandum.* [v] *Adjunxisset ad scientiam juris civilis.*
[w] *Antonius in jure civili parum versatus.*

3 Guelf. 2. 3. *turpius potest aut dici.*—4 Guelf. 2. omittit *propinquum nostrum.* Mox, Norf. Mead. Harl. 2. Lamb. Asc. Man. al. *et multis . . . et præcipue*; nec aliter Cant. Mag. Bod. Ven. et Mediol. nisi quod præpositionem *in* omittunt. Deinde, Bod. Ven. Mediol. Manut. Lamb. *hoc efferendum.* Hinc Pearc. *et multis a. in r. elegantem et ornatum, et præcipue in hoc efferendum.*—5 'Erl. Pearc. et alii ap. Verb. *Scævola frater*; sed vitiose: nihili quoque est in edd. pr. *cum Scævolæ fratri.* In Oxon. U est *frater erat.* Ernesti maluit legere, *quod . . . esset, solitus est ei persæpe dicere*; et ita jam dedit Streb. et Wetzel. Vocc. *illi arti*, quæ glossam valde olent, cum Ernest. uncis inclusi.' *Harl.*—6 Oxon. U *ait neque.*—7 Idem codex, *ille Cato.* Mox, *quanta . . . maxime*, omisso *potuit*, Oxon. U. Pro *ferre*, Oxon. *a efferre.*

## NOTÆ

[i] *P. Crassum*] De quo dicemus in notis ad Brutum: ex eadem erat familia ac L. Crassus, qui loquitur, et eum vocat propinquum suum.

[j] *P. Scævolæ frater*] P. Scævola transierat in Crassorum familiam adoptatus a P. Licinio Crasso, qui pater fuit hujus P. Crassi, de quo hic fit mentio.

[k] *Qui mecum consul fuit*] In consulatu collegæ fuere L. Licinius Crassus et Q. Mucius Scævola A. U. C. 659. ante Chr. 93. Hos narrat Tullius in Bruto collegas in omnibus magistratibus fuisse, præterquam in tribunatu plebis et censura.

[l] *M. Cato*] Censorius nimirum, cujus laudes Cicero in Bruto fuse persequitur § 291.

ego unum oratorem maxime admiror; sed tamen idem hoc semper jus civile contemsit. 172. Verum, quoniam sententiæ atque opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo, et quoad potero, vobis exponam, quid de quaque re sentiam.

XXXVIII. Antonii incredibilis quædam, et prope singularis et divina vis ingenii videtur, etiamsi hac scientia juris nudata sit, posse se facile ceteris armis prudentiæ[x] tueri[1] atque defendere: quamobrem hic nobis sit exceptus: ceteros vero non dubitabo primum inertiæ condemnare sententia mea, post etiam impudentiæ.[2] 173. Nam volitare in foro, hærere in jure,[y] ac prætorum tribunalibus, judicia privata magnarum rerum obire, in quibus sæpe non de facto,[m] sed de æquitate ac jure certetur,[z] jactare se in causis centumviralibus,[n] in quibus usucapionum,[3] [o] tutelarum,[p] gentilitatum,[q] agnationum,[r] alluvionum, circumluvionum,[s] nex-

[x] *Argumentis quæ suppeditat prudentia.*
[y] *Causidicum se profiteri et venditare, in jure assidue versari.*
[z] *In quibus sæpe non agitur utrum res aliqua facta sit, necne; sed cum factam esse constet, quæritur an jure an injuria facta sit.*

Cap. XXXVIII. 1 Vulgg. *posse se facile c. a. p. causas tueri.* Plerique codd. Oxon. delent *causas.* Joan. Mead. Harl. 2. Gonv. Manut. Streb. Ascens. R. Steph. Lamb. Verburg. al. delent *se.* Pro *etiamsi* Erl. et edd. vett. *et si* habent: et *facile* abest a cod. Erl.—2 Oxon. U, *pudentiæ.*—3 Erl. *usus capio.*

## NOTÆ

[m] *De facto*] Causa, in qua agitur de facto, a rhetoribus vocatur conjecturalis status, quia veritas plerumque conjecturis indagatur.

[n] *In causis centumviralibus*] Centumviri erant minores judices apud Romanos e singulis tribubus lecti ad exercenda privata de causis minoris utplurimum momenti judicia. Porro erant illi centum quinque, terni scilicet ex unaquaque tribu, tribus autem erant triginta quinque: tamen quo facilius nominarentur centumviri sunt appellati. His præsidebat prætor, ut colligimus ex Plinio juniore, ex quo etiam intelligimus centumvirorum numerum ad centum octoginta excrevisse.

[o] *Usucapionum*] Usucapio, sive ususcapio, est jus possidendi et capiendi rem aliquam, quia usus illa fuisti per certum tempus lege constitutum, eamque possedisti.

[p] *Tutelarum*] Tutela a Servio Sulpicio definitur, vis ac potestas in capite libero ad defendendum eum qui per ætatem se ipse defendere nequit, jure civili data ac permissa.

[q] *Gentilitatum*] Gentilitas est ordo et series hominum, qui sunt ex eadem familia, quique ob eam causam jura quædam habent sibi propria, v.

orum,[t] mancipiorum,[u] parietum, luminum,[v] stillicidiorum,[w] testamentorum [x] ruptorum aut ratorum ceterarumque [4] re-

*num;* in quo deest *circumluvionum.*—4 'Ita Bod. Bal. Mag. Harl. 1. 2. et Nov. in ora, nec non edd. Ven. Mediol. R. Steph. Manut. Lamb. et al. Codd. vero septem habent *ruptorum aut raptorum*, a vera lect. non multum abhorrentes: horum igitur auctoritate voces *aut ratorum* inserui.' *Pearc.* Erl. et edd. ante Grut. *ruptorum aut ratorum.* At Ernestio utrumque suspectum est, et a glossatore natum videtur. Wetzel. tria illa vocc. uncis inclusit. Quoniam *raptorum* est in codd. quibusdam, Schelius ap. Gronov. qui delevit *aut ratorum*, putat, Ciceronem scripsisse *nuptiarum.* Pro *ruptorum* Oxon. δ *rap-*

## NOTÆ

g. hæreditatis adeundæ, suscipiendæ tutelæ, &c. Hæc autem jura non obtinebant, neque gentilitate gaudebant servi, liberti, libertini, et capite diminuti. Cic. in Topicis.

[r] *Agnationum*] Agnati virilis sexus propinquitate juncti sunt, quibus, ut gentilibus, propria jura sunt.

[s] *Alluvionum, circumluvionum*] Alluit prædium vel agrum fluvius, quando præter illum it: circumluit quando totum instar insulæ cingit. 'Alluvio,' inquit Justinian. Instit. II. 1. 'est incrementum latens. Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possis, quantum quoquo momento temporis adjiciatur.' Ex alluvione autem et circumluvione variæ controversiæ nascuntur, v. g. si vis fluminis de prædio tuo partem aliquam detraxerit et vicini prædio adjunxerit, cuja sit ea pars? si arbores tuæ in vicini prædium delatæ fluvio, in eo prædio radices egerint, fructum tulerint, &c.

[t] *Nexorum*] Nexum, sive nexus, est obligatio civilis, quæ cum contrahebatur, aliquis libram et æs manu tenebat, qui vocabatur libripens. Vide notas in Topica, cap. 5. Præterea civis ille nexus dicebatur, qui cum esset liber, pecuniamque alteri deberet, illi addicebatur in servitutem, ut ipsi pro pecunia quam deberet nec posset solvere, servilem operam præstaret, dum æs alienum dissolveret. Nexus autem dicebatur quod necteretur, id est, compedibus aut nervo vinctus et clausus teneretur. Livius VIII. Addictus etiam vocabatur.

[u] *Mancipiorum*] Mancipium, inquit Isidorus, est quicquid manu capi potest: aliquando sumitur pro quolibet servo: hic pro aliqua re quæ accipitur aut alteri possidenda traditur; vel pro actione, qua id fit.

[v] *Parietum, luminum*] De pariete communi sæpe incidit controversia, de tigno in parietem immisso, de alio pariete aut adjuncto, aut supra communem exædificato, &c. Item de luminibus, v. g. si quis altius ædificet, ac vicini luminibus officiat, si quis prospectum in ædes tuas habeat, &c.

[w] *Stillicidiorum*] Stillicidium est aquæ pluviæ lapsus e tecto. Unde possunt oriri lites de servitute stillicidii, de immittendis et recipiendis stillicidiis.

[x] *Testamentorum*] Testamentum, inquit Modestinus, 'est voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit.' Paulo aliter Ulpianus: 'est mentis nostræ justa contestatio, in id solenniter facta, ut post mortem nostram valeat.' Pluribus de causis rescindebantur, posteriore testamento, capitis diminutione, &c. De rescis-

rum innumerabilium jura versentur, cum omnino, quid suum, quid alienum, quare denique civis aut peregrinus, servus aut[5] liber quispiam sit, ignoret, insignis est impudentiæ. **174.** Illa vero[y] deridenda arrogantia est, in minoribus navigiis rudem esse se confiteri; quinqueremes,[z] aut etiam[6] majores, gubernare didicisse. Tu mihi cum in circulo[a] decipiare adversarii stipulatiuncula,[a] cum obsignes tabellas clientis tui,[b] quibus in tabellis id sit scriptum, quo ille capiatur;[7] ego tibi ullam causam majorem committendam putem? citius hercule is, qui duorum scalmorum[b] naviculam in portu everterit, in Euxino ponto[c] Argonautarum[d] navem gubernarit. **175.** Quid? si ne parvæ quidem causæ sunt, sed sæpe maximæ, in quibus certatur de jure civili; quod tandem os est[c] illius patroni,[8] qui ad eas causas sine

[a] *In aliquo hominum consessu.* [b] *Ejus quem defendis.*
[c] *Quam insignis est impudentia.*

*torum;* pro *aut* Oxon. U, *et;* pro *ratorum* Oxon. U Z ε, *raptorum.*—5 Erl. 1. et vulgg. ante Lamb. *an p. s. an;* Norf. Harl. 2. Mag. Pearc. et recentt. *aut p. s. aut.* Mox pro vulgg. *imprudentiæ,* quod in Man. et Lamb. extat, Cant. et omnes Oxon. habent *impudentiæ.*—6 Victor. et Lamb. *quinqueremes autem, aut etiam;* Mull. *quinq. autem atque etiam.* Erl. 1. habet, *rudem esse et se confiteri, q. aut etiam m. g. d. tū mihi;* unus ap. Orell. *majores naves.*—7 Erl. 1. *rapiatur.* —8 Erl. *ejus patroni.* Mox, Ernest. et Harl. malint, *qui . . . juris audeat.*—

## NOTÆ

sis et ratis testamentis affert exempla Val. Max. VII. 7. et 8.

[y] *Illa vero*] Quemadmodum turpe est ac non ferendum, si quis glorietur se posse gubernare maximas naves, qui fateatur parva navigia non posse flectere; sic turpe est in minimis causis tractandis imperitum esse illum, qui tamen gravissimas et publicas suscipere non dubitet.

[z] *Quinqueremes*] Naves sunt quinque remorum ordinibus instructæ.

[a] *Stipulatiuncula*] Obligatio est quam aliquis in se recipit, cum certis verbis interrogatus respondet: Spondes? spondeo. Fidejubes? fidejubeo.

[b] *Duorum scalmorum*] Scalmus est lignum teres, ad quod remi alligantur et circa quod vertuntur. Ὅθεν μὲν αἱ κῶπαι ἐκδέδενται, σκαλμὸς, inquit Pollux I. 9. *Id unde remi alligantur, scalmus est.* Navicula igitur duorum scalmorum est ea quæ duobus remis utitur.

[c] *Euxino ponto*] Mare illud quod a Bosporo Thracio orientem versus et septemtrionem porrigitur. Primo Axenus pontus, quasi inhospitalis, propter immanem eorum qui littora occupabant feritatem, dictus est; postea iisdem Græcorum commercio mansuefactis pontus Euxinus, id est, hospitalis, appellari cœpit: nunc *La Mer Noire.*

[d] *Argonautarum*] De quibus l. II. ad Herenn. § 34.

ulla scientia juris audet accedere? Quæ potuit igitur esse causa major, quam illius militis, de cujus morte cum domum falsus ab exercitu nuntius venisset, et pater ejus, re credita, testamentum mutasset, et quem ei visum esset, fecisset hæredem,[9] essetque ipse mortuus; res delata est ad centumviros, cum miles domum revenisset, egissetque lege in hæreditatem paternam [testamento exhæres filius]?[d] [10] Nempe in ea causa quæsitum est de jure civili, possetne paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem,[11] neque exhæredem scripsisset nominatim?[e] XXXIX. 176. Quid? qua de re[f] inter Marcellos et Claudios patricios[1] centumviri judicarunt, cum Mar-

[d] *Repetiisset paterna bona quæ lege et jure sua erant, utque paternum testamentum irritum esse pronuntiaretur.*

9 Lamb. ap. Orell. *hæredem fecisset.* Mox, *delata esset* Erl. 1.—10 Lambinus censuit, hæc tria verba delenda esse; testatus est idem, ea ab uno cod. quem vidit, abesse. Habent fere omnes codd. regii. Mox, *Nempe* deest in Pall. duobus, totidemque Gallicanis ap. Grut. Id expunxit Mull.—11 Duo verba, *neque hæredem*, desunt in Erl. 1.

CAP. XXXIX. 1 Sch. ap. Orell. *inter Claudios Marcellos et patricios;* Mull. susp. *inter Marcellos Claudios et patr.* Mox *dandi patrici* legitur, pro *Claudii*

NOTÆ

[e] *Scripsisset nominatim*] Filio, qui in potestate est, præterito, inquit Caius jurisconsultus, inutile est testamentum: debet enim nominatim appellari cum ab hæreditate excluditur, alioquin legitime non erit exhæres.

[f] *Quid? qua de re*] Res hæc erat in controversia. Filius liberti cujusdam e Claudiorum familia intestato decessit. Ejus hæreditas redibat lege ad Claudios. Sed Claudiorum duæ familiæ erant: altera patricia, altera plebeia; utraque nobilissima. Claudii patricii, Pulchri vocabantur, ut notat Asconius; plebeii, Marcelli dicebantur: utrique de ista hæreditate certabant. Et patricia quidem gens Claudiorum sibi hæreditatem vindicabat jure gentilitatis, quia libertus iste e gente Claudia erat: et quamvis servitutem serviisset, tamen injustam eam servitutem fuisse contendebant, ob quam jure gentilitatis privari nemo tum poterat. Claudiorum gens plebeia, qui Marcelli dicebantur, eandem sibi vindicabat hæreditatem, non jure quidem gentilitatis, quia libertum justam servitutem, qua gentilitatis jus amittebatur, serviisse dicebant, sed jure stirpis, quia libertus iste erat e stirpe Claudiorum, quod jus stirpis non amittebatur, ut jus gentilitatis, servitute etiam justa, capitis diminutione, adoptione, &c. Idemque jus certa de causa Marcellis magis favebat quam Pulchris; quia v. g. libertus iste, licet ab Appio Claudio, unde omnes Claudii erant, stirpem et genus duceret, tamen Marcellis stirpe propior erat quam Pulchris. Hæc origo litis ac dissidii inter Claudios et Marcellos.

celli ab liberti filio stirpe,[g] Claudii patricii ejusdem hominis hæreditatem, gente ad se rediisse dicerent; nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis jure dicendum? 177. Quid? quod item[2] in centumvirali judicio certatum esse accepimus, qui Romam[h] in exilium venisset,[3] cui Romæ exulare jus esset, si se ad aliquem quasi patronum applicavisset, intestatoque esset mortuus:[4] * * * nonne in ea causa jus applicationis, obscurum sane et ignotum, patefactum in judicio atque illustratum est a patrono? 178. Quid? nuper, cum ego C. Sergii Auratæ[5] contra hunc nostrum Antonium judicio privato causam defenderem; nonne omnis nostra in jure versata defensio est?[6] Cum enim Marius[7] [i] Gratidianus ædes Auratæ vendidis-

*patricii*, in Erl. 1. *Claudii* delet Sch. Pro *hominis*, quod servant codd. regii ap. Le Clerc, Erl. edd. vett. Junt. Crat. et recentt. *nominis* legitur in vulgg. Deinde, *non in ea* Lamb. ap. Orell.—2 Steph. ap. Orell. *quod iterum*—3 W. Lips. *cui Romam e. jus non esset;* Erl. 1. etiam *cui Romam.* Mox, *et is se ad, &c.* conj. Mull. Deinde, *applicuisset* edd. vett. Junt. Crat. al.—4 'Hic lacuna sit necesse est, quam neminem reperi deprehendisse.' *Ernest.* Vid. Arntzenii Obs. in Act. Lit. Soc. Rhen. Traj. tom. I. p. 125.—5 *Oratæ* Beier. Offic. tom. II. p. 304. Mox, *in judicio* Steph. et Lamb. ap. Orell.—6 Lamb. ap. eund. *omnis in jure versata nostra defensio est.*—7 *Cum enim M. Marius* edd. vett. et Lamb. ap.

NOTÆ

g *Stirpe*] Stirps erat in plebeiis, gens in patriciis.

h *Qui Romam*] Quidam peregrinus (sic appellatur quicumque civis non est) Romam venit, in exilium ejectus ex urbe sua et patria. Applicuit sese, id est, adjunxit ad Romanum civem, quem coleret observaretque ut cliens patronum, et a quo vicissim defendebatur, ut si civis et cliens suus fuisset. Contigit ut ille peregrinus testamento nullo facto moreretur: civis Romanus cui peregrinus ille tanquam patrono addictus fuerat, ejus hæreditatem postulavit apud centumviros ea de causa, quod iste peregrinus ad ipsum applicuisset sese et veluti ipsi dedidisset: hoc applicationis jus appellat Cicero. De isto jure antea obscuro, quia raræ sunt hujusmodi causæ, dicendum causidico fuit, adeoque illustrandum et patefaciendum.

i *Cum enim Marius*] Rem omnem paulo fusius explicat Cicero de Off. l. III. § 67. 'M. Marius Gratidianus, propinquus noster, C. Sergio Oratæ vendiderat ædes eas, quas ab eodem (Sergio) ipse (Marius) paucis ante annis emerat. Hæ Sergio serviebant: sed hoc in mancipio (sive in contractu venditionis) Marius non dixerat. Adducta res in judicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. Jus Crassus urgebat; quod vitii venditor non dixisset sciens, id oportere præstari: æquitatem Antonius; quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes vendidisset, nihil fuisse necesse dici: nec eum esse deceptum, qui id, quod

set, neque, servire quandam earum ædium partem, in mancipii lege[e] dixisset; defendebamus, quidquid fuisset incommodi in mancipio,[f] id si venditor scisset, neque declarasset, præstare debere.[g] 179. Quo quidem in genere familiaris noster M. Bucculeius, homo neque meo judicio stultus, et suo valde sapiens, et a juris studio non abhorrens, simili in re quodam[8] modo nuper erravit. Nam cum ædes L. Fufio venderet, in mancipio lumina, uti tum essent, ita recepit.[9] [h] Fufius autem,[10] simul atque ædificari cœptum est in quadam parte urbis, quæ modo ex illis ædibus conspici posset, egit statim cum Bucculeio,[i] quod, cuicumque particulæ cœli officeretur,[j] quamvis esset procul, mutari lumina putabat. 180. Quid vero? clarissima M' Curii[11] causa[j] M.que Coponii nuper apud centumvi-

[e] *In pactione venditionis et emtionis.* [f] *In tabellis et scripto.*
[g] *In venditoris damnum verti oportere.*
[h] *In contractu venditionis promisit se præstaturum, ut ne qui ex illis ædibus patebat prospectus, immutaretur ; aut si id fieret, damnum a se sarciendum.*
[i] *In jus vocavit Bucculeium.*
[j] *Quod prospectus cœli aliqua parte impediretur.*

Orell.—8 Lamb. et al. ap. Orell. *simili quodam*, omissis *in re*.—9 Quidam conj. *lumina, uti nunc sunt, ita recipio.*—10 *Fusius enim* Erl. 1. et edd. vett. Mox, idem codex *conspici possit.* Deinde, *ita quamvis* Crat. Man. *via quamvis* edd. vett. *illa quamvis* conj. Camer. Denique, pro *mutari*, Junt. Crat. Lamb. habent *mutata.*—11 *M. Curii*, i. e. *Marci* Erl. *Marcique Coponii* Orell. *et Marci*

NOTÆ

emerat, quo jure esset, teneret.' In eodem libro statuit Tullius ad bonam fidem pertinere in venumdando, notum esse emtori vitium quod novit venditor.

j *Clarissima M' Curii causa*] Coponius quidam moriens cum uxorem gravidam putaret, filium, qui se mortuo nasceretur, (is postumus dicitur, quasi postremo loco natus,) reliquit hæredem : substituit illi hæredem secundum M' Curium, ea conditione, ut M' Curius esset hæres, si filius postumus ante moreretur, quam sui juris esset. Decessit subinde Coponius : sed cum uxor ejus revera gravida non esset, nullus ei natus est filius postumus. Statim M. Coponius agnatus mortui apud centumviros egit, ut sibi liceret hæreditatem adire : oratorem et patronum delegit Q. Scævolam. Contra M' Curius, secundus hæres testamento relictus, sibi hanc hæreditatem postulabat, eo nomine, quod hæres fuisset institutus, si postumus ante moreretur, quam posset per ætatem e tutoris custodia et potestate exire: perinde autem esse quod nullus fuisset postumus, ac si natus revera foret ac mortuus ante tempus a patre constitutum. Erat Curii patronus L. Cras-

ros, quo concursu hominum, qua expectatione defensa est? cum Q. Scævola, æqualis[k] et collega meus,[12] homo omnium et disciplina juris civilis eruditissimus, et ingenio prudentiaque acutissimus, et oratione maxime limatus atque subtilis, atque, ut ego soleo dicere, juris peritorum eloquentissimus, eloquentium juris peritissimus,[13] ex scripto testamentorum jura defenderet, negaretque, nisi postumus[k] et natus, et, antequam in suam tutelam venisset,[14] mortuus esset, hæredem eum esse posse, qui esset secundum postumum, et natum, et mortuum, hæres institutus:[l] ego voluntatem defenderem; hac eum tum mente fuisse, qui testamentum fecisset, ut, si filius[15] non esset, qui in tutelam venisset;[m] M' Curius esset hæres. Num destitit[n] uterque nostrum in ea causa, in auctoritatibus, in exemplis, in testamentorum formulis, hoc est, in medio jure civili versari? XL. 181. [p. 100.] Omitto jam plura exempla cau-

[k] *Qui ejusdem mecum est ætatis.*

[l] *Qui post filium postumum et natum et mortuum secundo loco scriptus esset hæres.*

[m] *Perveniret ad eam ætatem, qua possidere posset ea bona quæ fidei tutoris erant credita.* [n] *Cessavit.*

*Coponii* Manut. Lamb. Junt. Crat.—12 Oxon. δ et Oxon. U Z in marg. *collega ejus.*—13 Hæc tria verba delet Sch.—14 Edd. vett. et Sch. *veniret;* Norf. Mag. Harl. 2. Bod. Ascens. Manut. Lamb. *venisset;* Erl. 1. *veniēt.* Mox, *esse non posse* Junt. probante Camerario. Deinde, Erl. 1. et ed. Oxon. *ego autem defenderem;* Oxon. U β δ ε *ego licet defenderem;* Oxon. Z *defendere;* Crat. in marg. *ego videlicet def.* Erl. *eum hac cum mente;* Oxon. *cum hac tum mentem fuisse;* Orell. *hac eum* [tum] *mente fuisse.*—15 Lamb. ap. Orell. *ei si filius.* Mox, *qui in tutelam veniret* Oxon. U Z, Junt. et Pearc. *qui in suam t. veniret* Orell. *veniret* etiam Grut et Mull.

## NOTÆ

sus, quem Cicero nunc loquentem facit. Q. Scævola scripto nitebatur: hæc esse verba testamenti, ut Curius tantum hæres esset, si postumus ante certum tempus moreretur; mori eum non posse qui natus non sit; natum non esse postumum, itaque hæreditatem M. Coponio agnationis jure ascribendam esse, non M' Curio qui conditione testamenti excluderetur. Crassus contra voluntatem ejus qui testamentum fecisset, ac scripti sententiam spectandam esse contendebat, non ipsa verba et apices scripti. Hanc fuisse mentem testatoris: Si filius sibi non esset qui hæreditatem paternam adiret, ut M' Curius hæres suus esset. Causam obtinuit L. Crassus, ut refert Cicero orat. pro Cæcina § 53.

[k] *Postumus*] 'Non significat eum qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est.' Cæsell. ap. Gell. II. 16.

sarum amplissimarum, quæ sunt innumerabilia: capitis nostri [l] sæpe potest accidere, ut causæ versentur in jure. Etenim sic C. Mancinum,[m] nobilissimum atque optimum virum, ac consularem,[1] cum eum propter invidiam Numantini [n] fœderis [o] pater-patratus [o] ex S. C. Numantinis dedidisset,[2] eumque illi non recepissent, posteaque Mancinus domum revenisset, neque in senatum introire dubitasset; P. Rutilius,[3] M. filius, tribunus plebis, de senatu jussit educi, quod eum civem negaret esse; quia memoria sic esset proditum, quem pater suus aut populus vendidisset, aut pater-patratus dedidisset, ei nullum [4] esse postlimi-

[o] *Quia odiosus erat Romanis ob fœdus cum Numantinis initum.*

Cap. xl. 1 Erl. 1. aliique codd. ap. Orell. *atque consularem.* Particulam *ac* delent Sch. et Orell. hic tamen malit cum Lamb. in marg. *et consularem.* Mox, *cum propter* Sch. e nonnullis codd.—2 Oxon. Z et ε *didisset;* ε in ora *dedisset.* Postea vocc. *posteaque .... revenissent* desunt in Erl. 1.—3 *P. Rupilius* Erl. 1. Mox, *de senatu* delent Orell. et al.—4 Voc. *nullum* deest in Erl. 1.

NOTÆ

[l] *Capitis nostri*] Causa capitis apud Romanos ea dicebatur, in qua agebatur de status mutatione sive capitis diminutione. Triplex est autem capitis diminutio: maxima cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit; minor sive media, cum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur; minima cum et civitas et libertas retinetur, sed status hominis commutatur: maxima servum facit, media peregrinum, minima filium familias vel patrem familias. Justinian. Instit. I. 16.

[m] *C. Mancinum*] C. Hostilius Mancinus consul A. U. C. 617. ante Chr. 137. prodigiorum contemtor, a Numantinis victus et castris exutus, pacem cum iis ignominiosam fecit. Sed hanc ratam esse vetuit senatus; itaque ipse sciens ac volens illis deditus est. Cum autem non esset ab iisdem receptus, Romam rediit. Quæsitum est an pro cive habendus esset, sive an ullum ei postliminium esse posset. Negabat P. Rutilius tribunus plebis ob eam causam quam Cicero commemorat. Affirmabant alii, quia non erat receptus ab hostibus; deditionem enim aut donationem sine acceptione non posse intelligi; Mancinum igitur non habendum esse pro dedito, quem hostis accipere nollet. Pro Mancino judicavit populus Romanus, illumque obtinuisse prætuਰam anno scil. U. C. 620. tradit Pomponius JCtus. Flor. in epit. Appian. &c.

[n] *Numantini*] Vide notas in l. IV. Herenn. § 19.

[o] *Pater-patratus*] Is unus e fecialibus erat sanctiori quadam ornatus dignitate atque auctoritate ad patrandum, hoc est, sanciendum aliquod fœdus, res repetendas, bellum indicendum hosti, &c. Feciales autem fidei publicæ inter populos præerant, nec licebat bellum inferre, nisi justis de causis susceptum declarassent, ipsique indixissent. Liv. I. I.

nium.[p] [p] 182. Quam possumus reperire ex omnibus rebus civilibus causam contentionemque majorem,[q] quam de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis consularis; præsertim cum hæc non in crimine aliquo,[r] quod ille posset inficiari, sed in civili jure [s] consisteret? Similique in genere,[q] inferiore ordine,[5] [r] siquis [t] apud nos servisset ex populo fœderato, seseque liberasset, ac postea domum revenisset; quæsitum est apud majores nostros, num is ad suos postliminio rediisset, et amisisset hanc civitatem. 183. Quid? de libertate, quo judicium gravius esse nullum potest; nonne ex jure civili potest esse contentio, cum quæritur, is,[u] qui domini voluntate census sit,[v] continuone,

[p] *Ei jus nullum esse bona sua et pristinum quem in civitate obtinebat locum recuperandi.*

[q] *In simili causa postliminii.*

[r] *In homine inferioris ordinis, quam fuisset Mancinus.*

Idem mox, *non crimine a. q. i. possit . . . . constituerent.*—5 Mull. *infer. ex ordine;* Erl. 1. et edd. vett. *inferioreque ordine.* Mox, *et postea* Erl. 1. Deinde

NOTÆ

[p] *Postliminium*] Vide Top. § 36.

[q] *Majorem*] Illa scilicet Mancini causa, in qua agebatur de illius ordine, civitate, et libertate: de ordine, an senator esset, quo in ordine erat antequam hosti dederetur: de civitate, an habendus esset in numero civium: de libertate, an servus esset an liber: de capite, an capite diminutus esset, proindeque in exilium pellendus, aut etiam omnino perdendus.

[r] *Non in crimine aliquo*] Constabat enim illius crimen, videlicet fœdus ignominiosum cum Numantinis factum.

[s] *Sed in civili jure*] Cujus est statuere quæ sit vis illius vocis, postliminium; et an ille pro dedito sit habendus, ac proinde privandus jure postliminii, qui hostibus quidem deditus fuerit, verum ab iis non receptus: quæ causa erat Mancini.

[t] *Siquis*] Aliquis e populo fœderato, homo inter suos liber et ingenuus, Romam venerat: ibi servitutem serviit: ea servitute liberatus ad suos rediit: ab iis receptus non est. Quæsitum est an is dicendus esset ad suos redire postliminio, an desiisset civis Romanus esse. Causa quærendi hæc erat, quod inter fœderatos postliminium non est, sed tantum inter hostes: itaque si ille assertus in libertatem, factus erat civis Romanus, sine postliminio poterat redire ad suos. Non poterat tamen amplius esse civis Romanus, quia jure Romano nemo poterat, ut ait Cic. pro Corn. Balbo, duarum civitatum civis esse.

[u] *Cum quæritur, is*] Cum a censoribus numerarentur cives Romani de more quinto quoque anno; in eo numero recensebantur tantum cives, non servi: si quis igitur servus domini sui voluntate census esset, seu relatus in tabulas in quibus scribebantur tantum civium nomina et fortu-

an ubi lustrum conditum,[w] liber sit? 6 Quid, quod usu, memoria patrum, venit,[s] ut paterfamilias, qui ex Hispania Romam venisset, cum uxorem prægnantem in provincia reliquisset, Romæque alteram 7 duxisset,[x] neque nuntium priori remisisset,[t] [y] mortuusque esset intestato,[u] et ex utraque filius natus esset; mediocrisne res in controversiam adducta est? cum quæreretur de duobus civium capitibus, et de puero, qui ex posteriore natus erat, et de ejus matre; quæ, si judicaretur, certis quibusdam verbis,[z] non novis nuptiis,[v] [a] fieri cum superiore divortium, in con-

[s] *Quod ætate patrum nostrorum contigit.*
[t] *Neque repudiasset priorem uxorem quam duxerat in Hispania.*
[u] *Non facto testamento.*
[v] *De puero qui natus erat ex posteriori conjuge, et ejus matre, quæ haberetur loco concubinæ, si statuerent judices divortium faciendum esse certis et conceptis verbis, non vero novis tantum nuptiis contrahendis.*

*domum venisset* Oxon. U.—6 Sic restituit locum Cujacius. Cod. Pith. habet *an tibi lustrix conditum, liber sit;* unus Memmii, *an, ubi jam ter lustrum conditum liber sit;* alter Memmii et Palat. 1. 2. 3. 8. *continuone an tribus lustris conditis liber sit;* Palat. 9. et ed. pr. *si non sit conditum lustrum? continuone an tribus lustris conditis liber sit;* in aliis edd. *sit, si modo sit conditum lustrum sitne liber,* monente Grutero. Ed. W. *an tribus lustris conditis.* Denique codd. Erl. et Oxon. et ed. Lips. *si non lustrum conditum, sit ne liber continuone, an tribus lustris conditis.*—7 *Romæ alteram* conj. Bremius. Mox, *intestatus* Lamb. et al. ap. Orell. Deinde pro *controversiam.* Oxon. U Z *contentionem;* Oxon. ε *contentionibus.* Oxon. U *deducta est.* Denique, Erl. 1. et Oxon. α, et a m. pr. δ, *de*

## NOTÆ

næ, quæri poterat an ille continuo libertate donatus fuisset a domino, et an liber esset et e civium numero.

[v] *Census sit*] Censum instituit Servius Tullus rex Romanorum sextus.

[w] *Ubi lustrum conditum*] Condi lustrum dicebatur, cum census perfectus erat et absolutus: absolvebatur autem sacrificio solenni. Lustrum est ipse census, seu recensio civium: a lustrando dicitur, tunc enim veluti lustrabantur et recognoscebantur cives omnes. Aliquando lustrum est spatium annorum quinque; quia exactis quinque annis fiebat census.

[x] *Duxisset*] In uxorem accepisset. Viri novas uxores ducere solebant domum suam.

[y] *Nuntium priori remisisset*] Non licebat Romanis plures habere uxores; at eas repudiare quæ ductæ essent, certis de causis fas erat, et iis quasi renuntiare.

[z] *Certis quibusdam verbis*] His fere verbis, cum uxores repudiabant, utebantur: 'Res tuas tibi habeto, tuas tibi res agito:' quorum altero restituit dotem, altero tutoris munus in rebus uxoriis deponebat.

[a] *Non novis nuptiis*] Videtur is, qui nuptias cum altera uxore contrahit, priorem repudiare: hunc tamen tacitum consensum recentiores jurisperiti negant sufficere. Lis igitur hæc et controversia erat an verbis, an mente sola, et novis nuptiis factis

cubinæ locum duceretur. 184. Hæc igitur, et horum similia jura suæ civitatis ignorantem, erectum et celsum,[8] alacri et promto ore ac vultu, huc atque illuc intuentem, vagari magna cum caterva toto foro, præsidium clientibus, atque opem amicis, et prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui porrigentem atque tendentem, nonne in primis flagitiosum putandum est?

XLI. 185. Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitiem[1] hominum atque inertiam. Nam si esset ista cognitio juris magna ac difficilis; tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. Sed, o Dii immortales! non dicerem hoc, audiente Scævola, nisi ipse dicere soleret, nullius artis faciliorem sibi cognitionem videri.[2] 186. Quod quidem certis de causis a plerisque aliter existimatur:[w][3] primum, quia veteres illi, qui huic scientiæ præfuerunt, obtinendæ atque augendæ potentiæ suæ causa, pervulgari artem suam noluerunt: deinde, posteaquam est editum,[x][4] expositis a Cn. Flavio[b] primum actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent.[y] Nihil est enim,[c]

[w] *Creditur esse difficillima juris cognitio.*
[x] *Postquam patefactum est id quod veteres tectum voluerant.*
[y] *Varia præcepta juris civilis revocarent ad certa genera rerum.*

*pueri.*—8 Lamb. ap. Orell. *excelsum.* Mox, *ore atque vultu atque illud* Ed. 1. Idem codex paulo post, *cum magna caterva.*

Cap. XLI. 1 Lamb. ap. Orell. *segnitiam;* Nonius *segnitatem.* Mox, *homini* Ed. 1.—2 Codd. aliquot ap. Orell. item Junt. Crat. Man. *nullius sibi artis f. cog. videri.*—3 Oxon. U Z, Palat. 1. 2. Mem. Pith. *aliter nominatur.* ‘ Forsan verius.’ *Grut.* Mox, *primum quod* Oxon. U.—4 Sch. susp. *posteaquam jus est*

NOTÆ

divortium fieri censeretur.

[b] *Expositis a Cn. Flavio*] ‘Posset agi lege necne,’ inquit Cicero pro Murena § 25. ‘pauci quondam sciebant. Fastos enim vulgo non habebant: erant enim in magna potentia qui consulebantur; a quibus etiam dies tanquam a Chaldæis petebantur. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit,’ id est, ostenderit doctrinam veterum illorum jurisconsultorum non admodum reconditam fuisse, ‘et singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, et ab ipsis cautis jurisconsultis eorum sapientiam compilarit.’ Cn. iste Flavius, patre libertino natus, ob fastos populo promulgatos fuit ædilis curulis a forensi turba creatus A. U. C. 450. ante Chr. 304.

quod ad artem redigi possit, nisi ille prius,[5] qui illa tenet, quorum artem instituere vult, habeat illam scientiam, ut ex iis rebus, quarum ars nondum sit, artem efficere possit. 187. Hoc video, dum breviter voluerim dicere, dictum a me esse paulo obscurius: sed experiar, et dicam, si potero, planius. XLII. Omnia fere, quæ sunt conclusa nunc artibus,[z] dispersa et dissipata quondam fuerunt: ut in musicis,[a] numeri,[1] et voces, et modi;[d] in geometria,[e] lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines; in astrologia, cœli conversio, ortus, obitus, motusque siderum; in grammaticis,[f] poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus; in hac denique ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare, disponere,[2] memi-

[z] *Quæ in artem redacta sunt.* [a] *In arte musica.*

*editum.* Mox, *Cn. Fabio* Oxon. U.—5 'Locus hic mihi parum dignus Cicerone videtur. Saltem *ille prius* deleverim. Cicerone dignum foret, *nisi, qui tenet, quorum a. i. vult,' &c.* Ernest. *ille* delevit Sch. Mox, *illa tenent* Oxon. U. *habet illam* codd. aliquot, edd. vett. Junt. Man.

Cap. XLII. 1 Erl. 1. *in musicis et numeri.* Idem codex mox, *in geometria et lineamenta et formæ.*—2 Pearc. conj. *disponere, ornare.* Mox, *incondita quondam omnino* conj. Sch. *late diffusa* Lamb. ap. Orell. *omnibusque diffuse lata* Oxon. Z a; *diffusa latere videbantur* conj. Matthiæ; *omnibus diffuse latere* Gulielm. *dif-*

## NOTÆ

Livius IX. et Pomponius de Orig. Juris.

[c] *Nihil est enim*] Est enim opus quadam scientia ad artem instituendam, et res artificiose ordinandas; philosophiam intelligit ut colligitur ex § 188. Neque satis est ea scire quæ in artem possint redigi, nisi via illa teneatur, quam quia pauci tenebant, nulli perdiu fuerunt qui artem juris civilis constituerent; unde orta est illius cognoscendæ difficultas; quæ jam nulla est arte inventa et perfecta.

[d] *Numeri, et voces, et modi*] Ex his constant musica: 1. voce, in qua spectatur tonus varius, alius acutus, alius gravis, alius remissus: hinc variæ canentium partes. 2. ex numeris, quæ sunt intervalla vocum ac tempora, cum voces aut protrahuntur, aut contrahuntur, aut inciduntur, &c. 3. e modis: modus seu modulatio est coagmentatio quædam vocum ac numerorum.

[e] *In geometria*] Ars est qua tum locorum intervalla, tum rerum quæ sub aspectum cadunt, longitudinem et latitudinem, altitudinem ac profunditatem dimetimur. Γῆ, *terra*; *μέτρον, mensura.* Lineamenta sunt linearum ductus; formæ sunt figuræ, &c. De his Euclides fuse disserit.

[f] *In grammaticis*] Grammatica est ars emendate loquendi. Asciscit sibi subsidia ex poëtis quos evolvit, et historicis quos explicat. Versatur etiam in interpretatione verborum et eorum origine indaganda: hanc ejus

nisse, agere; ignota quondam omnibus, et diffusa late videbantur. 188. Adhibita est igitur ars quædam [3] extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum philosophi assumunt,[b] quæ rem dissolutam divulsamque conglutinaret, et ratione quadam constringeret. Sit ergo in jure civili finis [4] hic, legitimæ atque usitatæ in rebus causisque civium æquabilitatis conservatio.[c] 189. Tum sunt notanda genera,[g] et ad certum numerum paucitatemque revocanda. Genus autem est id,[5] [h] quod sui similes communione quadam, specie autem differentes, duas aut plures complectitur partes. Partes autem sunt,[6] quæ generibus iis, ex quibus emanant, subjiciuntur; omniaque, quæ sunt vel generum vel partium nomina, definitionibus, quam vim habeant, est exprimendum. Est enim definitio,[i] earum rerum, quæ sunt ejus rei [7] propriæ, quam definire volumus, brevis, et circumscripta quædam explicatio. 190. Hisce ego rebus exempla adjungerem, nisi, apud quos hæc haberetur [8] oratio, cernerem: nunc complectar quod proposui, brevi.[9] Si enim aut mihi [10] facere licuerit, quod jamdiu

[b] *Jus civile in artem redactum est, cujus artis conficiendæ rationem philosophi a se profectam venditant.*
[c] *Æquabilitatis quæ constat legibus et usu.*

*fusa lata* Memm. *diffuse latere* Pith. et Pal. 2.—3 Voc. *quædam* omittunt codd. aliquot ap. Orell.—4 Loco *finis* Oxon. δ ad oram *fons*. Mox, Erl. 1. *equalitatis;* Oxon. γ δ ε, Victor. Man. Junt. Crat. *æqualitatis.*—5 Lamb. ap. Orell. *id est.* Mox, loco *similis*, Erl. 1. et Oxon. δ *simili.* Paulo post, *aut plurimas* Erl. 1.—6 Sch. *autem hæ sunt.* Pro *autem* vett. ap. Steph. *enim.* ‘ Fortasse *autem* h. l. et supra post *genus* inducendum.’ *Orell.* Mox, *omnia quæ sunt* Lamb. ap. Orell.—7 Steph. *ei rei.*—8 Mull. ex edd. vett. *habetur.*—9 Steph. et

NOTÆ

partem etymologiam vocant, hoc est, notationem nominum et veræ originis rationem.

[g] *Notanda genera*] Juris genera ista sunt: aliud publicum est jus, aliud privatum. Rursus publicum aliud spectat res sacras, aliud magistratus ordinemque civitatis: aliud continetur legibus, aliud senatusconsultis, &c. aliud civium est, aliud exterorum, &c. Vide Cic. in Topicis.

[h] *Genus autem est id, &c.*] Vide notas in Topica § 13.

[i] *Est enim definitio*] Id attulit quod maxime definitionem continet: vulgo enim duæ illius partes afferuntur; una explicat id quod est rei quam definire volumus, commune cum aliis rebus; altera id quod est illi proprium. Homo est animal rationis compos; animal, hoc illi cum belluis commune; rationis compos, hoc propri-

cogito,[j] aut alius quispiam, aut, me impedito, occuparit,[d] aut mortuo effecerit, ut primum omne jus civile in genera digerat, quæ perpauca sunt; deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat; tum propriam cujusque vim definitione declaret; perfectam artem juris civilis habebitis, magis magnam, atque uberem, quam difficilem atque obscuram.[11] 191. Atque interea tamen, dum hæc, quæ dispersa sunt, coguntur,[12] vel passim licet carpentem et colligentem undique, repleri justa juris civilis scientia.[e] XLIII. Nonne videtis, equitem Romanum, hominem acutissimo[1] omnium ingenio, sed minime ceteris artibus eruditum, C. Aculeonem,[k] qui mecum vivit, [*p.* 101.] semperque vixit, ita tenere jus civile, ut ei,[2] cum ab hoc discesseritis, nemo de iis, qui peritissimi sunt, anteponatur? 192. Omnia enim sunt[3] posita ante oculos, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum atque in foro: neque ita multis literis aut voluminibus magnis continentur: eadem enim sunt elata[f] [4] primum a pluribus: deinde, paucis verbis commutatis, etiam ab iisdem scriptoribus, scripta sunt sæpius. 193. Accedit vero quo facilius percipi cog-

[d] *Prius fecerit quam ego.*

[e] *Donec illa in unum corpus aliquis redigat, potest unusquisque carpendo et colligendo undique satis idoneam sibi comparare juris civilis scientiam.*

[f] *In lucem edita.*

Lamb. *brevius;* Erl. 1. *posui brevi.*—10 Lamb. ap. Orell. *aut id mihi.*—11 Edd. vett. Junt. Crat. Man. Mull. et Orell. *dif. et obscuram.*—12 'Debet esse *cogantur.*' Ern. Sic edd. vett. Junt. Victor. Schutz. Mox, pro *justa,* quod servant codd. plerique, Crat. Grut. *ista* habent Pall. et edd. vett. *replere istam juris civ. scientiam* Pith. et Memm. Erl. 1. Oxon. U Z ε.

Cap. XLIII. 1 Oxon. Z ε *acutissimum.* Mox, *Culeonem* Erl. 1.—2 Ita Erl. 1. et edd. vett. *uti cum* Ald. *ab hoc disseritis* Oxon. U.—3 *Omnia sunt enim* Orell. e duobus codd.—4 Beier Offic. tom. I. p. 21. *eadem sunt enim;* idem Offic. tom. II. p. 62. *eadem enim elata sunt;* Erl. 1. etiam *elata sunt;* edd. pr. *lata sunt;* codd. Oxon. *sunt clara.* Paulo post, *scripta sæpius,* omisso

## NOTÆ

um est ac peculiare.

[j] *Quod jamdiu cogito*] Hoc in persona Crassi de se ipse Cicero dicere videtur: eum enim scripsisse librum de jure civili in artem redigendo testis est Gellius I. 22.

[k] *C. Aculeonem*] Hic eques Romanus Ciceronis materteram duxit uxorem: propterea filios Aculeonis Cicero consobrinos suos vocat l. II. de Orat.

noscique jus civile possit, (quod minime plerique arbitrantur,) mira quædam in cognoscendo suavitas[5] et delectatio. Nam, sive quem aliena studia[g] delectant; plurima est, et[6] in omni jure civili, et in pontificum libris,[1] et in XII. tabulis,[m] antiquitatis[h] effigies, quod et verborum prisca vetustas[7] cognoscitur, et actionum[i] genera quædam majorum consuetudinem vitamque declarant: sive quis civilem scientiam[j] contempletur, quam Scævola non putat oratoris esse propriam, sed cujusdam ex alio genere prudentiæ; totam hanc, descriptis[k] omnibus civitatis utilitatibus ac partibus, XII. tabulis contineri videbit:[8] sive quem ista præpotens et gloriosa philosophia delectat, (dicam audacius,) hosce habebit fontes omnium disputationum suarum, qui jure civili[l] et legibus continentur. 194. Ex his enim et dignitatem maxime expetendam videmus, cum verus, justus,[9] atque honestus labor honoribus, præmiis, splendore decoratur;[10] vitia autem hominum, atque fraudes,

[g] *Aliena a studio juris.* [h] *Superiorum temporum et morum.*
[i] *Controversiarum et litium.* [j] *Scientiam administrandæ civitatis.*
[k] *Ordine compositis.*
[l] *Philosophia fontes disputationum suarum habet contentos in jure civili.*

*sunt*, Lamb. ap. Orell.—5 Erl. 1. *suavitas in cognoscendo;* et mox, *hæc aliena studia.* Pro *aliena*, Wetzel. et Harl. *antiqua.*—6 ‘ Delevi *et* post *est*, secutus novem codd. meos.’ *Pearc.* ‘ *Et* abest quoque cod. Erl. 1. et ed. Oxon. atque abesse possit.’ *Harl.*—7 In cod. Erl. legitur *vetustas prima.* Grut. præferre malit lectionem cod. Pith. *vetustate prisca cognoscitur.* Idem annotat Palatinis nullis adesse *contempletur*, quod mox sequitur. Hoc verbum deest etiam in Erl. 1. Censor in Bibl. Crit. Amst. I. p. 14. conj. *consectatur*, aut potius *complectitur.*—8 Erl. 1. Grut. et vulgg. *videbitis;* Joan. Gonv. Bal. Harl. 1. Venet. et recentt. *videbit.* Mox, *delectet* Lamb. ap. Orell. pro *habebit*, quod servat Erl. 1. *habet* legitur in vulgg.—9 Erl. 2. *verus et justus.*—10 Grut. et vulgg. *atque splendore dec.* ‘ Cum codd. omnibus Oxon. cum codd. Cant. Wag. Mead. et Harl. 1. et vett. plerisque edd. deleo vulgatum *atque;* in posteriore enim parte sententiæ Cicero non utitur particula copulativa.’ *Pearc.* *Atque*

NOTÆ

[1] *Pontificum libris*] In quibus est jus sacrorum. Pontifices religionis et rerum divinarum apud Romanos arbitri, ita sunt appellati, quod possent facere, hoc est, sacrificare. Qui maximus dicebatur, ceteris summa auctoritate præerat, nec nisi in maximis rebus, quæ religionem spectabant, versabatur. Pontifices maximi auctoritate valuerunt ad tempora C. Julii Cæsaris, post quem reliqui Cæsares hanc dignitatem usurparunt.

[m] *XII. tabulis*] De quibus supra diximus in notis ad § 58.

damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte multantur: et docemur non infinitis, concertationumque plenis disputationibus, sed auctoritate, nutuque legum, domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. XLIV. 195. Fremant omnes licet: dicam quod sentio: bibliothecas, mehercule, omnium philosophorum unus mihi videtur XII. tabularum libellus, si quis legum fontes et capita viderit, et auctoritatis pondere, et utilitatis ubertate superare. 196. Ac, si nos, id quod maxime debet,[1] nostra patria delectat; cujus rei tanta est vis, ac tanta natura, ut Ithacam[n] illam, in asperrimis saxulis, tanquam nidulum, affixam, sapientissimus vir[2] [o] immortalitati anteponeret; quo amore tandem inflammati esse debemus in ejusmodi patriam, quæ una in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis? cujus primum nobis mens, mos, disciplina, nota esse debet; vel quia est patria, parens omnium nostrum, vel quia tanta sapientia fuisse in jure constituendo putanda est, quanta fuit in his tantis opibus imperii comparandis. 197. Percipietis etiam illam ex cognitione juris lætitiam et voluptatem, quod, quantum præstiterint nostri majores prudentia ceteris gentibus, tum facillime intelligetis, si cum

deest in Erl. 1. Paulo ante in Erl. 2. post verba, *disput. suarum, qui,* magna lacuna est usque ad verba, *hæc duntaxat in Græcis, &c.* II. 14. § 61. In cod. Oxon. U legitur *de jure civ.* et lacuna est usque ad vocc. *omni ratione,* II. 3. § 13. In edd. quoque Oxon. hic deficiunt variæ lectt. usque ad l. c.

CAP. XLIV. 1 Ernest. et Harl. legere malint *decet.* Mox *rei* delet Lamb. Deinde, pro *saxulis,* nescio quis ap. Orell. conj. *scopulis.*—2 Lamb. *sapientis-*

## NOTÆ

[n] *Ithacam*] Insulam in Ionio Mari prope Cephaleniam. Sophiano dicitur hodie *Valle di Compare*, Porcaccio *Theachi*, Turcis *Phiachi*. De Ithacæ sterilitate vide Hom. Od. Δ.

[o] *Sapientissimus vir*] Ulysses scilicet, cui Calypso pollicita est immortalitatem, modo secum manere perpetuo vellet. Sic enim illa Ulyssem alloquitur Odyss. E. Ἐνθάδε κ᾽ αὖθι μένων σὺν ἐμοὶ τόδε δῶμα φυλάσσοις, Ἀθάνατός τ᾽ εἴης· *Hic si mecum manens hanc domum servares, et immortalis esses.* Ulysses respondet: Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω καὶ ἐέλδομαι ἤματα πάντα Οἴκαδέ τ᾽ ἐλθέμεναι, καὶ νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι· *Sed enim sic volo et cupio singulis diebus domum repetere, et reditus diem videre.*

illorum Lycurgo,[3] [p] et Dracone,[q] et Solone [r] nostras leges conferre volueritis. Incredibile est enim, quam sit omne jus civile, præter hoc nostrum, inconditum, ac pæne ridiculum: de quo multa soleo in sermonibus quotidianis dicere, cum hominum nostrorum prudentiam ceteris omnibus,[4] et maxime Græcis, antepono. His ego [5] de causis dixeram, Scævola, iis, qui perfecti oratores esse vellent, juris civilis cognitionem esse [6] necessariam.

XLV. 198. Jam vero ipsa per sese quantum afferat iis, qui ei præsunt, honoris, gratiæ, dignitatis, quis ignorat? Itaque, ut apud [1] Græcos infimi homines, mercedula adducti, ministros se præbent in judiciis oratoribus,[m] ii, qui apud illos πραγματικοὶ [s] vocantur; sic, in nostra civitate contra, amplissimus quisque et clarissimus vir; ut ille, qui propter hanc juris civilis scientiam sic appellatus a summo poëta [n] est:

Egregie cordatus homo, catus Ælius Sextus,[o] [2] [t]

[m] *Subserviunt oratoribus suggerendo illis leges et jus civile quo opus est ad causam.*

[n] *Ennio.* [o] *Sextus Ælius homo insignis prudentiæ et sapientiæ.*

*simus ille vir.*—3 'Facile esset corrigere *illarum*, quia præcedit *gentibus*. Sed quia in *illorum* consentiunt libri, intelligamus 'populorum,' quod ex illo *gentium* verbo repeti potest.' *Ernest.*—4 Ita omnes Pall. ap. Grut. *hominibus* edd. vett. Junt. &c.—5 *His ergo* edd. vett.—6 Erl. 1. *esse cognitionem.* 'Sed suavius accidit ad aures vulgatus ordo.' *Harl.*

CAP. XLV. 1 *Itaque non ut apud* Erl. edd. vett. et Sch.—2 *Æliu' Sextus* Merula, Pearc. Grut. Harl. Mull. Orell. al. 'Sic pronuntiandum, sed non necessario scribendum.' *Ernest.* *Ælius Sextus* Erl. 1. et Verburg.

NOTÆ

[p] *Lycurgo*] De quo supra § 58.

[q] *Dracone*] Draco primus Atheniensium legislator, cujus severiores leges sanguine, non atramento, scriptas, draconis, non hominis, esse dicebant: tanta scilicet fuit illarum immanitas, ut in levia pariter et gravia delicta capitali pœna animadverterent, nec minus addicerent morti eum qui otii convictus esset, quam qui parricidium admisisset. Cum in theatrum aliquando prodiisset, conjectis in eum undique stragulis et vestimentis suffocatus est. Floruit, ut tradit Clemens Alexandrinus l. I. Strom. Olymp. XXXIX. anno 1. quo leges tulit, ante Chr. 624. Eum perhibent tribus versuum millibus vitæ præcepta tradidisse.

[r] *Solone*] Vide notas superiores in § 58.

[s] Πραγματικοὶ] Πρᾶγμα est *negotium, actio*: illi causidici apud Græcos velut agebant, instruebantque causas, quas oratores pronuntiarent: tela subministrabant, quæ ab oratoribus torquerentur.

[t] *Ælius* [*Æliu'*] *Sextus*] De quo in

multique præterea, qui, cum ingenio sibi [auctore][p] dignitatem peperissent,[3] perfecerunt, ut in respondendo de jure,[q] auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio, valerent. 199. Senectuti vero celebrandæ[r] et ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quam juris interpretatio? Equidem mihi hoc subsidium jam ab adolescentia[4] comparavi, non solum ad causarum usum forensium;[5] sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis, ut, cum me vires (quod fere jam tempus adventat) deficere cœpissent, ab solitudine[6] domum meam vindicarem. Quid est enim præclarius, quam honoribus et reipublicæ muneribus perfunctum[7] senem posse suo jure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo,[u] se esse eum, unde sibi, si non populi et reges, at omnes sui cives consilium expetant,

Suarum rerum[8] [v] incerti: quos ego mea ope ex

[p] *Opera ingenii sui.*
[q] *Respondendo iis qui se consulerent de jure.*
[r] *Ab otio et solitudine vindicandæ.*

—3 'Locus hic non una parte vitiosus videtur. Primum *cum* alienum et delendum puto; deinde, cum Pearcio, verbum *auctore*, quod sane ineptum est. Edd. s. l. et a. Med. Lips. habent *peperissent*, quod est verissimum. Quid porro est, *in respondendo jure?* ut vulgati habent, quis ita dixit? Eædem edd. habent *de jure*; recte. Et videntur etiam verba hic transposita. Totus locus sic est constituendus, *multique præterea, qui ingenio sibi dignitatem peperissent, perfecerunt respondendo de jure, ut auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio valerent.* Ceterum tantum in textu correximus, quod libris auctoribus potuimus.' *Ernest.* Erl. 1. et Pearc. *dignitatem reperissent . . . in respondendo jure.* Codd. *peperissent* habere, notatur in marg. Verburg. Matthiæ conj. *quum ingenio sibi auctoritatem reperissent.*—4 Erl. *jam inde ab adolescentia.* —5 'Ita, pro vulgata lectione *forensem*, Ernesti ex edd. pr. W. s. l. et a. M. &c. rescripsit. Mox in Erl. 1. ante *ornamentum* minus necessario nec suaviter *ad* post *atque* repertum legitur.' *Harl.*—6 Erl. 1. Grut. et vulgg. *ista ab solitudine;* sed voc. *ista* deest in edd. Venet. Mediol. Junt. Crat. et recentt. *cœpissent, tum a solitudine* Lamb.—7 Erl. 1. *perflictum.* Mox, *dicit ille* Sch. ap. Orell. *phicius Apollo . . . et omnes sui cives* Erl. 1.—8 *Suarum summarum rerum* Erl. 1. Idem in vs. seq. *compotens consilii.*

## NOTÆ

Bruto. *Catus* idem quod cautus. *Ætiu'* scriptum est pro Ælius; in versu enim *s* veteres ad libitum tollebant.

[u] *Pythius Apollo*] Delphis colebatur. Pythius autem dicebatur, ut volunt, a serpente Pythone, quem interemit. Ovid. Met. I. Ad Apollinis oraculum reges undique ac populi confluebant; sic ad prudentem et peritum jurisconsultum cives sui responsa et velut oracula petituri conveniunt.

[v] *Suarum rerum*] Versus tres iambici ex tragœdia quadam Enniana.

Incertis certos, compotesque consili
Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.[s]

200. Est enim sine dubio domus jurisconsulti totius oraculum civitatis. Testis est hujusce Q. Mucii janua et vestibulum,[w] quod in ejus infirmissima valetudine, affectaque[t x] jam ætate, maxima quotidie frequentia civium, ac summorum hominum splendore celebratur.

XLVI. 201. Jam vero illa[1] non longam orationem desiderant, quamobrem existimem publica quoque jura, quæ sunt propria civitatis atque imperii, tum monumenta rerum gestarum, et vetustatis exempla, oratori nota esse debere. Nam ut in rerum privatarum causis atque judiciis depromenda sæpe oratio est ex jure civili, et idcirco, ut ante diximus, oratori juris civilis scientia necessaria est: sic in causis[2] publicis judiciorum, concionum, senatus,[y] omnis hæc et antiquitatis memoria, et publici juris auctoritas, et regendæ reipublicæ ratio ac scientia, tanquam alia materies,[3] iis oratoribus, qui versantur in republica, subjecta esse debent. [*p*. 102.] 202. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem,[u] aut rabulam,[z] hoc sermone nostro conquirimus, sed eum virum, qui primum sit ejus

[s] *An sunt in periculo rerum suarum? ego illos auxilio meo facio ex periclitantibus securos, eis suggero consilia, ne sese implicent molestis in negotiis.*

[t] *Ad exitum vergente.*

[u] *Declamatorem insulsum.*

CAP. XLVI. 1 *Jam illa*, omisso *vero*, Erl. 1. M. et Sch. ap. Orell. *vero* legitur in Junt. Crat. et Victor. Mox, *exist. quum publ. jura*, omisso *quoque*, Lamb. Idem mox omittit copulam *et* ante *vetustatis*.—2 Erl. 1. *sic his in causis*, et mox, *hac antiquitatis*, omisso *et*.—3 Erl. 1. *aliqua materies;* et sic edd. præ-

NOTÆ

[w] *Janua et vestibulum*] Janua primus est ingressus in interiora domus: vestibulum spatium est januam inter et viam relictum, ut qui ædium dominum venissent salutatum, neque in ipsis essent ædibus, neque in via starent. Vide Gell. XVI. 5.

[x] *Affectaque*] 'Affecta, sicuti M. Cicero et veterum elegantissimi locuti sunt, ea proprie dicebantur, quæ non ad finem ipsum, sed proxime finem progressa deductave erant.' Gell. III. 16.

[y] *Judiciorum, concionum, senatus*] Judicia exercentur in foro; conciones fiunt ad populum e rostris; senatus habetur in curia.

[z] *Rabulam*] Eum quem insana dicendi, seu quæstus potius dicendo faciendi, rabies agitat; qui, quod ratione non potest, oratione et clamore obtinere contendit.

artis antistes,[v] cujus cum ipsa natura magnam homini facultatem daret, tamen esse Deus putabatur,[4] [w] ut et ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur: deinde, qui possit, non tam caduceo,[a] quam nomine oratoris ornatus, incolumis, vel inter hostium tela, versari: tum, qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subjicere odio [x] civium, supplicioque constringere: idemque ingenii præsidio innocentiam judiciorum pœna liberare: idemque languentem labentemque[5] populum aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos, mitigare: qui denique, quemcumque in animis hominum motum res et causa postulet, eum dicendo vel excitare possit, vel sedare. 203. Hanc vim si quis existimat, aut ab iis, qui de dicendi ratione scripserunt, expositam esse, aut a me posse exponi tam brevi, vehementer errat: neque solum inscientiam[6] meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. Equidem vobis, quoniam ita voluistis, fontes, unde hauriretis,[7] atque itinera ipsa, ita putavi esse demonstranda; non ut ipse dux essem, (quod

[v] *Qui ceteris dicendo antecellat.*
[w] *Quamvis natura magnam artis oratoriæ facultatem afferat hominibus, tamen ars ea tanta est, ut ipse Deus hanc facultatem dedisse putetur hominibus.*
[x] *Adducere in odium.*

ter Ernest. et Harl. '*alia* Ernest. errore typogr.' *Orell.*—4 Erl. 1. *tum esse Deus putatur.* 'Sed Ernesti pro vulgata lectione *putatur*, quæ manifeste falsa est inter media imperfecta *daret, erat, videretur*, correxit *putabatur*.' Harl. Mox, pro *partum*, edd. antiq. habent *factum;* Lips. *perlatum.*—5 Lambinus corrigit *labantemque.*—6 Victor. *inscitiam.*—7 Erl. 1. *haurietis,* et mox *quod infinitum,* omisso *et.* Præterea, Ernestio videtur esse legendum *esset infin.* sed repugnat Ruhnken. ad Vell. Paterc. II. 42. et observat, bonos scriptores fere semper illam formulam per indicativum efferre, 'longum est,' 'infinitum

NOTÆ

[a] *Caduceo*] Caduceus bacillus quidam est duobus anguibus hinc inde extantibus ita illigatus, ut inter illos medius sit. Insigne est Mercurii; describitur a Virgilio his versibus Æn. IV. 'Tum virgam capit; hac animas ille evocat orco Pallentes,' &c. Legati feciales, qui pacem petebant, præferebant caduceum, et caduceatores interdum vocabantur. Qui virgam illam insigne pacis gestabant, erant jure gentium ubique tuti et incolumes. Hæc est porro hujus loci sententia. Orator non tam oratoris persona, quam orationis auctoritate tutus sit.

et infinitum est, et non necessarium,) sed ut commonstrarem tantum viam, et, ut fieri[8] solet, digitum ad fontes intenderem.[b] XLVII. 204. Mihi vero, inquit Mucius, satis[y] superque abs te videtur istorum[z] studiis, si modo sunt studiosi, esse factum: nam, ut Socratem illum solitum aiunt dicere, perfectum sibi opus esse,[a] si quis[1] satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ percipiendæque virtutis; (quibus enim id persuasum esset, ut nihil mallent se esse, quam bonos viros, iis reliquam facilem esse doctrinam:) sic ego intelligo, si in hæc, quæ patefecit oratione sua Crassus, intrare volueritis; facillime vos ad ea, quæ cupitis, perventuros ab hoc[b] aditu, januaque patefacta. 205. Nobis vero, inquit Sulpicius, ista sunt pergrata perque jucunda: sed pauca etiam requirimus, inprimisque ea, quæ valde breviter a te, Crasse, de ipsa arte percursa sunt,[c] cum illa te et non contemnere, et didicisse confiterere: ea si paulo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni desiderii nostri. Nam nunc,[2] quibus studendum rebus esset, accepimus, quod ipsum est tamen magnum; sed vias[d] earum rerum rationemque cupimus cognoscere. 206. Quid si, inquit Crassus, quoniam ego, quo facilius vos apud me tenerem, vestræ potius obsecutus sum voluntati, quam aut consuetudini, aut naturæ meæ, petimus[3] ab Antonio, ut ea, quæ conti-

[y] *Copiose ut nihil quæri amplius debeat.*
[z] *Sulpicii et Cottæ.*
[a] *Se id quod volebat consecutum esse.* [b] *A Crasso.*
[c] *Cursim dicta.* [d] *Artem.*

est,' 'longum erat,' &c.—8 'Ernesti non dubitat, rescribendum esse *dici*, quoniam, ut ait, est modus loquendi proverbialis, et in vulgato sensus commodus non est. Sed Herel. in literis ad me datis malit, si quid mutandum, *ferri*, modo nimirum loquendi proverbiali, vulgo trito; idque placet.' *Hurl.*

CAP. XLVII. 1 Orell. e codd. *si qui*. Mox, *esset incitatus* Lamb. Paulo post, *esse se* codd. aliquot, Lamb. et Sch. ap. Orell.—2 *Nam cum* Erl. 1.—

NOTÆ

[b] *Digitum ad fontes intenderem*] Id est, ostenderem discendi cupidis unde parari posset eloquentia: metaphora ducta ab iis qui sitientibus fontes præmonstrant, quibus sitim compescant.

net,[e] neque adhuc protulit, ex quibus unum libellum sibi excidisse jamdudum questus est, explicet nobis, et illa dicendi mysteria[f] enuntiet? Ut videtur, inquit Sulpicius; nam Antonio dicente, etiam quid tu sentias, intelligemus.[4] 207. Peto igitur, inquit Crassus, a te, quoniam id nobis, Antoni, hominibus id ætatis,[g] oneris[5] ab horum adolescentium studiis imponitur, ut exponas, quid iis de rebus, quas a te quæri vides, sentias. XLVIII. Deprehensum[h] equidem me, inquit Antonius, plane video atque sentio, non solum quod ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque insolens,[i] sed quia, quod in causis valde fugere soleo, ne tibi, Crasse, succedam, id me nunc isti vitare non sinunt.[1] 208. Verum hoc ingrediar ad ea, quæ vultis, audacius, quod idem mihi spero usu esse venturum in hac disputatione, quod in dicendo solet,[j] ut nulla expectetur ornata oratio: neque enim sum de arte dicturus, quam nunquam didici, sed de mea consuetudine; ipsaque illa, quæ in commentarium meum retuli, sunt ejusmodi, non aliqua mihi doctrina tradita,[k] sed in rerum usu causisque tractata: quæ si vobis, hominibus eruditissimis, non probabuntur, vestram iniquitatem accusatote, qui ex me ea quæsieritis, quæ ego nescirem: meam facilitatem laudatote, cum vobis, non meo judicio, sed vestro studio inductus, non gravate respondero.[l] 209. Tum Crassus, Perge

[e] *Quæ apud se servat.* [f] *Secreta præcepta.*

[g] *Hujus ætatis, jam senibus.*

[h] *Occupatum ex improviso.*

[i] *Quorum usum non habeo: non enim consuevi tradere dicendi præcepta et ea valde observare.*

[j] *Sed eo audacius aggrediar explicare ea quæ petitis, quod idem mihi spero eventurum in hac disputatione, quod solet in causis dicendis.*

[k] *Quæ scripsi in libello a me refricandæ memoriæ causa confecto.*

[l] *Laudate me quod ita fuerim commodus, ut vobis responderim, non quod ita judicarem esse mihi faciendum homini rerum istarum ignaro, sed ut ardori discendi vestro servirem.*

3 Erl. 1. *petamus.*—4 Erl. 1. alii codd. et edd. ante Ernest. *intelligas, sentiemus.* —5 ‘Hanc voc. positionem defendere studuit Matthiæ in progr. cit. similibus locis allatis; sed censor Lipsiens. arbitratur τὸ *oneris* vel post *imponitur* esse collocandum, vel forsan esse glossema.’ *Harl.* *oneris* Sch. collocavit post *id nobis*, Mull. post *imponitur.*

modo, inquit, Antoni: nullum est enim periculum, ne quid tu eloquare, nisi ita prudenter, ut neminem nostrum pœniteat ad hunc te sermonem impulisse.

Ego vero, inquit, pergam: et id faciam, quod in principio fieri[c] in omnibus disputationibus oportere censeo: ut, quid illud sit, de quo disputetur,[2] explanetur, ne vagari et errare cogatur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, non idem esse illud, quo de agitur, intelligant. 210. Nam, si forte quæreretur, quæ esset ars imperatoris,[m] constituendum putarem principio, quis esset[3] imperator: qui cum esset constitutus[n] administrator quidam belli gerendi, tum adjungeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus, de commeatu,[o] de insidiis faciendis atque vitandis, de reliquis rebus, quæ essent propriæ belli administrandi: quarum qui essent animo et scientia compotes,[p] eos esse imperatores dicerem; utererque exemplis Africanorum[d] et Maximorum;[e]

[m] *Ducis exercitus.* [n] *Cum ita esset definitus.*
[o] *Annona militari.*
[p] *Satis haberent fortitudinis ac prudentiæ ut ea præstarent.*

CAP. XLVIII. 1 Lamb. *id nunc vitare me isti non sinunt.*—2 Sch. ap. Orell. *disputatur.* Mox, *dissererint* Erl. 1. *dissentiunt* Lamb. Dein τὸ *esse* delevit Schutz. uncis inclusit Orell. Denique, *de quo agitur, intelligent* Erl. Vulgatum *intelligent* præfert Wetzel.—3 Erl. 1. *qui esset.* Paulo post, Erl. 1. *signorum conlocutionibus, de commeatu, de insidiis faciendis atque vitandis, de oppi-*

## NOTÆ

[c] *Quod in principio fieri, &c.*] Desumta est ex Phædro Platonis hæc sententia: Περὶ παντὸς, ὦ παῖ, κ. τ. λ. *In omni re, o fili, &c.*

[d] *Africanorum*] Africani duo fuere; alter P. Cornelius Scipio Africanus Major, consul factus A. U. C. 549. bellum in Africam transtulit, ubi Hasdrubale Carthaginiensi et Syphace Numidiæ rege iterum debellatis, illustre consecutus est Africani cognomentum. Accusatus de capta ab Antiocho pecunia ad pacis leges ferendas, adversariorum invidiæ cessit, et Liternum in Campaniam se recepit, ibique obiit A. U. C. 571. ante Chr. 183. Livius, Plutarch. &c. Alter P. Scipio Æmilianus Africanus Minor, Carthaginem 'invisam Romano nomini funditus sustulit,' ut narrat Paterculus, 'fecitque suæ virtutis monumentum, quod fuerat avi ejus clementiæ. Numantiam item excisam æquavit solo. Nec quisquam ullius gentis hominum ante eum clariore urbium excidio nomen suum perpetuæ commendavit memoriæ .... Post duos consulatus, duosque triumphos,

Epaminondam[f] atque Hannibalem,[g] atque ejus[4] generis homines nominarem. 211. Sin autem quæreremus,[5] quis esset is, qui ad rempublicam moderandam[q] usum, et scientiam, et studium suum contulisset, definirem hoc modo: qui, quibus rebus utilitas reipublicæ pararetur augereturque, teneret, iisque uteretur;[6] hunc reipublicæ rectorem, et consilii publici auctorem esse habendum: prædicaremque P. Lentulum,[h] principem illum, et Ti. Gracchum patrem, et Q. Metellum, et P. Africanum, et C. Lælium, et innumerabiles alios cum ex nostra civitate, tum ex ceteris. 212. Sin autem quæreretur, quisnam jurisconsultus vere nominaretur; eum dicerem, qui legum, et consuetudinis[7] ejus, qua privati in civitate uterentur, et ad respondendum, et ad scribendum, et ad cavendum,[r] peritus esset: et ex eo genere Sex. Ælium,[i] M' Manilium, P. Mucium nominarem. XLIX. [*p.* 103.] Atque, ut jam[1] ad leviora artium studia veniam, si musicus, si grammaticus, si poëta quæratur, possim similiter explicare, quid eorum quisque profi-

[q] *Quis esset optimus reip. gubernator.*
[r] *Ad providendum ne sui consultores decipiantur.*

*dorum oppugnationibus, &c.*—4 Mull. conj. *aliosque ejus.*—5 Sic Ven. Victor. Streb. Gronov. Pearc. Verb. et recentt. *quæremus* edd. vett. *queremus* Erl. 1. *quæreretur* Lips.—6 Erl. 1. *augeretur, teneret, iis uteretur.* Mox, *Q. Marcellum*, et paulo post *alios tum* in eodem codice.—7 Venet. 1485. *consuetudinisque.* Mox, pro *scribendum*, quod e conj. primus recepit Ernest. *agendum* habent Erl. 1. alii codd. Junt. Lamb. Grut. Paulo post, *M. Manilium* Grut.

NOTÆ

mane in lectulo repertus est mortuus, ita ut quædam elisarum faucium in cervice reperirentur notæ,' A. U. C. 625. ante Chr. 129.

[e] *Maximorum*] Cujus nominis fuere complures arte militari celeberrimi, quibus omnibus antecelluisse videtur Q. Fabius Maximus, qui Hannibalem Romæ imminentem cunctando fregit, remque Romanam restituit. Polyb. Liv. &c.

[f] *Epaminondam*] Qui Thebanorum dux maximam Lacedæmoniis cladem attulit ad Leuctra, quæ Bœotiæ urbs est, eorum duce Cleombroto occiso: anno 1. Olymp. 102. ante Chr. 372. suis imperium peperit. Diodorus, &c.

[g] *Hannibalem*] Vide notas in l. III. Herenn. § 2.

[h] *P. Lentulum*] De quo, ut et de ceteris qui hic laudantur, disserendi locus erit in Bruto.

[i] *Sex. Ælium*] Vide Cic. in Bruto, ubi et de M. Manilio et de P. Mucio agetur.

teatur, et quo non amplius ab[2] quoque sit postulandum. Philosophi denique ipsius,[3] qui de sua vi ac sapientia unus omnia pæne profitetur, est tamen quædam descriptio,[s] ut is, qui studeat omnium rerum, divinarum atque humanarum vim, naturam causasque nosse, et omnem bene vivendi rationem tenere et persequi, nomine hoc appelletur. 213. Oratorem autem, quoniam de eo quærimus, equidem non facio eundem, quem Crassus ;[t] qui mihi visus est omnem omnium rerum atque artium scientiam comprehendere uno oratoris officio ac nomine : atque eum [4] puto esse, qui verbis ad audiendum jucundis et sententiis ad probandum accommodatis uti possit in causis forensibus atque communibus : hunc ego appello oratorem, eumque esse præterea instructum voce, et actione, et lepore quodam volo. 214. Crassus vero mihi noster [5] visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus, immensis pæne, describere : nam et [6] civitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit : in quo per mihi mirum visum est, Scævola, te hoc illi concedere ; cum sæpissime tibi senatus, breviter impoliteque dicenti, maximis sit de rebus assensus. M. vero Scaurus,[j] quem non longe, ruri, apud se,[7] esse audio, vir regendæ reipublicæ scientissimus, si audierit, hanc auctoritatem gravitatis et consilii sui vindicari [k] a te, Crasse, quod eam oratoris propriam esse

[s] *Philosophus etsi videtur omnes artes unus complecti et profiteri, certa definitione tamen et limitibus suis circumscribi potest.*

[t] *Non ita definio ut Crassus ; angustioribus terminis eloquentiam circumscribo.*

CAP. XLIX. 1 Voc. *jam* deest in uno cod. ap. Orell. et in Sch.—2 Sch. ap. Orell. *amplius a.*—3 Erl. 1. *ipsi.* 'Forsan per compendium scribendi.' *Harl.*—4 Man. *at eum.* Mox, *puto esse præterea instructum qui et verbis* Erl. 1. In eodem cod. pro *jucundis*, legitur *jocundus.* Edd. vett. Junt. Crat. Victor. Lamb. *qui et verbis, &c.* τὸ *et* delet Grut.—5 Steph. et Lamb. ap. Orell. *noster mihi.*—6 Solus Man. *nam etiam.*—7 Ven. 1485. *apud sese.* Paulo post,

NOTÆ

j *M. Scaurus*] Consule notas in Brutum § 111.

k *Vindicari*] Vindiciæ, auctore Festo, appellantur res de quibus controversia est : vindicare vero dicitur ille, qui rem, de qua controversia est, suam esse dicit.

dicas; jam, credo, huc veniat, et hanc loquacitatem[8] nostram vultu ipso aspectuque conterreat: qui quanquam est in dicendo minime contemnendus, prudentia tamen rerum magnarum magis, quam dicendi arte, nititur. 215. Neque vero, siquis[1] utrumque potest, aut ille consilii publici auctor ac senator bonus, ob eam ipsam causam orator est; aut hic disertus atque eloquens,[9] si est idem in procuratione[u] civitatis egregius, illam scientiam[10] dicendi copia est consecutus: multum inter se distant istæ facultates, longeque sunt diversæ, atque sejunctæ; neque eadem ratione ac via M. Cato, P. Africanus, Q. Metellus,[11] C. Lælius, qui omnes eloquentes fuerunt, orationem suam et reipublicæ dignitatem exornabant. L. Neque enim est interdictum aut a rerum natura, aut a lege aliqua atque more, aut singulis[1] hominibus, ne amplius, quam singulas artes, nosse liceat.[v] 216. Quare non, etsi eloquentissimus Athenis Pericles,[m] idemque in ea civitate plurimos annos princeps consilii publici fuit, idcirco ejusdem hominis[2] atque artis utraque facultas existimanda est; nec, si P. Crassus idem fuit eloquens, et juris peritus, ob eam causam inest

[u] *Administratione.*

[v] *Neque natura, neque lex, neque mos ullus prohibet, ne unus aliquis artes multas discat.*

*quod eam oratoriam* ed. Hahn. *quod eam oratorum* Ven. 1485.—8 Sch. suspic. *et hanc licentiam.*—9 Junt. *disertus aut eloquens.*—10 Ita Lamb. e conj. Manutii; *aliquam scientiam* Junt. Crat. Victor. Grut. item omnes codd. ap. Pearc. *reliquam scientiam* conj. Grut. *aliena scientia dicendi copiam* ed. Hahn. *alienam scientiam, &c.* hinc conj. Wyttenb. quod receperunt Sch. et Orell. *aliqua scientia dicendi copiam* Erl. 1. *aliquam scientia dicendi copiam* Palat.—11 *Q. Marcellus* Erl. 1. Mox, *et rationem* Nonius; unde *et orationem* conj. Orell.

Cap. L. 1 Grut. et al. *et singulis;* Erl. 1. *ut singulis.* ' Ernest. errore typogr. *aut singulis.*' Orell. Ita edidit etiam Harl. Mox, *non et si sit eloq.* Erl. 1.—2 Sch. et Mull. e conj. *nominis;* sed Mullerum postea pœnituit hujus

## NOTÆ

[1] *Neque vero, siquis*] Facile fieri potest ut idem sit et senator bonus et eximius orator; verum dotes illæ diversæ sunt; neque enim sequitur, ut qui bonus est senator, is sit orator illustris, et qui illustris orator, sit senator bonus. Sed ita distinguuntur illæ facultates, ut in diversis hominibus separatæ sæpe reperiantur.

[m] *Pericles*] De quo Tullius in Bruto, ut et de P. Crasso ac ceteris oratoribus, qui passim hic laudantur: in nostris in Brutum notis ea congessimus, quæ ad illustrium oratorum notitiam pertinerent.

in facultate dicendi juris civilis scientia. 217. Nam si quisque, ut in[3] aliqua arte et facultate excellens, aliam quoque artem sibi assumserit, ita perficiet, ut, quod præterea sciet, id ejus, in quo excellet, pars quædam esse videatur: licet ista ratione dicamus,[w] pila[n] bene, et duodecim scriptis[4] ludere,[o] proprium esse juris civilis, quoniam utrumque eorum P. Mucius optime fecerit; eademque ratione dicantur, et quos[5] *Φυσικοὺς*[p] Græci nominant, iidem poëtæ, quoniam Empedocles[q] physicus egregium poëma fecerit. At hoc ne philosophi quidem ipsi, qui omnia, sicut propria, sua esse,[6] atque a se possideri volunt, dicere audent, geometriam, aut musicam, philosophi esse, quia

[w] *Poterimus pari jure dicere* (*ironice dictum*).

receptæ.—3 '*Si quisque, ut in, &c.*] Sequitur paulo post *is perficiet*, ubi cum *is* redundat, Lambinus voluit reponere *ita*. Sed ista emendatione non opus est, si scripserit hic Cicero, *si, ut quisque in aliqua arte*,' *&c.* Pearc. 'In Erl. 1. etiam *is perficiet;* ed. W. *iis:* utrumque manifeste vitiosum, ait Ernesti, qui de sua certa conjectura dedit, *ut in aliqua . . . ita perficiet.*' Harl. *is perficiet* codd. et edd. vett. Junt. Crat. M. quod defendit Matthiæ Misc. Crit. I. 4. p. 677.—4 Ita codd. Pall. et Victor. *scrupis* edd. vett. et Junt. Mox, *esse jurisconsulti, quoniam* Man.—5 Ita edd. vett. Junt. Crat. Victor. *et* omittit Sch. defendit Matthiæ l. c. '*Etiam* Man. qui in iis erat, qui *et* hoc sensu apud Ciceronem non tolerarent.' *Orell.*—6 Sch. conj. *qui cetera omnia scilicet proprie sua esse.*

## NOTÆ

[n] *Pila*] Vide notas in l. III. de Orat. § 58.

[o] *Duodecim scriptis* [*scrupis*] *ludere*] Legunt alii *scriptis ludere*. Recte etiam, ut ostendit Victorius, Var. Lect. v. 13. est enim scriptus lapis vel calculi genus, quo utebantur veteres in hoc ludi genere, quemadmodum docent Nonius et Festus. *Scrupus* lapillum significat: duodecim scrupi totidem sedibus alternis, albo et nigro colore signatis, dispositi ludum hunc præbebant: pro scrupis nunc adhibentur orbiculi ex ebore vel buxo. Singulare est quod Quintilian. XI. 3. contigisse narrat illi Scævolæ, cum scrupis luderet: is cum prior calculum promovisset essetque victus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset, recordatus, rediit ad eum quicum luserat, hicque ita factum esse confessus est.

[p] *Φυσικοὺς*] *Φύσις*, *natura: φυσικοὶ* qui res naturales, earum causas, et effecta indagant.

[q] *Empedocles*] Philosophus, idemque poëta Agrigentinus. Eum tradunt, ut absumto corpore crederetur immortalis, in ardentem Ætnæ Montis voraginem sese dedisse præcipitem; ejectis autem ferreis crepidis rem fuisse deprehensam. Ita Hippobotus apud Laërtium, qui neque hoc, neque alia de ejus morte commenta approbat. Id constat eum floruisse Olymp. LXXXIV. annis ante Chr. 444. Lucret. l. I. Horat. in Arte, &c.

Platonem omnes in illis artibus præstantissimum fuisse fateantur. 218. Ac, si jam placet, omnes artes oratori subjungere,[x] tolerabilius est, sic potius dicere, ut, quoniam dicendi facultas non debeat esse jejuna atque nuda, sed aspersa atque distincta multarum rerum jucunda quadam varietate, sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo et cogitatione, multa etiam legendo percurrisse: neque ea, ut sua, possedisse, sed, ut aliena, libasse.[y] Fateor enim, callidum[z] quendam hunc, et nulla in re tironem ac rudem,[a] nec peregrinum atque hospitem[b] in agendo esse debere.

LI. 219. Neque vero istis tragœdiis tuis,[c] [r] quibus, uti philosophi maxime solent, Crasse, perturbor, quod ista[1] dixisti, neminem posse eorum mentes, qui audirent, aut inflammare dicendo, aut inflammatas restinguere, cum eo[2] maxime vis oratoris magnitudoque cernatur, nisi qui rerum omnium naturam, mores hominum atque rationes[3] penitus perspexerit: in quo philosophia sit oratori necessario percipienda: quo in studio hominum quoque ingeniosissimorum otiosissimorumque totas ætates videmus esse contritas:[d] [4] quorum ego copiam magnitudinemque cognitionis atque artis non modo non contemno, sed etiam vehementer admiror: nobis tamen, qui in hoc populo foroque versamur, satis est,[5] ea de moribus hominum et scire, et dicere, quæ non abhorrent ab hominum moribus. 220. Quis enim un-

[x] *Quasi famulas subjicere.* [y] *Leviter attigisse.* [z] *Exercitatum et acutum.*
[a] *Politum usu et arte.* [b] *Ignarum.*
[c] *Non moveor iis rationibus quas tam vehementer ac tragice attulisti.*
[d] *Totam vitam consumtam.*

Cap. LI. 1 Al. ante Ernesti *quod ita.* 'Ern. *ista,* errore typogr. propagato a Mull.' *Orell.* *ista* etiam Harl.—2 'Cuidam docto placuit *cum in eo,* quod probo.' *Pearc.* In cod. Erl. 1. vocc. *solent, Crasse, perturbor . . . cum eo maxime,* errore librarii desunt.—3 Schutz. *nisi qui hominum naturam et motus animorum eorumque rationes;* Lamb. *ac rationes.*—4 Erl. 1. *esse contrarias.*—5 Lamb. *est satis.* Mox, *ea de motibus animorum* conj. Ernesti; recepit

## NOTÆ

[r] *Istis tragœdiis tuis*] Tragœdias in nugis agere dicuntur, qui rem parvam clamitando, ut fieri solet a tragœdiarum actoribus, magnam faciunt.

quam orator magnus, et gravis, cum iratum adversario judicem facere vellet, hæsitavit ob eam causam, quod nesciret, quid esset iracundia, fervorne mentis,[6 s] an cupiditas puniendi doloris? Quis, cum ceteros animorum motus aut judicibus, aut populo dicendo miscere atque agitare vellet, ea dixit, quæ a philosophis dici solent? qui partim omnino motus negant[t] in animis ullos esse debere, quique eos in judicum mentibus concitent, scelus eos nefarium[7] facere; partim, qui tolerabiliores volunt esse, et ad veritatem vitæ propius accedere, permediocres ac potius leves motus debere esse dicunt. 221. [*p.* 104.] Orator autem omnia hæc, quæ putantur in communi vitæ consuetudine, mala ac molesta, et fugienda, multo majora et acerbiora verbis facit: itemque ea, quæ vulgo expetenda atque optabilia videntur, dicendo amplificat atque ornat: neque vult ita sapiens inter stultos videri, uti, qui audiant,[8] aut illum ineptum[e] et Græculum[f] putent, aut etiamsi valde probent[u] ingenium oratoris, sapientiam admirentur, se

[e] *Si de reconditioribus philosophiæ disputationibus agat apud populum.*
[f] *Si eruditionem putide ac frigide ostentare velit.*

Schutz.—6 Idem Schutz. *errorne mentis* de Purgoldi conj.—7 Manut. suspic. *eos aiunt nefarium.* In cod. Erl. 1. legitur, *qui cum eos, &c.* Paulo post, *aut potius* Erl. 1.—8 Pearc. conj. *ut ii, qui audiant.* 'Et sic quoque antea jam conjeceram.' *Harl.* Ernesti suspic. *qui audiant illum, aut ineptum;* vel, *aut ineptum illum et Græculum.* Hoc receperunt Schutz. et Mull. 'Nec tamen hoc *illum* opponitur v. *se.*' Orell. *aut Græculum* Erl. 1. et edd. ante Pearc. 'Mox, Gruter. contra Lamb. tuetur lect. *peragrat per;* is enim *per* expunxit, sed

NOTÆ

[s] *Fervorne mentis*] Sic iracundia describitur ab Aristotele per causam materialem; est, inquit, fervor sanguinis circa cor propter ulciscendi doloris cupiditatem. Melius idem Aristoteles Rhet. II. 2. Ἔστιν ἡ ὀργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν εἰς αὐτὸν, ἢ εἰς αὐτοῦ τινα μὴ προσηκόντως· *Ira est cum dolore conjuncta cupiditas ultionis speratæ, propter apparentem contemtum, quo quis vel se vel e suis aliquem immerito affectum putat.* Tullius sic Tusc. Quæst. l. IV. Ira est 'libido puniendi ejus, qui læsisse videatur injuria.'

[t] *Omnino motus negant*] Stoici negant motus in animis ullos esse debere: Peripatetici mediocres admittunt. Vide Tullium Tusc. Quæst. l. III.

[u] *Etiamsi valde probent*] Licet auditores maxime probent ingenium oratoris, ab eo tamen solent alienari, cum orator plus æquo suam eruditionem venditat. Qui ingenium et doctrinam aperte prædicat, auditori vi-

esse stultos[g] moleste ferant; 222. sed ita peragrat[h] per animos hominum, ita sensus mentesque pertractat, ut non desideret philosophorum descriptiones,[i] neque exquirat oratione,[9] summum illud bonum[v] in animone sit, an in corpore: virtute an voluptate definiatur: an hæc[j] inter se jungi copularique possint: an vero, ut quibusdam visum, nihil certum sciri, nihil plane cognosci et percipi possit: quarum rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam, et multas, copiosas, variasque rationes; 223. sed aliud quiddam,[10] longe aliud, Crasse, quærimus: acuto homine nobis opus est, et natura usuque callido, qui sagaciter pervestiget, quid sui cives, iique homines, quibus aliquid dicendo persuadere velit, cogitent, sentiant, opinentur, expectent. LII. 224. Teneat oportet venas[w] cujusque generis, ætatis, ordinis,[k] et eorum, apud quos aliquid aget,[1] aut erit acturus, mentes, sensusque degustet:[l] philosopho-

[g] *Rudes et imperitos.* [h] *Penetrat.*
[i] *Ut carere facile possit philosophorum definitionibus.*
[j] *Virtus et voluptas.*
[k] *Oportet ut intelligat locos et argumenta, quibus moveri ac tractari possint animi hominum, cujuscumque sint illi generis, ordinis, ætatis.*
[l] *Cognoscat.*

haud necessario, et nolentibus codd.' *Harl.*—9 Erl. 1. *orationem;* Gesner. conj. et jam antea Lamb. maluit, *ratione.* Mox, Erl. 1. *desinatur: an hæc... an verum.* Dein, *visum est* Lamb.—10 Erl. *sed aliud quoddam.*
CAP. LII. 1 Pearc. e cod. Cant. *agit,* prob. Heusinger. *agat* Crat. *aliquid*

## NOTÆ

detur exprobrare inopiam ingenii et scientiæ; quod valde offendit animos; nemo enim, ut sit hebes et ignarus, videri tamen aut putari amat.

[v] *Summum illud bonum*] Discrepantes philosophorum de summo bono sententias egregie et breviter Cicero collegit Tusc. Quæst. v. § 84. 'Sunt autem hæ de finibus, ut opinor, retentæ defensæque sententiæ: primum simplices quatuor: nihil bonum nisi honestum, ut Stoici; nihil bonum nisi voluptatem, ut Epicurus; nihil bonum nisi vacuitatem, ut Hieronymus; nihil bonum nisi naturæ primis bonis aut omnibus aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos disserebat. Hæc simplicia; illa mixta: tria genera bonorum; maxima animi, secunda corporis, externa tertia; ut Peripatetici, nec multo veteres Academici secus. Voluptatem cum honestate Dinomachus et Callipho copulavit: indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adjunxit.'

[w] *Venas*] Metaphora ducta a venis aquarum et metallorum, quas investigant ii qui metalla aut aquas sub terra latentes explorant.

rum autem libros reservet sibi ad hujuscemodi Tusculani requiem [m] atque otium, ne,[2] si quando ei dicendum erit de justitia et fide, mutuetur [n] a Platone; qui, cum hæc exprimenda verbis arbitraretur, novam quandam finxit in libris civitatem: usque eo illa, quæ dicenda de justitia putabat, a vitæ consuetudine, et a civitatum moribus abhorrebant.[o] 225. Quodsi ea probarentur [x] in populis atque in civitatibus; quis tibi, Crasse, concessisset, clarissimo viro, et amplissimo principi civitatis, ut illa diceres in maxima concione tuorum civium, quæ dixisti? 'Eripite nos [3] [y] ex miseriis, eripite nos ex faucibus eorum, quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri: nolite sinere nos cuiquam servire, nisi vobis universis, quibus et possumus et debemus.' Omitto *miserias*, in quibus, ut illi aiunt, vir fortis esse non potest; omitto *fauces*, ex quibus te eripi vis, ne judicio iniquo exsorbeatur sanguis tuus;[p] quod sapienti negant accidere posse: *servire* vero non modo te, sed universum senatum, cujus tum causam agebas, ausus es dicere? 226. Potestne virtus, Crasse, servire, istis auctoribus, quorum tu præcepta oratoris facultate complecteris?[q] quæ et semper,[z] et sola libera est, quæque, etiamsi corpora

[m] *Ruri in villa legendos.* [n] *Desumat.*
[o] *Aliena erant.* [p] *Ne iniquo judicio pereas.*
[q] *An homo virtute præditus servus esse potest, si audimus philosophos, quorum præceptis institutum esse vis oratorem?*

delet Schutz.—2 Schutz. et Orell. *otium; nec;* Harl. *otium, nec;* al. *otium, ne.* Mox, Schutz. conj. *exponenda verbis.*—3 Pronomen *vos* deest in cod. Erl.

## NOTÆ

[x] *Quodsi ea probarentur*] Si philosophiæ placita libenter audiret populus, nunquam orationem tuam, o Crasse, populus Romanus probavisset; ea quippe abhorrebat a documentis philosophorum, qui negant hominem probum et sapientem servire cuiquam posse, &c.

[y] *Eripite nos*] Verba sunt deprompta ex oratione quadam, quam Crassus paulo ante ad populum habuerat; qua vehementer conquerebatur de equitibus Romanis, qui cum judicia impotentius et iniquius exercerent, tum vero senatum vehementer vexabant. Crassus igitur, qui senatorum partes et causam tuebatur, ita alloquebatur populum: 'Eripite nos,' &c.

[z] *Quæ et semper*] Videndum Ciceronis Paradoxum, cujus hæc est inscriptio, 'Omnes sapientes liberi, omnes stulti servi.'

capta sint armis, aut constricta[4] vinculis, tamen suum jus, atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debeat.[5] Quæ vero addidisti, non modo senatum servire *posse* populo, sed etiam *debere*, quis hoc philosophus[6] tam mollis, tam languidus, tam enervatus, tam omnia ad voluptatem corporis doloremque referens, probare posset? Senatum servire populo, cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem,[7] quasi quasdam habenas, tradidisset? LIII. 227. Itaque hæc cum a te divinitus ego dicta[1] arbitrarer, P. Rutilius Rufus,[a] homo doctus, et philosophiæ deditus, non modo parum commode, sed etiam turpiter et flagitiose dicta esse dicebat. Idemque Servium Galbam,[b] quem hominem probe commeminisse[2] [c] se aiebat, pergraviter reprehendere solebat, quod is, L. Scribonio quæstionem in eum ferente,[r] po-

[r] *Eum accusante.*

1. et ed. Schutz. Mox *et* deest ante *possumus* in Erl. 1.—4 Erl. 1. *instructa.* —5 Schutz. *debet.*—6 Idem, *debere hæc, quis philosophus.* Mox, Lamb. Mull. et Orell. distinguunt, *posset, senatum, &c.* Schutz. conj. *ut probare possit? Senatum, &c.*—7 Voc. *potestatem* delet Lamb. *potestatem, et quasi* conj. Mull.

CAP. LIII. 1 Grut. et Verburg. *divinitus et ego dicta*, contra codd. et edd. vett. Mox, *modo* deest in aliquot codd.—2 ‘Vulgo, *probe nosse et commeminisse.* Pro *Ser.* edd. Ascens. Ven. et Mediol. et codd. Bal. Nov. Norf. habent *Servium.* Deinde non placet ista verba *nosse* et *commeminisse* conjungi: qui enim dicit, se aliquem *nosse*, satis innuit, se illum *commeminisse.* Auctoritate igitur omnium codd. Oxon. et Palat. (et Memm.) itemque Norf. Mead. Harl. 2. et Cant. et edd. vett. verba *nosse et* delevi.’ *Pearc.* *Idem Q. Serv.* Ursin. et edd. quædam vett. *Idem q. Servium* Erl. 1. *Idem Q. Sergium* Streb. *Idem Q. Servium* Junt. Crat. Victor. *Idem Servium Sulpicium Galbam* Lamb. in

NOTÆ

[a] *P. Rutilius Rufus*] Cujus meminit Cicero in Bruto § 113.

[b] *Servium* [*Serg.*] *Galbam*] Q. Sergius Galba Hispanam provinciam, post exactam Romæ præturam, obtinuit. Is, Lusitanis ad XL. millia contra interpositam fidem partim interfectis, partim venditis, accusatus, ejus nomen deferente L. Scribonio tribuno plebis, perorante contra illum Catone, cum invidia et odio populi premeretur, et pœnas videretur daturus, C. Sulpicii Galli propinqui sui, viri populo acceptissimi, nuper demortui, filium adolescentem in medium protulit, cum duobus filiis suis, quos populi tutelæ flens, et quasi moriturus, commendavit. C. Sulpicii Galli recordatio, pupilli orbitas, ac puerorum aspectus ita populum ab odio ad misericordiam traduxerunt, ut judicio ac periculo Galba liberatus fuerit, A. U. C. 605. ante Chr. 149. Liv. epit. l. XLIX. Val. Max. VIII. 1. De Galba plura apud Tullium in Bruto § 82.

[c] *Commeminisse*] Erat enim tum adolescens Rutilius, cum Galba floreret.

puli misericordiam concitasset, cum M. Cato, Galbæ gravis atque acer inimicus, aspere apud populum Romanum[3] et vehementer esset locutus: quam orationem in Originibus[d] suis exposuit ipse. 228. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpicii Galli, propinqui sui, Q. pupillum filium[4] ipse pæne in humeros suos extulisset,[s] [5] qui patris clarissimi recordatione et memoria fletum populo moveret, et duos filios suos parvos tutelæ populi commendasset, ac se, tanquam in procinctu testamentum[e] faceret, sine libra atque tabulis,[f] populum Romanum tutorem instituere dixisset illorum orbitati. Itaque cum et invidia et odio[6] populi tum Galba premeretur, his quoque eum tragœdiis[t] liberatum ferebat; quod item apud Catonem scriptum esse video, nisi pueris et lacrymis usus esset, pœnas eum daturum fuisse. Hæc Rutilius valde vituperabat,

[s] *Ut toti populo spectandum exhiberet.*
[t] *Hac vehementi et tragica oratione.*

ed. 1566. *probe commeminisse* Erl. 1. Ald. Streb. *probe nosse et meminisse* Junt.—3 *Romanum* omittit Manut. Mox, *ipse in Orig. suis exposuit* Junt. Crat. Victor. *ipse* omittit Manut.—4 Lamb. et Schutz. *filium Q. pupillum.*—5 Erl. 1. *extulisse.* Censor in Bibl. Amst. I. p. 16. conj. *extulisset, ut patris . . . populo moveret, qui duos filios suos, &c.* Mox, *sine libra ac tabulis* Erl. 1.—6 Erl. 1. *invidia odio.* Mox, *his quasi eum* Crat. Victor. Mull. Orell. *hisce eum* Hen-

NOTÆ

[d] *Originibus*] Liber hic fuit M. Catonis, cujus inscriptio hæc erat, 'Origines,' quia in eo libro agebat de originibus urbium et populorum Italiæ. Vide Cic. in Bruto § 294.

[e] *In procinctu testamentum*] Milites Romani prælium commissuri tribus pluribusve suis commilitonibus audientibus hæredem nominabant, ut si caderent in prælio, testamento condito morerentur. Id testamentum 'in procinctu' vocabatur, cum ad prælium accincti milites nihil aliud nisi pugnæ signum expectant. Vide Gell. xv. 27.

[f] *Sine libra atque tabulis*] Aliud erat testamenti genus per familiæ emancipationem; quo paterfamilias imaginaria venditione jus omne suum ac bona transferebat in alium. Is porro ritus erat: Quinque testibus ac libripende præsentibus futurus hæres imaginarii pretii nomine nummum æneum dabat patrifamilias, ac solennem verborum formulam pronuntiabat: 'Hujus ego familiam, quæ mihi emta est hoc ære æneaque libra jure Quiritium, meam esse aio.' Deinde ære percutiens libram, illud æs dabat patrifamilias, qui tum hæreditatis adeundæ jus emtori concedebat. Is autem qui emebat, vocabatur emtor familiæ; eaque testamenta in tabulis scribebantur. Tertium testamenti genus calatis comitiis in populi concione fiebat: consule Gellium ibid.

et huic humilitati,[u] dicebat, vel exilium [g] fuisse, vel mortem anteponendam. 229. Neque vero hoc solum dixit, sed ipse et sensit, et fecit: nam cum esset ille vir exemplum, ut scitis, innocentiæ; cumque illo nemo neque integrior esset in civitate, neque sanctior, non modo supplex [h] judicibus esse noluit,[7] sed ne ornatius quidem, aut liberius causam dici suam, quam simplex ratio [8] veritatis ferebat. Paulum huic Cottæ tribuit partium,[v] [i] disertissimo adolescenti, sororis suæ filio. Dixit item causam illam quadam ex parte Q. Mucius, more suo, nullo apparatu, pure et dilucide. 230. Quod si tu tunc,[9] Crasse, dixisses, qui subsidium oratori ex illis disputationibus, quibus philosophi utuntur, ad dicendi copiam, petendum esse paulo ante dicebas; et, si tibi pro P. Rutilio non philosophorum more, sed tuo licuisset dicere? quamvis scelerati illi fuissent, sicuti fuerunt,[10] pestiferi cives,[j] supplicioque digni; tamen omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus

[u] *Vecordiæ.*
[v] *Passus est ut C. Cotta suam causam ageret, ac partem aliquam defensionis obtineret.*

sing. e vestig. codd. quod recepit Schutz.—7 Codd. aliquot et edd. vett. Junt. Crat. Schutz. *voluit.* Mox, *sed* deest in ed. Harl. Pro *liberius* Manut. habet *uberius.*—8 Ita Erl. Victor. Ascens. Lambin. Streb. Manut. Junt. et R. Steph. *oratio* vett. ap. Steph. Lamb. ap. Orell. et Grut.—9 *Quod si tu tunc* omnes Oxon. Cant. Harl. 2. edd. s. l. et a. Venet. Mediol. Ascens. Lamb. Streb. Lips. Man. et Steph. *Quod si* etiam Erl. 1. *Quid si tu nunc* Grut. et al. ante Pearc.—10 Schutz. de Goerenzii sententia dedit *sicut*

## NOTÆ

[g] *Dicebat, vel exilium*] Nempe homo Stoicus, qui affectus omnes ex hominum animis sublatos vellet, ac servilem hunc agendi modum a sapientis dignitate et libertate vehementer abhorrere censebat.

[h] *Non modo supplex*] P. Rutilius Rufus orator, jurisconsultus, philosophus, et historicus, quæstor in Asia A. U. C. 633. ante Chr. 121. cum a publicanorum injuriis Asianos defenderet, in invidiam et odium equestris ordinis, qui tum judicia exercebat, quo ex ordine publicani legebantur, vocatus est: accusatus repetundarum, damnatus, et in exilium missus est. Vide Brutum § 113.

[i] *Tribuit partium*] Oratores et patroni alii erant primarum partium, qui principem causæ locum ac defensionis habebant; qui primi dicebant, vel de rebus præcipuis: alii secundarum, alii tertiarum, &c.

[j] *Pestiferi cives*] Equites Romani, qui in gratiam publicanorum Rutilium damnaverant.

evellisset vis orationis tuæ:[w] nunc talis vir amissus est, dum causa ita dicitur,[11] ut si[k] in illa commenticia Platonis civitate res ageretur: nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam doluit, nemo est questus, nemo rempublicam imploravit, nemo supplicavit. Quid multa? pedem nemo[l] in illo judicio supplosit, credo, ne Stoicis renuntiaretur.[x] LIV. 231. [*p.* 105.] Imitatus est homo Romanus[y] et consularis veterem illum Socratem, qui, cum omnium sapientissimus esset, sanctissimeque vixisset, ita in judicio capitis[z] pro se ipse dixit, ut non supplex, aut reus, sed magister, aut dominus videretur esse judicum. Quinetiam, cum ei[1] scriptam orationem[m] disertissimus orator Lysias[n] attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in judicio uteretur, non invitus legit, et commode scriptam esse dixit: sed, inquit, Ut, si mihi[2] calceos Sicyonios[o] attulisses, non uterer, quamvis essent habi-

[w] *Oratione tua eloquenti et copiosa extinxisses crudele odium quo populi animos adversus Rutilium incenderant.*

[x] *Ne id, opinor, moleste ferrent Stoici, qui ejusmodi tragicos affectus condemnant.*

[y] *Rutilius.* [z] *In quo accusabatur quod Deos negaret.*

*fuerunt.*—11 Mull. conj. *ita dicebatur.* 'Suspicio perversa.' *Orell.*

CAP. LIV. 1 *Quin etiam ei* Erl. 1. omisso *cum.* Voc. *ei* suspectum Schutzio. —2 Lamb. ap. Orell. *sed, ut si mihi, inquit.* Paulo post, idem *atque apti.* Dein,

NOTÆ

[k] *Ita dicitur, ut si*] Non dicitur ornatius ac liberius, quam simplex ratio veritatis ferat; nullis excitatis affectibus, nulla quæsita commiseratione, &c. id quod fieri Plato volebat in sua illa ficta rep. quam administrandam tradidit philosophis, exterminata omni elegantia dicendi et copia.

[l] *Pedem nemo*] Valet pedis supplosio, ut Cicero monet, in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis: si fuerit crebrior, inepti hominis est, ut docet Fabius.

[m] *Scriptam orationem*] Vetitum olim Athenis fuit, ne quis ad suam defensionem oratorem adhiberet. Igitur Lysias orator tum optimus scribebat orationes, quas eloquentiæ rudes, quia pro se ipsi dicere jubebantur, ediscerent ac pronuntiarent. Ea causa fuit, cur scriptam orationem obtulerit Socrati.

[n] *Lysias*] De quo disseremus in notis ad Brutum § 35.

[o] *Sicyonios*] Sicyon urbs Peloponnesi in Græcia Corinthum inter et Athenas; teste Sophiano nunc appellatur *Basitica.* Hic olim muliebres calcei elegantissimi conficiebantur.

les et apti ad pedem, quia non essent viriles; sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. Ergo ille quoque damnatus est: neque [3] solum primis sententiis, quibus tantum statuebant judices, damnarent, an absolverent, sed etiam illis, quas iterum [p] legibus ferre debebant. 232. Erat enim Athenis, reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ [4] æstimatio: [q] et sententia cum judicibus daretur, interrogabatur reus,[a] quam quasi æstimationem [5] commeruisse se maxime confiteretur: quod cum interrogatus Socrates esset,[r] respondit, sese meruisse,[s] ut amplissimis honoribus et præmiis decoraretur, et ei [6] victus quotidianus in Prytaneo [t] publice præberetur; qui honos apud Græcos maximus habetur.[7] 233. Cujus responso sic judices exarserunt,[b] ut capitis hominem innocentissimum condemna-

[a] *Juxta sententiam condemnationis, cum pœnæ æstimatio danda esset judicibus, interrogabatur reus.*

[b] *In eum concitati sunt.*

*et ornatum videri* Schutz.—3 Erl. 1. *damnatus est non.* Mox, in eodem cod. *iterum legibus ferre.*—4 'Lambin. delet illud *pœnæ;* recte.' *Pearc.* 'Delendum censebat Lamb. non tamen delevit.' *Orell.* *quasi pena ea existimatio* Erl. 1. Mox, *ex sententia* Erl. 1. Junt. Crat. Victor. Manut. Grut. *hæc sententia* Verburg. *ea sententia* conj. Orell. *et sententia* edd. vett. Dein, pro *judicibus,* uterque Gronov. legit *vindicibus.*—5 Voc. *quasi æstimationem* delevit Schutz. —6 Ita etiam Harl. *et ut ei* codd. et edd. vett. '*et ei* Ernest. errore typogr.?' *Orell.*—7 'Ex conjectura cujusdam docti Cicero scripsit *habetur*, vel *habebatur.*' Pearc. 'Atque hic dedit in contextu *haberetur.* Sed Ernesti ex inge-

## NOTÆ

[p] *Quas iterum, &c.*] Quibus de pœna statuerent, et æstimarent quam gravis deberet esse. Id autem fiebat, cum fraus capitalis non erat, seu cum crimen capite plectendum non erat. Alioquin gravioribus delictis erat pœna capitis legibus constituta et certa: bis igitur sententiam ferebant judices: semel cum damnabant reum; iterum cum pœnam constituebant.

[q] *Pœnæ æstimatio*] Proprie æstimatio in re forensi ac judiciis ad pecuniam et pretium spectat, quod mulctæ nomine reo pendendum imponitur.

[r] *Interrogatus Socrates esset*] Hinc colligitur judicibus id primo propositum fuisse, ut Socrates non capitis reus mulcta aliqua tantum afficeretur. Et vero narrat Laërtius sic interrogatum Socratem respondisse se drachmas viginti quinque soluturum: tumultuantibus autem judicibus dixisse se dignum qui in Prytaneo aleretur.

[s] *Sese meruisse*] Hoc desumtum ex Platone in Apologia Socratis.

[t] *Prytaneo*] Locus Athenis, ubi publico sumtu alebantur ii, qui de rep. optime meriti essent.

rent: qui quidem si absolutus esset, (quod mehercule, etiamsi nihil ad nos pertinet, tamen propter ejus ingenii magnitudinem[8] vellem) quonam modo istos philosophos ferre possemus, qui nunc, cum ille damnatus est, nullam aliam ob culpam, nisi propter dicendi inscientiam,[9] [u] tamen a se oportere dicunt peti præcepta dicendi? Quibuscum ego non pugno, utrum sit melius, aut verius: tantum dico, et aliud illud esse, atque hoc, et hoc sine illo summum esse posse.[c] [10]

LV. 234. Nam quod jus civile, Crasse, tam vehementer amplexus es;[d] video, quid egeris:* tum, cum dicebas, videbam.[1] Primum Scævolæ te dedisti,[2] [e] quem omnes amare meritissimo pro ejus eximia suavitate debemus: cujus artem cum indotatam esse et incomtam[f] [3] videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. Deinde quod in ea tu plus operæ laborisque consumseras, cum ejus studii tibi et hortator et magister[v] esset domi, veritus es, nisi

[c] *Aliam esse ab arte philosophorum bene dicendi artem, et hanc sine philosophia summam et excellentem esse posse.*
[d] *Prædicasti.* * *Intelligo quæ tua mens fuerit.*
[e] *Obsequi voluisti.*
[f] *Scientiam juris civilis nullis instructam ornamentis.*

nio bene correxit *habetur.*' Harl. *haberetur* Erl. 1. et vulgg.—8 Erl. 1. *ingenii magnitutem.*—9 Sic vett. ap. Steph. et Lamb. *scientiam* Erl. 1. *inscitiam* Junt. Crat. Man. *insolentiam* conj. Stadelman.—10 Erl. 1. *summum esse non posse.*

Cap. LV. 1 Lamb. et Orell. *non videbam;* vett. ap. Steph. *et cum dicebas, videbam;* Schutz. delet *tum c. d. videbam;* edd. vett. Man. et Mull. *et tum, quum dic. videbam.*—2 Ald. et al. ante Ernest. *dedidisti;* ille vero e cod. Erl. 1. et edd. antiq. *dedisti,* eumque secuti sunt recentt.—3 'Vulgata lectio duabus vocibus auctior est, *esse, atque incomitatam, et inc.* Ubi diu doctis displicuerunt ista verba, *atque incomitatam,* quæ cod. Norf. abesse vidi.' *Pearc.* Extant

NOTÆ

[u] *Propter dicendi inscientiam*] In dicendo tantum valuit Socrates, ut, quemadmodum in apologia ipse sibi ab adversariis objectum testatur, deteriorem causam oratione meliorem efficeret. Et in libris seqq. dicitur 'rebus omnibus, omnium judicio, quamcunque se in partem dedisset, facile princeps:' immo ipse, teste Antonio paulo supra, ita pro se dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videretur esse judicum. Conciliandus igitur secum ipse Antonius hoc modo: Noluit mentes judicum Socrates permovere, quia id nefas putavit; artem vero quam ut illicitam non attigit, dictus est nescivisse.

[v] *Hortator et magister*] Vel Scævola Crassi socer, vel L. Cælius

istam artem oratione exaggerasses,[g] ne operam perdidisses. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno. 235. Sit sane tanta, quantam tu illam esse vis. Etenim sine [4] controversia et magna est, et late patet, et ad multos pertinet, et summo in honore semper fuit, et clarissimi cives ei studio etiam hodie præsunt: sed vide, Crasse, ne, dum novo et alieno ornatu [h] velis ornare juris civilis scientiam, suo quoque eam concesso et tradito spolies atque denudes.[i] 236. Nam, si ita diceres, qui jurisconsultus esset, esse eum [5] oratorem, itemque qui esset orator, juris eundem esse consultum; præclaras duas artes constitueres, atque inter se pares, et ejusdem socias dignitatis: nunc vero, jurisconsultum sine hac eloquentia, de qua quærimus, fateris esse posse, fuisseque plurimos; oratorem negas, nisi illam scientiam assumserit, esse posse: [6] ita est tibi [7] jurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius [w] quidam cautus et acutus, præco actionum,[x] cantor formu-

[g] *Plus justo laudavisses.*
[h] *Orationis splendore et copia, qui ornatus oratoris est, non jurisconsulti, adeoque novus et alienus.*
[i] *Eam spolies dignitate quam per se sine arte oratoria obtinet.*

hæ duæ voces in Erl. 1. Lamb. Grut. et al. ante Pearc.—4 *Et cum sine* Erl. 1. Mox, *et studio et hodie* idem cod. cum edd. W. s. l. et a. M. *ei studio et semper præfuerunt, et etiam hodie præsunt* Victor. Ursin. et duo codd. ap. Lamb. *ei studio et semper præfuerunt, et hodie præsunt* Orell. edd. vett. et Mull. *ei studio et olim præfuerunt, et hodie* Schutz. *ei studio etiam hodie præsunt, sed* Manut. et Lamb. ap. Orell. Dein, *et alieno vestitu* conj. Schutz.—5 Erl. 1. et ed. Lips. *et esse eum.* Ernesti conj. *esse eundem,* vel *eum esse.* Mox, post *esse consultum* excidit, judice Ernest. *debere,* quod et res et sententia et sequentia flagitant *ejusdem socias dignitatis.* Lamb. ap. Orell. habet *ejusdemmodi socias;* Steph. ibid. *ejusmodi socias.*—6 Hæc omnia, *fateris esse posse . . . assumserit esse posse,* desunt in Erl. 1.—7 'Sic correxit Ernesti, pro vulgari et vitiosa lectione, quæ etiam extat in Erl. 1. *ita et tibi.*' Harl. Mox, Gulielm. maluit, *prædo actionum, captor formularum.* 'Sed nihil mutandum est.' *Harl. cautor formularum* codd. ap. Grut.

NOTÆ

Antipater, cujus Cicero meminit in Bruto.

[w] *Leguleius*] Is est qui legum apices, minutasque formulas juris callet et sequitur.

[x] *Præco actionum*] Qui denuntiat imperitis juris, quando agi lege, necne possit, quo genere actionis suum quisque jus persequatur; qui sic interest actionibus et litibus, ut præco auctionibus ac venditionibus. *Strebæus.*

larum,[y] auceps syllabarum:[z] sed quia sæpe utitur orator subsidio juris in causis, idcirco istam juris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pedisequamque adjunxisti.

LVI. 237. Quod vero impudentiam admiratus es eorum patronorum, qui aut, cum parva nescirent, magna profiterentur, aut ea, quæ maxima essent in jure civili, tractare auderent in causis, cum ea nescirent, nunquamque didicissent; utriusque rei[1] facilis est et promta defensio. Nam neque illud est mirandum, qui,[2] quibus verbis coëmtio[a] fiat, nesciat, eundem ejus mulieris, quæ coëmtionem fecerit, causam posse defendere:[3] nec, si parvi navigii et magni eadem est in gubernando scientia; idcirco qui, quibus verbis erctum cieri[4][b] oporteat, nesciat, idem herciscundæ familiæ causam agere non possit.[j] 238. Nam, quod maximas centumvirales causas in jure positas protulisti: quæ tandem earum causa fuit,[5] quæ ab homine eloquenti, juris imperito, non ornatissime potuerit dici? quibus quidem in causis omnibus, sicut in ipsa M' Curii, quæ abs te nuper

[j] *Quamvis qui parvum navigium gubernare nesciat, idem non possit magnum; tamen qui nescit qua formula hercisci familiam oporteat, is poterit causam herciscundæ familiæ agere.*

CAP. LVI. 1 Erl. 1. *veriusque rei.*—2 Idem codex *mirandum quid.*—3 'Hic colon pro puncto scripsi; cohærent enim ista.' *Ernesti.* In Erl. 1. legitur *nam et si parvi;* et paulo ante, *emptionem fecerit.* Mox, *magni non eadem* conj. Schutz.—4 Sic Grut. et emend. P. Victor. *erectum cieri* edd. vett. *hercisceri* Junt. Crat. Victor. Gothofr. *hercisci* M. et Steph. ap. Orell. *ercisci cieri* Lamb. Mox, *erciscundæ familiæ* codd. et sic Pearc. et Orell.—5 Lamb. ap. Orell. *earum*

NOTÆ

[y] *Cantor formularum*] Qui juris formulas recitat. Formulæ autem sunt concepta verba, quibus vel patroni vel judices utuntur in foro; quæ quia semper eandem formam retinent, et ex iis informantur lites, ideo formulæ appellantur: interdum etiam dicuntur carmina.

[z] *Auceps syllabarum*] Qui syllabas et interpunctiones omnes, puta legis alicujus, testamenti, &c. expendit, ac velut auceps aviculas observat et persequitur.

[a] *Coëmtio*] Ritus erat apud Romanos contrahendi matrimonii; de quo agemus in notis ad Topica § 14. quem in librum rejicimus explicanda quæ de jure passim hic occurrunt.

[b] *Erctum cieri*] Ercisci sive hercisci, verbum vetus, significat dividere: erciscundæ familiæ judicium illud est quod fit in rei vel pecuniæ hæreditariæ divisione. Erctum, ut ait Donatus citatus a Servio in Æn. III. hæreditatem significat, et citam divisionem.

est dicta, et in C. Hostilii[6] Mancini controversia, atque in eo puero, qui ex altera natus erat uxore, non remisso nuntio superiori, fuit inter peritissimos homines summa de jure dissensio. 239. Quæro igitur, quid adjuverit oratorem in his causis juris scientia, cum hic jurisconsultus superior fuerit discessurus, qui esset non suo[7] artificio, sed alieno, hoc est, non juris scientia, sed eloquentia, sustentatus. Equidem hoc sæpe audivi, cum ædilitatem P. Crassus peteret, eumque major natu, etiam consularis,[8] Ser. Galba assectaretur,[k] quod Crassi filiam C. filio suo despondisset,[l] accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum: qui cum Crassum seduxisset,[m] atque ad eum retulisset,[n] responsumque ab eo verum magis quam ad suam rem accommodatum abstulisset;[o] ut eum tristem Galba vidit, nomine appellavit, quæsivitque, qua de re ad Crassum retulisset: ex quo ut audivit, commotumque[p] ut vidit hominem, Suspenso,[q] inquit, animo et occupato Crassum tibi respondisse video: 240. deinde ipsum Crassum manu prehendit, et, Heus tu, inquit, quid tibi in mentem venit ita respondere? Tum ille[9] fidenter, homo peritissimus, confirmare, ita se rem habere, ut respondisset; nec dubium esse posse. Galba autem alludens[r] varie, et copiose, multas similitudines afferre, multaque pro æquitate contra jus[c] dicere: [*p.* 106.] atque illum, cum disserendo par

[k] *Per urbem comitaretur.* [l] *Promisisset in matrimonium.*
[m] *A turba abduxisset, ut facilius illum consuleret.*
[n] *Causam illi suam consulendi causa exposuisset.* [o] *Accepisset.*
[p] *Perturbatum responso Crassi ad suam utilitatem minus accommodato.*
[q] *Incerto ac dubitante.*
[r] *Non refutans Crassum dedita opera, sed quasi ludibundus.*

*causarum fuit.*—6 Erl. 1. *et ut in C. Lucilii.*—7 Idem codex, *fuit discessurus, qui etiam non suo.*—8 Ita omnes præter Orell. qui de sua conjectura dedit *et jam consularis.* Mox, *quod Crassus* aliquot codd.—9 *Tum illi* Ven. 1485. margo Crat. Man. Mull. et Orell. *Tum ille* Junt. Crat. Victor. Lamb. Grut. al.

## NOTÆ

[c] *Pro æquitate contra jus*] Æquitatis nomine intelligitur ἐπιείκεια, *benignitas*, qua lex scripta mitigatur, ratione habita rerum, personarum, ac temporum: jus autem, ut hic sumitur, est exacta et severa legis ad verbum interpretatio.

esse non posset (quanquam fuit Crassus in numero disertorum, sed par Galbæ nullo modo), ad auctores confugisse, et id, quod ipse diceret, et in P. Mucii, fratris sui libris, et in Sex. Ælii[s] commentariis scriptum protulisse, ac tamen concessisse,[10] Galbæ disputationem sibi probabilem et prope veram videri. LVII. 241. Attamen, quæ causæ sunt ejusmodi, ut de earum jure dubium esse non possit, omnino in judicium vocari non solent. Num quis eo testamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus esset,[1] hæreditatem petit? nemo: quia constat, agnascendo rumpi testamentum.[d] Ergo in hoc genere juris judicia nulla sunt. Licet igitur impune oratori omnem hanc partem juris [incontroversi][2 e] ignorare, quæ pars sine dubio multo maxima est: 242. in eo autem jure, quod ambigitur inter peritissimos, non est difficile[3] oratori, ejus partis, quamcumque defendat, auctorem aliquem invenire:[t] a quo cum amentatas hastas[f]

[s] *Jurisconsultorum peritissimorum.*
[t] *Jurisperitum aliquem auctorem qui sit ejusdem sententiæ.*

*Tum ille Crassus fidenter* edd. antiq.—10 Erl. 1. *attamen concessisse.*

CAP. LVII. 1 'Sic rescripsit Ernesti ex edd. prim. pro *est*, quod etiam extat in Erl. 1. sed per Latinitatem vix locum habet.' *Harl.*—2 'Lambinus legit *juris incontroversi*, eumque omnes deinde edd. secutæ sunt; sed libens eam lectionem (*in controversiis*) revoco, quæ in omnibus codd. et vett. edd. invenitur.' *Pearc.* 'At jure rejecit Ernesti istam lectionem.' *Harl.* *in controversiis* habet etiam Erl. 1. *incontroversi* Lamb. 1566. Lallem. et Schutz.—3 Junt. Crat. Victor. Grut. al. *non esse difficile.* 'Ad fidem codd. Cant. Norf. Bod. Wag. Nov. Mead. Harl. 2. et Mag. nec non Lambini et Manutii lego *non est difficile.*' Pearc. Consentit Erl. 1. 'Vulgatam tamen lectionem retinere et legere jubet Gronov. *Liquet igitur, impune o. o. h. p. j. i. i. q. p. s. d. m. maxima est: in eo a. j. q. a. i. p. non esse, &c.* Streb. Verburg. al. post *maxima est* ponunt punctum, quo sensus magis turbatur.' *Harl.* Mox, *defendet* Erl.

## NOTÆ

[d] *Agnascendo rumpi testamentum*] Si paterfamilias ante fecit testamentum, quam natus ei sit filius; irritum est nato filio, et amittit jus omne ad hæreditatem is, qui illo testamento hæres fuerat institutus: filius enim nascendo, quia inter agnatos prior est ac potior, jus omne ad hæreditatem sibi vindicat. Agnasci dicitur, qui nascitur cum aliis, qui ex eadem stirpe per viros deinceps ducta nati et sanguine conjuncti sunt.

[e] *Incontroversi* [*in controversiis*] Conjicit Lambinus legendum *juris incontroversi*, hoc est, certi.

[f] *Amentatas hastas*] Amentum lorum est quoddam mediæ hastæ alligatum, in quod inseritur vibrantis

acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit:[u] nisi vero[4] (bona venia hujus optimi viri dixerim, Scævolæ,) tu libellis, aut præceptis soceri tui, causam M' Curii defendisti. Nonne arripuisti patrocinium æquitatis, et defensionem testamentorum, ac voluntatis mortuorum?[v] 243. Ac mea quidem sententia, (frequens[w] enim te audivi, atque affui,) multo majorem partem sententiarum sale tuo, et lepore, et politissimis facetiis pellexisti,[x] cum et illud nimium acumen illuderes, et admirarere ingenium Scævolæ,[y] qui excogitasset, nasci prius oportere, quam emori: cumque multa colligeres, et[5] ex legibus et ex senatusconsultis, et ex vita ac sermone communi, non modo acute, sed etiam ridicule ac facete; ubi si verba, non rem sequeremur, confici nil posset.[z 6] Itaque hilaritatis plenum judicium ac lætitiæ fuit: in quo quid tibi juris civilis exercitatio profuerit, non intelligo; dicendi vis[7] egregia, summa festivitate et venustate conjuncta profuit. 244. Ipse ille Mucius paterni juris defensor,[8] et quasi patrimonii propugnator sui, quid in illa causa, cum contra te diceret, attulit, quod de jure civili depromtum videretur? quam legem recitavit? quid patefecit dicendo, quod fuisset imperitis occultius?

[u] *Argumenta et rationes jam informatas et in adversarium vibrandas instar hastarum quæ habiles et ad torquendum sunt expeditæ.*

[v] *Nonne tua oratio versata est in defendenda æquitate, et ejus qui testamentum condiderat voluntate, contra adversarium qui verba ipsa testamenti spectanda, et ita uti scripta erant, accipienda esse contendebat?*

[w] *Sæpe.*

[x] *Fecisti lepore tuo, ut maxima pars judicum secundum te sententiam ferret.*

[y] *Jocatus fueris in Scævolam, quasi qui nimium esset acutus et ingeniosus.*

[z] *Ex quibus nihil posset concludi, si tantum verba spectarentur, non sententia verborum.*

1. Ald. Junt. Streb. Pearc. Tum *inveniri* Erl. 1. pro *invenire.*—4 'Hanc sententiam et sequentem fere omnes editores copularunt, quas ego puncto plenissimo dissociavi.' *Pearc.* *Scævolæ* omittit Manut. prob. Heusinger. et Schutz. uncis inclusit Orell.—5 Hanc copulam *et* solus Grut. omittit.—6 Codd. aliquot, Junt. et Orell. *nihil posset.*—7 Manut. *dicendi certe vis,* prob. Mull. 'En interpolatio, cujusmodi in propositt. adversativis intrudi jam aliquoties vidimus.' *Orell.* Mox, *venustate et festivitate* Erl. 1.—8 Idem

NOTÆ

manus, ne vacillet, utque certius et expeditius hastam impellat. Vocabulo ad artem oratoriam translato amentatas hastas recte dixeris argumenta ab altero cogitata, quæ verbis tuis exornata sint.

nempe ejus omnis oratio versata est in eo, ut scriptum plurimum valere oportere defenderet. At in hoc genere pueri apud magistros exercentur omnes, cum in ejusmodi causis alias scriptum,[g] alias æquitatem defendere docentur. 245. Et credo in illa militis causa,[h] si tu aut hæredem, aut militem defendisses,[9] ad Hostilianas te actiones,[i] non ad tuam vim et oratoriam facultatem contulisses:[a] tu vero, vel si testamentum defenderes, sic ageres, ut omne omnium testamentorum jus in eo judicio positum videretur;[b] vel si causam ageres militis, patrem ejus, ut soles, dicendo a mortuis excitasses:[j] statuisses ante oculos: complexus esset filium, flensque eum centumviris commendasset: lapides mehercule omnes flere ac lamentari coëgisset,[10] ut totum illud, 'Uti lingua nuncupasset,'[k] non in XII. tabulis,

[a] *Usus fuisses codice illo, in quem Hostilius jurisconsultus celeberrimus varias actiones seu litium agendarum formulas retulit; non potius rhetorum libris ac præceptis.*

[b] *Dixisses tanti esse momenti hoc testamentum, ut nisi accurata scripti ratio haberetur, jura omnia testamentorum perturbanda forent.*

codex, *pater injuriis defensor*.—9 Mull. e conj. Schutz. *defenderes*. 'Sine ulla et auctoritate et necessitate.' *Orell.* Mox *et ad oratoriam facultatem* Erl. 1.—10 Ernesti conj. *complexus esses . . . commendasses . . . coëgisses*. Erl. 1. habet *flensque centumviris . . . coëgissent;* Schutz. et Orell. *complexus esset . . . commendasset . . . coëgisset*. Mox, pro *nuncupasset*, quod servant codd. edd. vett.

## NOTÆ

[g] *Alias scriptum*] Quid dicendum pro scripto adversus sententiam, pro sententia adversus scriptum, fuse cum in libris Herennianis, tum l. II. de Invent. explicatum.

[h] *In illa militis causa*] De qua dictum superius. Pater filium, qui erat in exercitu, obiisse falso audivit; alium instituit hæredem; rediit miles; egit lege in paternam hæreditatem.

[i] *Hostilianas te actiones*] Quis Hostilius iste sit ambigitur. Pomponius inter jurisperitos non recensuit. Actiones Hostilianas interpretantur nonnulli præscriptas Hostilia lege, quæ A. U. C. 583. lata est de furtis; ut furti agere liceret eorum nomine, qui apud hostes essent, &c.

[j] *A mortuis excitasses*] Figuram hanc rhetores vocant prosopopœiam, quasi personæ fictæ inductionem; v. g. cum homo demortuus excitatur velut a mortuis, ac loqui fingitur.

[k] *Uti lingua nuncupasset*] Legunt alii *nuncupassit*, hoc est, nuncupaverit. Hæc erant concepta verba XII. tabularum: 'Uti lingua nuncupasset, ita jus esto.' Cujus formulæ et carminis ea sententia est; in dicendo jure ac statuendo habendam esse verborum et scripti rationem, et ita judicandum, v. g. de pactione, stipulatione, venditione, uti ea pactio et venditio verbis concepta fuerit, seu

quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri [11] carmine scriptum videretur.[c]

LVIII. 246. Nam quod inertiam accusas adolescentium, qui istam artem, primum facillimam, non ediscant;[1] quæ quam sit facilis, illi viderint, qui ejus artis arrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi [d] ambulant, deinde etiam tu ipse videris, qui eam artem facilem esse dicis, quam concedis adhuc artem omnino non esse, sed aliquando, si quis aliam artem [e] didicerit, ut hanc artem efficere possit, tum esse illam artem futuram: deinde, quod sit [2] plena delectationis; in qua tibi remittunt omnes istam voluptatem, et ea se carere patiuntur; nec quisquam est eorum, qui, si jam sit ediscendum sibi aliquid, non Teucrum Pacuvii [l] malit, quam Manilianas [3] [m] venalium vendendorum leges ediscere. 247. Tum autem quod amore patriæ censes nos nostrorum majorum inventa nosse debere; non vides, veteres leges aut ipsa [4] sua vetustate consenuisse, aut novis legibus esse sublatas? Quod vero viros bonos jure civili fieri putas quia legibus et præmia proposita sint virtutibus et supplicia vitiis: equidem putabam, virtutem hominibus (si modo

[c] *Illusisses etiam voces illas XII. tabularum, Uti lingua nuncupasset, easque dixisses simillimas esse magici carminis, quod ferme ad terrorem incutiendum hominibus scriptum est, non ad rei veritatem.*

[d] *Elati et arrogantes quasi rem difficillimam tenerent.* [e] *Dialecticam.*

Junt. Crat. Victor. *nuncupassit* dedere Streb. Harl. et Orell.—11 'Strebæus, quem consules, in contextu, uti cod. ap. Verburg. *magico* dedit; in ora vero scriptum est, 'alii *magistri*,' quod verius est.' *Harl.* *magico* Crat. Victor.

CAP. LVIII. 1 *Nam primum quod i. a. a. q. i. artem, facillimam* Lamb. Mox, unus codex apud Orell. *adiscant*, i. e. *addiscant*, quod illi admodum placet. Pro *quæ*, quod omittit Lamb. *hæc* habent Crat. Victor. Manut. Dein *primum illi* Lamb.—2 Schutz. e conj. Ernesti *quæ sit*. Mox, *in quo* Schutz. et Orell. *in qua*, quod habent Junt. Manut. Grut. omittit Lamb. *quod dicis plenam delectationis, in eo quidem* conj. Jani.—3 *Mamillianas* Erl. 1. et ed. pr. *Manlianas* Junt. Crat. Victor. Lamb.—4 Ita codd. Norf. Nov. Mag. Bod. Cant. Wag. Mead. Harl. 2. Bal. Erl. 1. cum edd. Venet. et Mediol. *ipsas* habent Junt. Streb. Verb. Grut. Crat. *ipsa vetustate* Schutz. *prisca sua ve-*

NOTÆ

uti lingua vendentium et contrahentium nuncupaverit, seu pronuntiaverit.

[l] *Teucrum Pacuvii*] Teucer tragœdia fuit scripta a Pacuvio poëta, de quo diximus in notis ad l. II. Herenn. § 36.

[m] *Manilianas*] Scriptas a Manilio JCto, de quo Tullius in Bruto.

tradi ratione[n] possit) instituendo et persuadendo, non minis, et vi,[o] ac metu tradi. Nam ipsum quidem illud, etiam sine cognitione juris, quam sit bellum, cavere malum,[f] scire possumus. 248. De me autem ipso, cui uni tu concedis, ut, sine ulla juris scientia, tamen causis satisfacere possim,[g] tibi hoc, Crasse, respondeo, neque me unquam jus civile didicisse, neque tamen in iis causis, quas in jure possem defendere,[5] unquam istam scientiam desiderasse. Aliud est enim, esse artificem cujusdam generis atque artis, aliud in communi vita et vulgari hominum consuetudine nec hebetem, nec rudem. 249. Cui nostrum non licet[6] fundos nostros obire,[h] aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis, invisere? tamen nemo[7] tam sine oculis, tam sine mente vivit, ut, quid sit sementis[p] ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quo modo ea fiant, omnino nesciat. Num igitur, si cui[8] fundus inspiciendus, aut si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit, Magonis[q] Carthaginiensis sunt libri perdiscendi? an hac communi intelligentia contenti esse possumus? Cur ergo non iidem in

[f] *Quam sit res egregia vitium fugere.*
[g] *Causas agere non pessime.* [h] *Invisere.*

*tustate* Mull.—5 Erl. 1. *satisfacere possem defendere,* omissis intermediis.—6 Ita Erl. 1. et edd. at Gesner. et Heinze *non* exulare jubent.—7 Mull. conj. *vel delectationis tamen invisere? Nemo, &c.* Orell. interpungit, *invisere tamen? Nemo, &c.*—8 Crat. solus *sicuti;* et in marg. *si sit;* Orell. conj. *sicubi.* Mox,

NOTÆ

[n] *Si modo tradi ratione*] Magna olim inter philosophos quæstio, an essent virtutes a natura insitæ. Socrates in Menone apud Platonem ait non parari industria, sed divinitus dari: censet Galenus corporis constitutioni mores hominum esse consentaneos: rectius Peripatetici docent animis inesse virtutum semina, quæ pro cujusque studio fructus ferre possint.

[o] *Non minis, et vi*] Scil. ut ait Horat. 'Oderunt peccare boni virtutis amore; Oderunt peccare mali formidine pœnæ.'

[p] *Sementis*] Differt a semine, est enim ipsa seminandi actio. Sementem facere est seminare. Messis est satorum matura perceptio.

[q] *Magonis*] Mago Carthaginiensis scripsit Punice libros XXVIII. de re rustica, quos ex senatusconsulto Cassius Dionysius Uticensis convertit. Varro R. R. I. 1. et Columella, qui eundem rusticationis parentem appellat.

jure [9] civili, præsertim, cum in causis, et in negotiis, et in foro conteramur,[i] satis instructi esse possumus ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrini atque advenæ esse videamur? 250. [*p.* 107.] Ac si jam sit causa aliqua ad nos delata obscurior, difficile, credo, sit, cum hoc Scævola communicare; quanquam ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos et exquisita [10] deferunt. An vero si de re ipsa,[j] si de finibus, cum in rem præsentem non venimus,[k] si de tabulis [r] et perscriptionibus [s] controversia est,[11] contortas [l] res et sæpe difficiles necessario perdiscimus: si leges nobis, aut si hominum peritorum responsa cognoscenda sunt, veremur, ne ea, si ab adolescentia juri civili minus studuerimus, non queamus cognoscere.[12]

LIX. Nihilne igitur prodest oratori juris civilis scientia? Non possum negare prodesse ullam scientiam, ei præsertim, cujus eloquentia copia rerum debeat esse ornata: sed multa, et magna, et difficilia sunt ea, quæ sunt oratori ne-

[i] *Assidue occupati simus.*

[j] *Si de aliquo certo negotio et suis circumstantiis alligato, quod proinde difficilius est.*

[k] *De agrorum limitibus, quando ipsos agrorum fines, de quibus controversia est, ipsi non adiimus.*

[l] *Implicatas et obscuras.*

*perdiscendi, an, &c.* Mull. et Orell.—9 ‘Lips. *iidem jure;* haud male.’ *Orell.* —10 Erl. *nos exquisita.* Mox, idem, pro *cum in rem,* habet *m' in rem;* unde Harl. conj. *et tamen.* Paulo ante, Mull. *omnia ipsi.*—11 Erl. et vulgg. *præscriptionibus, &c.* Bod. Nov. Wag. Norf. Cant. Mead. Venett. W. s. l. et a. Mediol. *perscriptionibus.*—12 ‘Traugott. Frid. Benedict. Rect. in Programm. Conjecturæ ad Verrin. Cic. Orat. Torgau. 1809. corrigit, *cum contortas res ... queamus cognoscere?* cum signo interrogationis. *An vero* pertinere ad *veremur* censet Wetzel. et post *cognoscere* ponit signum interrogationis, eumque ego sum secutus.’ *Harl.*

## NOTÆ

[r] *De tabulis*] Tabulæ sunt chartæ, scripta, instrumenta litis: et quidem hic privatæ tabulæ intelliguntur; publicæ enim tabulæ sunt libri et literæ quæ publicam memoriam continent.

[s] *Perscriptionibus* [*præscriptionibus*] Præscriptio hoc loco, (nam alio fere sensu nunc ista vox usurpatur) idem significat quod exceptio seu exclusio. Exceptio est apposita quædam clausula, quæ vel prohibet ne quis agat, hoc est, litem intendat; vel conditionem apponit, qua conditione vis et significatio legis actionem permittentis, certis limitibus circumscribitur.

cessaria, ut ejus industriam [1] in plura studia [t] distrahere nolim. 251. Quis neget, opus esse oratori, in hoc oratorio motu statuque, Roscii gestum et venustatem? [2] tamen nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus, in gestu discendo [3] histrionum more elaborare. Quid est oratori tam necessarium, quam vox? tamen, me auctore, nemo dicendi studiosus, Græcorum more, et tragœdorum,[4] voci serviet,[m] qui et annos complures sedentes declamitant, et quotidie, antequam pronuntient, vocem cubantes sensim excitant, eandemque, cum egerunt,[n] sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum [5] recipiunt,[o] et quasi quodam modo colligunt. Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam toties, quoties perscribitur,[6] pæanem,[u] aut munionem [7] [v]

[m] *Vocis fingendæ curam habebit.* [n] *Emiserunt contentius.*
[o] *Demittunt atque inflectunt.*

Cap. lix. 1 Erl. 1. *aut ejus industriam.* Mox, margo Crat. et Man. *distrahi.*—2 Ed. Hahn. *gesta et venustate.*—3 Pro *discendo*, Erl. 1. habet *dicendo.* Mox, pro *elaborare*, Bremi de Fin. p. 20. mavult *laborare.*—4 'Bene Lamb. auctoritate trium codd. delet istud *et*; sed, sive retineatur, sive ejiciatur, post vocem *tragœdorum* comma ponendum est.' *Pearc.* *et* servant Erl. 1. et omnes Palat. præter septimum, ubi extat *aut.* Schutz. ex ed. Lips. *more sophistarum, et trag.* Erl. 1. præterea habet, *Quid enim est oratori . . . cubantes sensum*, omisso *excitant.*—5 Voc. *sonum* deest in Lamb. ap. Orell. Mox, *quodam modo* desunt in eodem.—6 Man. Streb. Lamb. *præscribitur*, probante Heindorf. 'Nec mihi displicet.' *Orell.*—7 Ita codd. cum edd. vett. Junt. Crat. Victor. Manut. Grut. '*in unionem* ed. s.l. et a. *munychonem* conj. Victor. *etiam ionem* Gesn. *monogenem* De Bueneau; *minuritionem* Turneb. *murmurationem* Frenzel. *nomionem* Talæus; *nomium* nescio quis ap. Lamb. 'Sed his omnibus longe præstat *nomum* Censoris Jenensis. Cf. Photium p. 985. laudatum Hermanno in Aristot. Poët. p. 90. Ὁ δὲ *νόμος δοκεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ παιᾶνος ῥυῆναι,*

## NOTÆ

[t] *In plura studia*] Tam multa sunt tamque difficilia, quæ sunt oratori necessaria, ut nolim eum iis omnibus omnino cognoscendis operam dare, ne tot rebus cognoscendis distractus non satis habeat otii ad artem suam plane percipiendam.

[u] *Pæanem*] Pæan, hymnus in honorem Apollinis, qui re bene gesta canebatur. Virgil. Æn. vi. 'Lætumque choro Pæana canentes.' Apollo dicebatur Pæan, vel *ἀπὸ τοῦ παίειν*, *a feriendo*, quod radiis feriat; vel *ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας*, *a sedandis molestiis.*

[v] *Munionem* [*Nomionem*] Alter erat hic hymnus eidem Apollini sacer, qui olim ad Amphrysum greges Admeti paverat: *νομεὺς pastor* est; unde Nomion, quasi pastoricius. Legunt alii hoc loco *Munionem*, nec quid sit explicant: divinant alii *Munychionem*, et

citarimus.[p] 252. Quodsi in gestu, qui multum oratorem adjuvat, et in voce, quæ una maxime eloquentiam vel commendat, vel sustinet, elaborare nobis non licet; ac tantum in utroque assequi possumus, quantum, in hac acie quotidiani muneris,[q] spatii nobis datur: quanto minus est ad juris civilis perdiscendi occupationem descendendum? quod et summatim percipi sine doctrina potest, et hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem, quod vox et gestus subito sumi,[r] et aliunde[8] arripi non potest; juris utilitas, ad quamque causam quamvis repente vel a peritis, vel de libris depromi potest. 253. Itaque illi[9] disertissimi homines ministros habent in causis juris peritos, cum ipsi sint imperitissimi, et qui, ut abs te paulo ante dictum est, pragmatici vocantur. In quo[w] nostri omnino melius multo, quod clarissimorum hominum auctoritate leges et jura tecta esse voluerunt. Sed tamen non fugisset hoc Græcos homines, si ita necesse esse arbitrati essent, oratorem ipsum erudire in jure civili,[s] non ei pragmaticum adjutorem dare. LX. 254. Nam quod dicis senectutem a solitudine vindicari[t] juris civilis scientia: fortasse etiam pecuniæ

[p] *Si nos similiter ac Græci voci serviemus, ante condemnabuntur clientes nostri, quam toties quoties ab illis Græculis fingendæ vocis magistris præscribitur, cantando pronuntiaverimus hymnos pæanem aut munionem.*
[q] *In hac forensi quasi pugna.* [r] *Formari ac perfici.*
[s] *Non omisissent Græci erudire oratorem in jure civili, si, &c.*
[t] *Liberari.*

κ.τ.λ.' *Orell.*—8 Lamb. ap. Orell. *et alicunde.*—9 *Itaque Græci illi* conj. Schutz. Mox, pro *imperitissimi*, quod e conj. edidit Lamb. *peritissimi* habent codd. cum edd. vett. Junt. Crat. Grut. Cler. al. Deinde, *eos qui* Man. Lamb. Mull. *et qui* edd. vett. Junt. Crat. Victor. 'Fortasse utrumque, *et* atque *eos*, inducendum.' *Orell.*

NOTÆ

interpretantur hymnum Dianæ, quam Athenienses olim Munychiam appellabant: alii *minuritionem* conjiciunt, ut sit cantio quæ leni et remissiore voce edatur. Hymnos ejusmodi sive Pæanem sive Nomionem idoneis numeris ac modis comparatos habebant Græculi, qui vocem declamandi causa fingebant; eos citabant sæpius et exercitationis causa cantabant.

[w] *In quo, &c.*] Consultius faciunt Romani Græcis: illi enim jurisperitos volunt esse homines amplissimos et clarissimos, cum apud Græcos fere sint homines despicatissimi, qui adducti mercedula se oratoribus administros præbent.

magnitudine.[u] Sed nos, non quid nobis utile, verum quid oratori necessarium sit, quærimus: quanquam, quoniam multa ad oratoris similitudinem ab uno artifice sumimus,[v] solet idem Roscius[x] dicere, se, quo plus sibi ætatis accederet,[1] eo tardiores tibicinis[y] modos, et cantus remissiores esse facturum. Quod si ille, astrictus[z] certa quadam numerorum moderatione et pedum, tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat,[a] quanto facilius nos non laxare modos, sed totos mutare possumus?[w] 255. Neque enim hoc[2] te, Crasse, fallit, quam multa sint, et quam varia genera dicendi, et quod haud sciam, an tu primus ostenderis,[x] qui jamdiu multo dicis remissius et lenius, quam solebas: neque minus hæc tamen tua gravissimi sermonis lenitas, quam illa summa vis et contentio probatur:[3] multique oratores fuerunt, ut illum Scipionem audimus, et Lælium, qui omnia sermone conficerent paulo intentiore, nunquam, ut Ser.

[u] *Vide ne opes et fortuna felix id faciant et senectutem facilius a solitudine vindicent.*

[v] *Quoniam in plurimis rebus quæ pertinent ad oratorem explicandis, utimur exemplis et similitudinibus ab eodem artifice, nempe Roscio, ductis.*

[w] *Pedes ac numeros orationis non tantum lentiores et solutiores facere nos possumus, qui ut poëtæ et histriones numeris certis ac modis astricti non sumus; sed totam orationis conformationem mutare ad levandum dicendi laborem.*

[x] *Quod tu fortasse primus ostendisti.*

Cap. lx. 1 Lamb. ap. Orell. *accedet.* Mox, *tardioris* Erl. 1.—2 Lamb. ap. Orell. omittit *hoc.* Mox, *id quod haud sciam* Schutz. et Orell. de conj. Heusinger. 'Vel legendum est cum Lambino *quod haud sciam*, deleto *et*; vel, id quod magis placet, *atque haud sciam.*' Pearc. Ernesti malit *idque haud sciam.*—3 Erl. 1. pauci codd. ap. Steph. et Schutz. *probabatur.* Mox, *audivimus* non-

## NOTÆ

[x] *Solet idem Roscius*] Probare contendit oratorem juris civilis imperitum, quanquam sit senex, non ideo deserendum et solitudine laboraturum esse. Causas enim aget orator senex, sed remissius tamen et lenius, ut Roscius jam senior agebat fabulas moderatius et minori contentione.

[y] *Eo tardiores tibicinis*] Solebant histriones cum dicerent vel agerent, adhibere tibicinem, ad cujus modos vocem gestumque accommodarent. Itaque Roscius dicebat se, cum senior foret, ac proinde lentius caneret ac remissius ageret, adhibiturum quoque tibicinem lentiorem, qui modos tardiores faceret.

[z] *Ille astrictus*] Versus enim, qui recitantur ab actore comœdiæ, certis pedibus ac numeris astricti sunt.

[a] *Excogitat*] Nempe, ut remissiorem tibicinem sibi apponat, ne senilis vox laboret.

Galba, lateribus, aut clamore contenderent. Quodsi jam hoc facere non poteris,[y] aut noles: vereris, ne tua domus, talis et viri, et civis, si a litigiosis hominibus non colatur, a ceteris deseratur? Equidem tantum absum ab ista sententia, ut non modo non arbitrer subsidium senectutis, in eorum, qui consultum veniant, multitudine esse ponendum, sed tanquam portum aliquem, expectem istam, quam tu times, solitudinem. Subsidium enim bellissimum existimo esse senectuti, otium.

256. Reliqua vero etiamsi adjuvant, historiam dico, et prudentiam juris publici, et antiquitatis iter,[z] [4] et exemplorum copiam, si quando opus erit, a viro optimo, et istis rebus instructissimo, familiari meo, Longino [5] mutuabor. Neque repugnabo, quo minus (id quod modo hortatus es) omnia legant, omnia audiant, in omni recto studio atque humanitate versentur: sed mehercule non ita multum spatii mihi videtur,[6] si modo ea facere et persequi volent,[a] quæ a te, Crasse, præcepta sunt: qui mihi prope etiam nimis duras leges imponere visus es huic ætati;[b] sed tamen ad id, quod cupiunt, adipiscendum [7] prope necessarias. 257. Nam et subitæ ad propositas causas exercitationes, et accuratæ, et meditatæ commentationes, ac stylus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris est, et illa orationis suæ [8] cum scriptis alienis comparatio, et de alieno scripto subita, vel laudandi, vel vituperandi, vel comprobandi, vel refellendi causa, disputatio, non mediocris contentionis est, vel ad memoriam, vel ad imitandum. LXI. 258. Illud vero fuit

[y] *Si agere vehementius et voce lateribusque contendere non poteris.*
[z] *Notitiam consuetudinum antiquarum.*
[a] *Brevior videtur ætus ea persequi volentibus.*
[b] *Juventuti.*

nulli codd. et edd. vett.—4 Heins. et Gesn. conj. *antiquitatis item.* Hoc placet Wetzelio, displicet Schutz. *antiquitatis literas* susp. Purgold.—5 'Hoc nomen restituit Nic. Grucchius. *longe* habent codd. Gruteri et Erl. 1. al. *Longo.*' Harl.—6 W. s. l. et a. Med. Schutz. et Orell. *mihi habere videntur;* Guelf. 2. 3. *mihi videntur;* Junt. Grut. vulgg. *mihi videtur.* Mox, *si eu modo* Erl. 1. Deinde, *prope jam nimis* Erl. 1. et edd. vett.—7 Duo codd. et Lamb. ap. Orell. *apiscendum.*—8 Steph. et Lamb. ap. Orell. *tuæ.*

horribile, quod mehercule vereor, ne majorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum. Voluisti enim in suo genere unumquemque nostrum quasi quendam esse Roscium;[c] dixistique, non tam ea, quæ recta essent, probari, quam quæ prava [sunt][1] fastidiis adhærescere:[d] quod ego non tam fastidiose in nobis, quam in histrionibus, spectari puto. 259. [*p.* 108.] Itaque nos raucos sæpe attentissime audiri video; tenet[e] enim res ipsa atque causa: at Æsopum,[b] si paulum irrauserit,[2] explodi.[f] A quibus enim nihil præter voluptatem aurium[3] quæritur, in iis offenditur, simul atque imminuitur aliquid de voluptate. In eloquentia autem multa sunt, quæ teneant,[4] quæ si omnia summa non sunt, (et pleraque tamen magna sunt,) necesse est, ea ipsa, quæ sunt, mirabilia videri.

260. Ergo, ut ad primum illud[5] revertar, sit orator nobis is, qui, ut Crassus descripsit, accommodate ad persuadendum possit dicere: is autem concludatur in ea,[g] quæ sunt in usu civitatum vulgari ac forensi, remotisque ceteris studiis, quamvis ea sint[6] ampla atque præclara, in hoc uno opere, ut ita dicam, noctes et dies urgeatur:[h] imiteturque illum, cui sine dubio summa vis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem,[c] in quo tantum studium fuisse, tantusque labor dicitur, ut primum impedi-

[c] *Tam perfectum esse quam sit Roscius.* [d] *Fastidium creare.*
[e] *Attentionem conciliat.*
[f] *Æsopum, si aliquantulum raucus fuerit, sibilis et sinistro clamore explodi.*
[g] *Tractet tantum eas res.* [h] *Diligenter occupetur.*

CAP. LXI. 1 Omisit *sunt* Schutz. Mox Cleric. censuit legendum esse *fastidia iis adhærescere.* Erl. 1. *abhorrescere.*—2 *Æsopum sibi paulum irraucuerit* Erl. 1. et Palatt. item edd. vett. Junt. Manut. *irrauserit* Lamb. e Prisciano. —3 Vocab. *aurium* ejiciendum putat Schutz.—4 Erl. 1. et Palatt. *quæ teneantur.*—5 Grut. et vulgg. *illuc.*—6 Ita Cant. Norf. Nov. Mag. Bod. Bal. Mead. Harl. 2. Erl. 1. cum edd. Ven. Mediol. Lamb. Man. *sunt* Grut. et vulgg.

## NOTÆ

[b] *Æsopum*] Histrionem longe celeberrimum, cujus filius, furiosæ luxuriæ juvenis, cantu commendabiles aviculas immanibus emtas pretiis in cœna pro ficedulis apponere, acetoque liquatos magnæ summæ uniones potionibus aspergere solitus erat. Val. Max. IX. 1. Plinius l. X.

[c] *Demosthenem*] De quo plura in Bruto.

menta naturæ diligentia industriaque superaret:[7] cumque ita balbus esset, ut ejus ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere,[i] perfecit meditando, ut nemo planius[j] eo locutus putaretur: 261. deinde cum spiritus[k] ejus esset angustior, tantum continenda anima[l] in dicendo, est assecutus, ut una continuatione verborum[d] (id quod ejus scripta declarant) binæ ei contentiones vocis et remissiones continerentur: qui etiam (ut memoriæ proditum est) conjectis in os calculis, summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat; neque is consistens[8] in loco, sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo.[m] 262. Hisce ego cohortationibus, Crasse, ad studium et ad laborem incitandos juvenes vehementer assentior: cetera, quæ collegisti ex variis et diversis studiis et artibus, tametsi ipse es omnia consecutus, tamen ab oratoris proprio officio atque munere sejuncta esse arbitror.

LXII. Hæc cum Antonius dixisset, sane dubitare visus est Sulpicius, et Cotta, utrius oratio propius ad veritatem videretur accedere. 263. Tum Crassus: Operarium[e] nobis quendam, Antoni, oratorem facis, atque haud scio, an aliter sentias,[n] et utare tua illa mirifica ad refellendum

[i] *Literam R sive ρ quæ prima est in hac voce ῥητορικὴ, rhetorica.*
[j] *Commodius.* [k] *Halitus.* [l] *Spiritum in pectore diutius retinendo.*
[m] *Locum aliquem arduum ascensu superans.*
[n] *Aliter sentire te suspicor.*

Mox, *urgeantur* Erl. 1.—7 Sic Erl. 1. Strob. Pearc. Schutz. Harl. *superavit* Verburg. Grut. et vulgg. *superasset* edd. antiq. Paulo post, *esse locutus* Schutz. et Orell. *eo locutus esse* Lamb. 1566. *eo locutus* Junt. Crat. Grut.—8 Manut. Lamb. et Mull. legunt *neque id consistens.*

## NOTÆ

[d] *Una continuatione verborum*] Periodum videtur intelligere, cujus verba omnia continua, partes omnes aptæ ex sese invicem et colligatæ sunt. Demosthenes igitur in una eademque periodo bis vocem contendebat, bis remittebat: contendebat in prioribus periodi membris, remittebat in posterioribus, idque uno spiritu et perpetua pronuntiatione faciebat: unde illum oportuit esse amplo et prolixo spiritu, cujus tamen spiritus antea erat angustior.

[e] *Operarium*] Operarius est is qui opus manu facit. Operarium oratorem vocat, qui ad laborem et operam tenuem abjectus sit, uti mercenarii, qui mercedula adductus improbo et humili labore occupetur.

consuetudine, qua tibi nemo unquam præstitit: cujus quidem ipsius facultatis exercitatio, oratorum propria est, sed jam in philosophorum consuetudine versatur, maximeque eorum, qui de omni re proposita in utramque partem solent copiosissime dicere. 264. Verum ego non solum[1] arbitrabar, his præsertim audientibus, a me informari oportere, qualis esse posset is, qui habitaret in subselliis, neque quicquam amplius afferret, quam quod causarum necessitas postularet: sed majus quiddam videbam, cum censebam, oratorem, præsertim in nostra republica, nullius ornamenti expertem esse oportere. Tu autem, quoniam exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti, hoc facilius nobis expones ea, quæ abs te de officiis præceptisque oratoris[2] quæsita sunt: sed opinor, secundum hunc diem:[o] satis enim multa a nobis hodie dicta sunt. 265. Nunc et Scævola,[f] quoniam in Tusculanum ire constituit, paulum[3] requiescet, dum se calor frangat;[p] et nos ipsi, quoniam id temporis est,[q] valetudini demus operam. Placuit sic omnibus. Tum Scævola, Sane, inquit, vellem non constituissem,[r] in Tus-

[o] *Post hunc diem.* [p] *Imminuat.*
[q] *Quoniam jam ad medium diem processimus.* [r] *Promisissem.*

CAP. LXII. 1 Pro *solum*, Schutz. conj. *talem*. 'Non omnino necessaria conj. Matthiæ de anacol.' *Orell.* Mox, Erl. 1. habet *arbitrabor*.—2 Pearc.

## NOTÆ

[f] *Nunc et Scævola*] Cur in his dialogis non perstet Scævola, causam affert ipse Tullius ad Att. IV. 16. 'Quod in iis libris, quos laudas, personam desideras Scævolæ; non eam temere dimovi: sed feci idem, quod in Πολιτείᾳ Deus ille noster Plato, cum in Piræeum Socrates venisset ad Cephalum locupletem et festivum senem; quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex: deinde cum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem divinam dicit se velle discedere: neque postea revertitur. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset. Multo ego satius hoc mihi cavendum putavi in Scævola; qui et ætate et valetudine erat ea, qua esse meministi; et iis honoribus, ut vix satis decorum videretur, eum plures dies esse in Crassi Tusculano: et erat primi libri sermo non alienus a Scævolæ studiis; reliqui libri τεχνολογίαν habent, ut scis. Huic joculatoriæ disputationi senem illum, ut noras, interesse nolui.'

culanum[g] me hodie venturum esse, Lælio;[4] libenter audirem Antonium: et, cum exsurgeret, simul arridens, Neque enim, inquit, tam mihi molestus fuit, quod jus nostrum civile pervellit,[s] quam jucundus, quod se id nescire confessus est.

[s] *Insectatus est.*

conj. *oratoriis.*—3 Erl. 1. et duo codd. ap. Orell. *paululum.*—4 Ita omnes codd. Oxon. et Palatt. at Lipsius conj. *non constituissem in Tusculanum hodie Lælio.*

NOTÆ

[g] *In Tusculanum*] Aliam quandam agri Tusculani partem intelligit, ab ea disjunctam in qua erant.

944
465
479

6 4 8 6
80
46

= 70 = 75.
= 90 = 92
= 92 = 97

University Of California Los Angeles
L 006 881 142 1

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY
AA 000 404 803 9

UNIVERSITY
LIBRARY